This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

FIDES
SPES
FORTI
CARIT
SPES
FIDES
FORTI
CARIT
SPES
FIDES
NE
NE

Digitized by Google

Ed. IX. 130

Coll. script. q. $\frac{1}{3}$

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTIQVÆ LECTIONIS
Tomus III.
BIPARTITVS,
IN QVO XI. ANTIQVA MONVMENTA, NVNQVAM EDITA.

In prima parte.

- S. Gregorii Thaumaturgi Ep. Neocæſar. anathematiſmi, Græcolat.
- Germani Patriarchæ Conſtantinop. fragmẽtum ex oratione de hæreſibus, Græcolat.
- S. Zachariæ Pont. Septem capita, ex lib. 3. Dialogorum S. Gregorii M. Græca hactenus deſiderata.
- Hippolyti Thebani Chronicon Græcolat.
- S. Anaſtaſii Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni orationes duæ, Græcolat. I. de S. Synaxi. II. in Pſalmum ſextum.
- Alterius Anaſtaſij Abbatis liber contra Iudęos.
- Francicorum Annalium fragmentum ab anno 741. ad annum 793. quos Regino Prumienſis ſe fatetur ſecutum.

In ſecunda parte.

- Ioannis Raguſini oratio, qua in Concilio Baſileenſi reſpondit per octo dies ad articulum primum Bohemorum, de Communione ſub vtraq; ſpecie, propoſitum à Magiſtro Ioanne Rockyzana Huſſita.
- Ægidij Carlerij Decani Eccleſiæ Cameracenſis, qua in Concilio Baſileenſi reſpondit per quatuor dies, ad articulum ſecundum Bohemorum, De corrigendis peccatis publicis, quem propoſuit Nicolaus Taborita.
- Diſputatio Capituli Eccleſiæ Pragenſis cum Rockyzana, de Huſſiticis controuerſiis, habita per dies quinq, annó 1465. coram Gyrzikone Rege Bohemiæ.

OMNIA NVNC PRIMVM E MANVSCRIPTIS EDITA ET NOTIS ILLVSTRATA

Collegij Societ. AB Jesu Bambergensis

HENRICO CANISIO NOVIOMAGO IC. ET SS. CANONVM PROFESSORE ORDINARIO IN ACADEMIA Ingolſtadienſi.

Cum Gratia & Priuilegio Cæſareæ Maieſtatis.

INGOLSTADII
Ex officina typographica Ederiana, apud ANDREAM ANGERMARIVM *Anno* M. DCIII.

Ex dono Rmi atq Illmi Principis ac Dni Dni JOANNIS GODEFRIDI, Episcopi Bamberg. et Prap. Herb. Fundri Coll. Jesu Bamb.

Digitized by Google

Staatliche
Bibliothek
Bamberg

Digitized by Google

LAVDABILE NOMEN DOMINI
IHS

ILLVSTRI AC GENEROSO DOMINO, DOMINO CHRISTOPHORO FVGGERO,
IOANNIS FILIO, LIBERO BARONI
in Kirchperg & VVeiſsenhorn, &c.

HENRICVS CANISIVS NOVIOMAGVS
S S. Canonum Profeſſor Ingolſtadii,

S. P. D.

QVare Illuſtre hoc tuum nomen tomo tertio Antiquæ lectionis præſcripſerim, multæ cauſæ ſunt. Hæret nimirum animo illa beneuolentia, quâ me in Italiâ iam olim amplectebaris. Ingratus & immemor huius non fui, non ero: quòd autem teſtes grati memorisq; animi hactenus non miſerim, cauſa eſt; quia hoc publicè tunc teſtari volui, cùm ſcilicet publico, & meo commodo poſſem. Utrumque iam conceſſum eſt. Nam ego hac ipſa gratia-

rum actione nouum beneficium accipio, dum liber præſidium, ego patronum; vterq; honorem ab Illuſtri tuo nomine habemus. Sed & publicè intereſt, vt tot veterum & illuſtrium authorũ monumenta, quæ hactenus in iniurio obliuionis carcere fuerunt, & parum ab interitu abfuerunt, antequam in lucem prodeant & ſolem ferant, Illuſtri aliquo nomine, veluti face prælucente, è tenebris educantur. Tam benè de re Chriſtiana meritis, vt ſunt S. Gregorius Thaumaturgus, S. Zacharias, S. Anaſtaſius Sinaita, aliique tàm Iudæorum, quàm hæreticorum debellatores; Illuſtre tuum nomen, vt eo ornati, publicum videant, non negabis, ſat ſcio; & ipſum nomen certò ſpondet. Quis enim audito Illuſtri F V G G E R O R V M *nomine, non illicò agnoſcit illud de re Catholica paſsim tàm benè meritum nomẽ; bonis & doctis amicum nomen, nomen potens & altero orbe, etiam prouerbio, notum. Quid quod & hac dedicatione (cum Vicerectoris munus mihi iam commiſſum ſit) Academiæ noſtræ quoddã debitum, quo tibi obligata eſt, cogito diſſoluere. Debet tibi duos Illuſtres filios*

IOANNEM ERNESTVM, & OTTONEM HENRICVM. imò debet tibi ſuum RECTOREM. Tã grande debitum (dicet mihi quis) tam exiguo diſſoluere tentas? At ſit hæc Syngrapha reddẽdi aliquando debiti. Reddet Academia noſtra tibi Illuſtres filios tuos, pietate, virtuteq́ præſtantes, ſcientiis excultos, omni morum elegãtia & comitate exornatos. Tales enim, vt redeant, ſpondet generoſa & exquiſitè elegans illorũ indoles. Quam quantum Academia noſtra amet & ꝓbet, ſatis declarauit, cũ Illuſtrẽ & Generoſũ IOANNEM ERNESTVM, maiorem natu filiũ in MAGNIFICVM RECTOREM elegit. Publicũ hoc & perenne eruditionis, virtutis, honorum & morum teſtimonium eſt.

Porrò Auctores hoc tomo cõprehenſi, cũ Bauaricas laudes nõ obſcurè cõtineãt, debebãt illi inſcribi, cui Rectorẽ debet Bauarica hæc inclyta Academia, non vltima ſanè laus Bauariæ. Taceo, quod aliqui illorum auctorum ex opulentiſſimæ Bauaricæ Bibliothecæ manuſcriptis ſunt eruti. Taceo quod Chronicon Francicum totum penè in laudes Sereniſſimæ Domus Bauaricæ redundat. Hoc *tamen tacere non poſſum, quod quisquis in Ioannem Raguſinum & Ægidium Cameracenſem, Concilij Baſileenſis Oratores inciderit, recordabitur illicò laudatiſſimi Bauariæ Principis Ludouici, de quo hæc ex hiſtoria quadam de Hus, leguntur apud Cochlæum lib. 2. hiſt. Huſſit.* Rex (*Romanorum Sigiſmundus*) ait ad Ducem Bauariæ LVDOVICVM Electorem, qui pomum aureum tenebat: Vade & recipe eum: Qui recipiens Hus tradidit eum Lictoribus capite tonſum, & alto pileo papyraceo coronatum, cui inſcriptũ erat: HIC EST HAERESIARCHA. *Item qui in hoc tomo legerit fraudes Huſſitarum, quomodo non laudabit Sereniſſimum Principem Bauariæ* IOANNEM? *qui fugâ elapſum Hieronymũ Pragenſem, Hus Collegam, cepit; Conſtantiamq́; remiſit, vbi & combuſtus eſt. Occurret quoq́; animo Bauariæ Princeps* VVILHELMVS, *qui varias vias in Concilio Baſileenſi quæſiuit, vnitatem Catholicam in Bohemia reſtituendi. Hæreditaria nimirum Sereniſſimæ* BAVARICÆ DOMVS *Laus eſt, ardere Zelo tuendæ, ornandæ, reſtituendæ Catholicæ*

Religionis. Hæc enim legimus in antiquis Bohemicis Commentariis; Tentatum eſt aliud tãdem remedium à Bauariæ Duce VVILHELMO, Protectore Concilij, videlicet, vt omiſsis diſputationibus res amicè componeretur. Qua de re Pragæ poſtea Ioannes Polomar (*cuius orationem in Concilio Baſileenſi contra tertium articulum Bohemorum dabimus in quarto tomo*) coram cunctis regni ſtatibus orationẽ habuit. *Deniq; qui Diſputationem cum* ROCKYZANA *coram* GYRZIKONE *rege Bohemiæ, vltimo loco in hoc tertio tomo inſertam, videbit; nonne exardeſcet in laudes* ALBERTI *Bauariæ Principis? qui admirando omnibus ſæculis & Principibus omnibus imitando exemplo, Regnum Bohemiæ vltro oblatum, noluit acceptare, ne Rockyzanam Huſsitam defendendum ſuſcepiſſe videretur.* Albertus Bauariæ Princeps, *inquit Dubrauius lib. 18. hiſt. Bohem.* præter omnium opinionem, regnũ ſibi Boiemiæ delatum, deprecatus eſt, MORIQVE SE MALLE RESPONDIT, QVAM EO MODO QVO BOIEMI VELLENT, REGNARE. Volebant autem, vt Communionem vtriusq; ſpe-

ciei

Digitized by Google

ciei non ſolum approbaret, ſed omnibus etiam opibus, & potentia ſua aduerſus quoscunq; aduerſarios, protegeret. Item vt Magiſtrum Rockyzanam, veritatis præuaricatorem, patrocinio ſuo tutum præſtaret. Dein, vt bona templis & ſacerdotibus erepta, ne repeteret. *Hæc Dubrauius Olomucenſis Epiſcopus de Alberto, in VVenceſlai Regis Bohemiæ aulâ educato. His ſimilia reuocabit in memoriam, qui leget hæc Huſſitica, aliosq; auctores, quos tibi offero, nō ſine gratulatione, qua Illuſtrem & Generoſum Ioannem Erneſtum, filium, Magnificum Rectorem Academiæ Ingolſtadienſis, proſequor, non ſine votis ad Deum, vt Illuſtrem familiam hanc ſuæ Eccleſiæ diu florẽtem & incolumem ſeruet. Ingolſtadij 21. Ianuarij.* ANNO

1603.

AD LECTOREM.

ECce, amice Lector, tertium tomum Antiquæ, vel potius Nouantiquæ lectionis. Imitatus enim ſcribam illũ doctum, *in regno cælorum, ſimilem homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera*: Noua & vetera hoc volumine iunxi. In nouis Raguſium & Carlerium numero: ſi tamen nouis accenſenda eorum monumenta, quæ geminam annorũ Centuriam propè ferunt. Cum veteribus iure collocantur, qui hos antecedunt, Thaumaturgus, Germanus Patriarcha, Zacharias Pontifex, vterq; Anaſtaſius, Hippolytus Thebanus, & Author Chronici Francici. Vt nouos publicarẽ, cauſam multiplicẽ habui. I. Quia merentur lucem, propter ſummam eruditionem. II. Quia argumentum, quod tractant, ſeruit noſtro ſæculo, quod nobis nouos

Matt. 13.

uos Huſsitas peperit. III. Quia Actis Concilij Baſileenſis fax accendenda erat, ne quò vetuſtiora fiunt, eò caligine æui magis inuoluerentur. IV. Quia pietatis & religionis auitæ aduerſarij diligenter conquirunt, & in aſpectum promunt, quidquid cartarum olim contra Sacroſancta fidei noſtræ decreta, præſertim contra ſummi Pontificis authoritatem conſcriptum eſt, Lectoribusq; plena manu propinant. Quo in genere mirificè excelluit olim nobilis ille hæreticus, Flaccus Illyricus, qui omnes propè Germaniæ Bibliothecas peruagatus, ne dicam, deprædatus, eò cunctas ſuas cogitationes conuertit, vt ex puluere, ſituque educeret, quicquid olim ſeu Poeta quiſpiam furioſus, ſeu hæreticus amens, ſeu alius impoſtor delirus, aduerſus Eccleſiæ ritus & ceremonias, ſediſq; Apoſtolicæ, ne ab inferis quidem expugnandam firmitatem euomuerat. Nec deſunt hodie, qui indefeſſum impij ſectarij ſtudium pari conatu perſequantur; quorum exemplo turpe fuerit non excitari nos; vt ſi quid ſuperiori memoria pro defenſione ſacratiſsimæ fidei noſtræ elucubratum eſt, tinearum dentibus eripiatur, & in publica, vt ſic dicam, Eccleſiæ Bibliotheca ad communem omnium vtilitatem, reponatur. At

indi-

Digitized by Google

indiſerti ſunt, imò barbari ſcriptores iſti. quaſi verò plurimi ex illis, quos aut Illyricus, aut Illyrici ſimiles euulgarunt, vel vno pilo eloquentiores cenſeri queant, quàm Raguſius, aut Carlerius noſter. Nõ ſpectemus, amice Lector, arboris folia, ſed fructus; nõ putãina, ſed nucleũ, non veſtẽ, ſed corpus; nõ vaſculũ, ſed liquorẽ in vaſculo cõprehenſũ: qui hic ſaluberrimus, & quibusuis Huſsiticis languoribus perſanandis aptiſsimus. *Nunquid ſi quis aureo cochleari helleborum infundat,* inquit S. Cyrillus, *& altero non aureo, ſed ex viliſsima materia, apũ laborem, hoc eſt, mel imponat, & ſorbere iubeat, quod placuerit: nunquid materiam inſpiciens, palmam dabit deterioribus: vel rectè iudicans, vtile nociuo præferat, etiamſi in viliſsimo proponatur vaſculo?* Ergo conſideratus rem conſiderabit, non verba in Raguſio & Carlerio, vt & in Henrico Kalteiſen, & Ioanne Polomar, quos in quartum tomum (qui nunc cuditur) vnà cum alijs authoribus, hucusq; ineditis, conieci: magnæq; grates debentur admodum Reuerendo & eruditiſsimo ſeni, Doctori Georgio Lautherio, Monachii ad D. Virginem Præpoſito, cuius beneficio, quatuor iſti

S. Cyrillus li. 7. contra Iulianum.

PRÆFATIO.

Huſsitarum debellatores ad manus meas peruenerunt, vt & Diſputatio, cũ vafro illo, Bohemiſq; pernicioſo Rockyzana. Neglecti ordinis in Authorum diſpoſitione nullus meritò diem mihi dixerit. Nullum enim ordinem profiteor, nec Bibliothecam condo, quam in certas claſſes digeſtam eſſe oportet; ſed vt quẽq; ſcriptorem adeptus, per otium exſcribi, & ad prælum adornari curo; ita eum cum Lectore communico. Benè vale, candide Lector, & his laboribus noſtris ad gloriam Dei vtere.

Ingolſtadij 18. Ianuarij. ANNO
M. DCIII.

NOBI.

Digitized by Google

NOBILI ATQVE EXCELLENTISSIMO VIRO DN. HENRICO CANISIO NOVIOMAGO, &c.

TV verò, quod adhuc magna cum laude, CANISI,
Voluiſti ſaxum, facito, pòſt ſæpè reuoluas:
Tu tenebris, & operta ſitu, blattiſq́ relicta,
Clarorum monumenta virûm, quæ præpetis æui
Obtereret caries, in apertam protrahe lucem,
Manca licet, nec cuncta ſuis hærentia mẽbris.
Vtilis ille labos: ipſoq́ ex vngue leonem
Diſcimus. Annales, ſeclorumq́ acta priorum
Erudiunt animos; ac Religionis auitæ
Perpetuũ monſtrant, inconcuſſumq́ tenorem.
Id gentilitium tibi nouimus eſſe, ſtudenti
Antiquæ pietati, in tanto turbine rerum,
Et miſeræ diris patriæ tot caſibus actæ,

Digitized by Google

Communem tota complecti mente ſalutem.
Ergò age, ſollicitent alios (vt plurima vitæ
Hoc immane ſalum, cæco ſub gurgite, monſtra
Intus alit) faſtus breuis, & captãda per aulas
Gratia magnorum, cui non eſt fidere, regum,
Et gazæ maleſuada fames: Nos puluis & vm-
bra. *(hæc*
Doctiloquos inter pluteos, Academicaq; iſt-
Inferiora iuuent. Grauior fit caſus ab alto:
Nos humilis fortuna beet. Quid quærimus
vltrà, *(mus inanes,*
Henrice? aut fumos quid honorum inhia-
In turba, & ſtrepitu, fluctꝰ ſuperãte marinos?
Parua mora eſt: tellus redituros mater a-
lumna.
Puluereã in glebam, noſtræ primordia ſtirpis,
Expectat, manibus vacuis, & corpore nudo.
Effoſſæ ſcrobs tãtula humi, (memorabile dictu)
Septenos vix longa pedes, decus obruit omne
Humanum, & denſa merſum caligine claudit.
Interea ſtatio noſtrûm ſua cuiq; tuenda eſt
Iugibus excubiis. Vigilare, eſt viuere: ſomnus
Aſsimulat fratri mortalia corpora letho.

Phil. Menzelius Med. D.

Et hic III. tomus Antiquæ Lectionis, ſtudio Clariſſimi viri Henrici Caniſii I. C. ex manuſcriptis Codicibus, bono publico edatur. Ingolſtadii 22. Ianuar. Anno 1603.

PETRVS STEVARTIVS
SS. Theologiæ Doct. Profeſſor, & Collegij Theologici pro tempore Decanus.

Digitized by Google

ANTIQVÆ LECTIONIS
Tomi tertij
PARS PRIMA,
VBI

I. S. Gregorii Thaumaturgi Epiſcopi Neocæſareæ, duodecim capita de fide & Anathematiſmi, cum explicatione. Græcolatinè. fol. 3.
II. Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani fragmentum ex oratione de hæreſibus. Græcolat. fol. 16.
III. S. Zachariæ Pontificis ſex capita cum dimidio, ex libro tertio Dialogorum S. Gregorii Magni, quos Zacharias Pontifex in Græcum tranſtulit: Græca hactenus deſiderata. folio 24.
IV. Hippolyti Thebani Chronicon. Græcolat. fol. 35.
V. S. Anaſtaſii Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni orationes duæ.
  I. De S. Synaxi, & de non iudicando, deq; obliuione iniuriarum. fol. 60.
  II. Oratio ſiue explicatio in ſextum Dauidis Pſalmum. fol. 87.
VI. Alterius Anaſtaſii Abbatis liber contra Iudæos, Interprete Franciſco Turriano Societatis IESV. fol. 123.
VII. Francicorum Annalium fragmentum ab Anno 741. vſq; ad Annum 793. quos Regino Prumienſis ſe in hiſtoria ſecutum profitetur. fol. 188.

OMNIA
NVNC PRIMVM EX MAnuſcriptis edita
AB
HENRICO CANISIO NOVIOMAGO SS. CANONVM PROFESSORE INGOLSTADII.

S. GRE.

SANCTI GREGORII THAVMATVRGI, EPISCOPI NEOCÆSAREÆ,

DVODECIM CAPITA DE FIDE, ET ANATHEMATISMI, CVM EXPLICATIONE.

Nunc primùm ex codice m. ſ. edita,

AB

HENRICO CANISIO SS.
CANONVM PROFESSORE INGOLSTADII.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΕΟΚΑΙΣΑρείας κεφάλαια περὶ πίστεως δώδεκα, ἐν οἷς καὶ ἀναθεματισμὸς κεῖται, καὶ ἑρμηνεία ἑκάστῳ ὑποτέτακται.

Κεφ. α.

* θεόν.

* ἀναθεματιζέσθω.

Εἴ τις λέγει ἄκτιστον τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν τὸν ἄκτιστον * τοῦ θεοῦ λόγον ἐκ τῆς κτιστῆς ἀνθρωπότητος τὴν σάρκωσιν καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐπιδειξάμενον, καθὼς γέγραπται, * ἀνάθεμα ἔστω.

Ἑρμηνεία.

* γὰρ.

* σώματι.

* Non erant hæc in exemplari peruetusto, & emendato.

Πῶς * δ᾽ ἂν λέγοιτο ἄκτιστον τὸ σῶμα; τὸ γὰρ ἄκτιστον, ἀπαθὲς, ἄτρωτον, ἀψηλάφητον. Χριστὸς δὲ ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, τύπον ἥλων, καὶ νύξιν λόγχης καὶ ψηλάφησιν * σώματος ἐπεδείκνυτο τοῖς μαθηταῖς, καίτοι τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσελθὼν, ἀλλ᾽ ἵνα δείξῃ καὶ τῆς θεότητος τὴν ἐνέργειαν, καὶ τοῦ σώματος τὴν ἀλήθειαν. * καίτοι θεὸς ὢν, ἄνθρωπος ἐγνωρίζετο φυσικῶς, καὶ ἄνθρωπος ὑπάρχων ἀληθῶς, θεὸς τοῖς ἔργοις ἐφαίνετο.

Κεφ. β.

* ἀναθεμαθιζέσθω.

Εἴ τις λέγει σάρκα τοῦ χριστοῦ ὁμοούσιον τῆς θεότητος, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχοντα θεὸν προαιώνιον, καὶ ἑαυτὸν κενώσαντα, καὶ λαβόντα δούλου μορφὴν, καθὼς γέγραπται, ἀνάθεμα ἔστω. *

Ἑρμηνεία.

Πῶς δὲ ἡ μετὰ χρόνον σὰρξ ὁμοούσιος ἂν λέγοιτο τῆς ἀχρόνου θεότητος; ὁμοούσιον γὰρ λέγεται τὸ ταυτὸν τῇ φύσει καὶ τῇ ἀϊδιότητι ἀπαραλλάκτως.

S. GREGORII THAVMATVRGI NEOCÆSAREÆ EPISCOPI, DE FIDE, *capita duodecim; quibus Anathematiſmi, & explicatio ſubiungitur.*

Caput primum.

SI quis dixerit, corpus Chriſti eſſe increatum, & non confeſſus fuerit, ipſum increatum Dei Verbum ex creata humanitate incarnatũ, hominẽq; factum eſſe, ſicut ſcriptum eſt, Anathema eſto.

Explicatio.

Qua ratione dici poteſt corpus increatũ? Nam ꝙ increatum eſt; id etiam paſſionis expers eſt; neq; vulnerari, neq; tangi poteſt. At Chriſtus reſurgẽs ex mortuis, monſtrauit Diſcipulis ſuis veſtigia clauorũ; vulnꝰ à lancea inflictum, *Lucæ 24. Ioan. 20.* corpusq; ſuum palpandũ præbuit; quanq̃ clauſis ianuis ingreſſus: vt oſtenderet & diuinitatis operationẽ & corporis veritatem. (Tametſi Deus erat; verè tamen agnoſcebatur homo: & cùm homo verè eſſet; Deus ex ipſis ſuis actionibus apparebat.)

Caput ſecundum.

Si quis dixerit, carnẽ Chriſti eſſe conſubſtantialem diuinitati, & non confeſſus fuerit, Chriſtũ in forma Dei Deum ęternũ eſſe, aſſumptaq; ſerui forma ſe exinaniiſſe, anathema eſto.

Explicatio.

Quomodo caro in tempore condita eiuſdẽ ſubſtantiæ dici poteſt cum ſempiterna diuinitate? Conſubſtantiale enim appellatur, ꝙ ſine variatione & viciſſitudine idem eſt cum natura & æternitate.

Digitized by Google

Κεφ. γ.

* ἤτοι ἐκ παρθένου.
* γενόμενον.
* ἐπιδειξάμενον.
* ἀναθεματιζέσθω.

Εἴ τις λέγει ἄνθρωπον τέλειον ἀνειληφέναι τὸν χριστὸν, ὡς ἕνα τῶν προφητῶν, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν τῇ σαρκώσει τῇ * ἐκ παθόντος * γεγενημένον ἄνθρωπον τὸν ἐν βηθλεὲμ τεχθέντα, καὶ ἐν ναζαρὲτ ἀναγραφέντα, καὶ προκοπὴν ἡλικίας ἐπιδειξάμενον, καὶ χρόνων ἀρίθμησιν * ποιησάμενον, ἐν ἰορδάνῃ βαπτισθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ πατρὸς μαρτυρηθέντα, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, καθὼς γέγραπται, ἀνάθεμα ἔστω. *

Ἑρμηνεία.

* κύριον.

Πῶς δ' ἂν λέγοιτο ἄνθρωπον τέλειον ἀνειληφέναι τὸν * χριστὸν ὡς ἕνα τῶν προφητῶν, αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἀνθρώπου γενομένου τῇ ἐκ παρθένου σαρκώσει. διὸ γέγραπται, ὅτι ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός· ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἐκ γῆς πλασθεὶς εἰς γῆν ἀπελήλυθεν, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος γενόμενος εἰς οὐρανοὺς ἀνελήλυθε. καὶ λέγεται ὁ πρῶτος ἀδὰμ καὶ ὁ ἔσχατος ἀδάμ. καὶ ὥσπερ ὡμολόγηται ὅτι ὁ δεύτερος ἐκ τοῦ πρώτου τὸ κατὰ σάρκα, διὸ καὶ ἄνθρωπος, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου χριστός. οὕτως μεμαρτύρηται ὅτι ὁ δεύτερος τοῦ πρώτου σωτὴρ, δι' ὃν καταλήλυθεν ἐξ οὐρανοῦ. ἐπειδὴ δὲ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ λόγος καὶ ἄνθρωπος γενόμενος εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνελήλυθε, διὰ τοῦτο λέγεται καὶ ἐξ οὐρανοῦ ὁ δεύτερος ἀδάμ.

Κεφ. δ.

* ἀναθεματιζέσθω.

Εἴ τις λέγει ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς γεγενῆσθαι τὸν χριστὸν ἐκ παρθένου, ὡς πάντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐκ μαρίας τῆς ἁγίας παρθένου σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα ἐκ σπέρματος δαβίδ, καθὼς γέγραπται, ἀνάθεμα ἔστω. *

Ἑρμηνεία.

* δ' ἄν.

Πῶς * γὰρ λέγοι τις ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς γεγενῆσθαι τὸν χριστὸν ἐκ παρθένου τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου καὶ τοῦ ἀγγέλου εὐαγγελισαμένου

τὴν

Caput tertium.

Si quis dixerit, Chriſtum, inſtar Prophetæ cuiuſpiam, perfectum hominem aſſumpſiſſe; & non confeſſus fuerit, eum aſſumpta carne ex Virgine, hominē factum, *in Bethleem* natum, in Nazareth educatum, ætate profeciſſe, temporiſq; cōpleto curſu in Iordane baptiſatum eſſe, & à patre teſtimonium hoc accepiſſe; *Hic eſt filius* Matth. 3. *meus dilectus, ipſum audite*: anathema ſit.

Explicatio.

Qua ratione aſſeri poteſt, Chriſtum perfectum hominem aſſumpſiſſe, quaſi *Prophetam* quempiam; cùm ipſe Dominus homo factus ſit, carne ex Virgine ſibi aſſumpta? Propterea ſcriptum eſt, quod *primus homo ſit de* 1. Cor. 15. *terra terrenus*. Poſtquam verò is, qui ex terra formatus erat, in terram reuertit; ſecundus homo factus, in cœlos aſcendit. Et dicitur, *primus Adam, & nouiſſimus Adam*. Et quemadmodum in cōfeſſo eſt, ex primo eſſe ſecundum, quod ad carnem attinet, ea enim de cauſa nominatur Chriſtus homo & filius hominis; ſic planum teſtatumq; eſt, ſecundum eſſe Saluatorem primi, propter quem etiam de cœlo deſcendit. Quia verò Verbum de cœlo deſcendens, & humanā naturam induens in cœlos adſcendit; ideo ſecundus Adam ex cœlo eſſe dicitur.

Caput quartum.

Si quis dixerit ex viri ſemine natum eſſe Chriſtum de Virgine, ad eum modum, quo cæteri mortalium naſcuntur, & non confeſſus fuerit illum ex ſancto Spiritu, & ex Maria ſanctiſſima virgine incarnatū, hominemq; factum ex ſemine Dauid, ſicut ſcriptum eſt, anathema eſto.

Explicatio.

Quomodo quis aſſerat Chriſtū ex ſemine viri natū eſſe de Virgine, cùm ſacroſanctum Euangelium, & ipſe

Digitized by Google

τὴν μαριὰμ, τῆς παρθένου εἰρηκυίας, πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; διὸ λέγει· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται ὁ ὑψίστου υἱός. καὶ τῷ ἰωσὴφ λέγει. μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου, τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἰησοῦν, αὐτὸς γὰρ σώζει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ.

Κεφ. ε.

Εἴ τις λέγει, ἄλλος ὁ πρὸ αἰώνων υἱός τοῦ θεοῦ, καὶ ἄλλος ὁ ἐπ' ἐσχάτων, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν τὸν πρὸ αἰώνων τὸν αὐτὸν ἐκ ἐσχάτων, καθὼς γέγραπται, ἀνάθεμα ἔστω.*

* ἀναθεματιζέσθω.

Ἑρμηνεία.

Πῶς δ' ἂν λέγοιτο ἄλλος ὁ πρὸ αἰώνων τοῦ θεοῦ υἱὸς, καὶ ἄλλος ὁ ἐπ' ἐσχάτων, αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος, πρὶν ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. καὶ ὅτι ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω, καὶ πάλιν πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα μου.

Κεφ. ϛ.

Εἴ τις λέγει, ἄλλος ὁ παθὼν, καὶ ἄλλος ὁ μὴ παθὼν, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν τὸν ἀπαθῆ θεὸν λόγον καὶ ἄτρεπτον σαρκὶ ἰδίᾳ παθόντα ἀτρέπτως, καθὼς γέγραπται, ἀνάθεμα ἔστω.*

* ἀναθεματιζέσθω.

Ἑρμηνεία.

Πῶς δὲ ἂν λέγοιτο ἄλλος ὁ παθὼν, καὶ ἄλλος ὁ μὴ παθὼν, αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος, δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, καὶ ὅταν ἴδητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ ὅταν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

Κεφ. ζ.

Εἴ τις λέγει σωζόμενον τὸν χριστὸν, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν

Angelus teſtentur, Mariam dixiſſe; *quomodo fiet iſtud, quoniam virũ non cognoſco?* Propterea dicit. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* Prius enim dixerat ſancta Virgo, *Quomodo fiet iſtud, quoniã virum non cognoſco?* Et Ioſepho dicit: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt, pariet autem filium, & vocabunt nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eius.*

Luc. 1.
Matth. 1.

Caput quintum.

Si quis dixerit, alius eſt filius Dei æternus & ante ſæcula: & alius, qui nouiſſimis temporibus apparuit; & non cõfeſſus fuerit, vnum & eundem eſſe illum æternũ, & qui nouiſſimis temporibus apparuit, ſicut ſcriptum eſt, anathema eſto.

Explicatio.

Quomodo affirmauerit quis non eſſe eundẽ Dei filium, qui ab æterno fuit, & nouiſſimis tẽporibus apparuit; cùm ipſe Dñs dicat: *Antequã Abrahã fieret, ego ſum.* Et quia à patre exiui, & venio, & iterum vado ad patrem meum?

Iohann. 8.
Ioha. 13. 16. 17.

Caput ſextum.

Si quis dixerit, alius eſt, qui paſſus eſt, & alius, qui paſſus non eſt: & non confeſſus fuerit, idem impaſſibile & immutabile Dei verbum propria ſua carne paſſum eſſe, ſicut ſcriptum eſt, anathema eſto.

Explicatio.

Qua ratione dicat quis, aliũ eſſe, qui paſſus eſt, & alium, qui paſſus nõ eſt? Ipſo Dño affirmante: oportet filiũ hõis multa pati, & occidi, & die tertia à mortuis reſurgere. Et: quando videbitis filium hõis ſedentem in dextra patris, *E*t: quando veniet filius hõis in gloria patris ſui.

Mat. 16 & 20
Marc. 10.
Matth. 26.
Marc. 14.
Matt. 16.

Caput ſeptimum.

Si quis dixerit, Chriſtum ſeruatum eſſe: & non con-

Digitized by Google

σωτῆρα τοῦ κόσμου καὶ φῶς τοῦ κόσμου, καθὼς γέγραπται, ἀναθεματιζέσθω.

Ερμηνεία.

Πῶς δ' ἂν λέγει τις σωζόμενον τὸν χριστὸν αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος, ἐγώ εἰμι ἡ ζωή, καὶ ἐλήλυθα ἵνα ζωὴν ἔχωσι. καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσει, ἀλλ' ὄψεται τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον.

Κεφ. η.

Εἴ τις λέγει τέλειον ἄνθρωπον τὸν χριστὸν διαιρετῶς, καὶ θεὸν τὸν λόγον διαιρετῶς, καὶ μὴ ὁμολογεῖ ἕνα κύριον ἰησοῦν χριστὸν, καθὼς γέγραπται, ἀνάθεμα ἔστω.*

* ἀναθεματιζέσθω.

Ερμηνεία.

Πῶς δ' ἂν λέγει τις ἄνθρωπον τέλειον τὸν χριστὸν διαιρετῶς, καὶ θεὸν τὸν λόγον διαιρετῶς, αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος, τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός. οὐ γὰρ ἄνθρωπον δέδωκεν ὑπὲρ ὑμῶν. ἀλλ' ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ θεὸς λόγος ἄνθρωπος γενόμενος δι' ἡμᾶς. διὸ λέγει. λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. αὐτὸς δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ.

Κεφ. θ.

Εἴ τις λέγει τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν χριστὸν, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν ἄτρεπτον τῷ πνεύματι, * φθαρτὸν τῇ σαρκὶ, ἀναθεματιζέσθω.

* ἄφθαρτον.

Ερμηνεία.

Πῶς δ' ἂν λέγει τις τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν χριστὸν, αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος. ἐγώ εἰμι καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. καὶ πάλιν οὐδὲ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐγκατελείφθη εἰς * ᾅδου. οὐδὲ ἡ σάρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν.

* ἀλ. ᾅδην.

Κεφ. ι.

Εἴ τις λέγει μέρος ἀνθρώπου ἀνειληφέναι τὸν χριστὸν, καὶ μὴ ὁμολογεῖ

feſſus fuerit ipſum eſſe Seruatorem mundi, & lucẽ mundi, ſicut ſcriptum eſt; Anathema eſto.

Iſaiæ 9. Matth. 4. Ioa. 1. 3. 8. 9. 12.

Explicatio.

Quomodo aſſerat quis Chriſtum eſſe ſeruatum; ipſo Dño dicente: Ego ſum vita. Et: ego veni, vt vitam habeant. Et: qui in me credit, mortem non videbit: ſed videbit vitam æternam.

Ioan. 11. & 16. Ioan. 10. Ioan. 8.

Caput octauum.

Si quis dixerit, Chriſtum perfectum hoĩem eſſe diuiſim; & Deum verbum diuiſim: & non confeſſus fuerit, vnum & eundem Dñm Ieſum Chriſtum, ſicut ſcriptum eſt; anathema ſit.

Explicatio.

Quomodo quis dicat Chriſtum diuiſim eſſe perfectum hoĩem, & diuiſim verbum diuinum, cùm ipſe Dñs dicat: Quid me quæritis occidere hoĩem, qui veritatem vobis dixi, quam audiui à patre meo? Non enim hominẽ ꝑ nobis dedit: ſed ſeipſum ꝑ nobis dedit, Deus verbum homo factus. Hinc & dicit: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ipſe autem dicebat de templo corporis ſui.

Ioan. 8. Ioan. 2.

Caput nonum.

Si quis dixerit Chriſtũ mutationi & alterationi obnoxium eſſe; & non confeſſus fuerit, ipſum Spiritu quidẽ mutationis expertem; carne autem corruptibilem eſſe; anathema eſto.

* incorruptibilem.

Explicatio.

Qua ratione aſſerat quis in Chriſtum mutationem aut variationem cadere? ipſo Dño dicente: Ego ſum, & non mutor. Et rurſus: Neq; anima eius relicta eſt in inferno; neq; caro eius vidit corruptionem.

Malach. 3. Pſalm. 15. Actor. 2.

Caput decimum.

Si quis dixerit, Chriſtum partem tantummodò hoĩs

λογεῖ αὐτὸν καθ' ὁμοιότητα ἡμῶν κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας, ἀναθεματιζέσθω.

Ἑρμηνεία.

Πῶς δ' ἂν λέγει τις μέρος ἀνθρώπου ἀνειληφέναι τὸν χριστὸν, αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος. τὴν ψυχήν μου τίθημι, ἵνα πάλιν λάβω αὐτὴν, ὑπὲρ τῶν προβάτων, καὶ ἡ σάρξ μου ἀληθής ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθής ἐστι πόσις, καὶ ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα ἔχει ζωὴν αἰώνιον.

Κεφ. ια.

* πάντα.

Εἴ τις λέγει ἄψυχον ἢ ἀνόητον τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν τέλειον κατὰ * ἄνθρωπον ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, ἀναθεματιζέσθω.

Ἑρμηνεία.

* Χριστοῦ:

Πῶς δὲ ἂν λέγοι τις ἄψυχον καὶ ἀνόητον τὸ σῶμα τοῦ* κυρίου. ταραχὴ γὰρ καὶ λύπη καὶ ἀδημονία, οὔτε σαρκὸς ἀψύχου, οὔτε ψυχῆς ἀνοήτου, οὔτε θεότητος ἀτρέπτου, οὐδὲ δοκήσεως ἔνδειξις, οὔτε ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἥττημα, ἀλλὰ τὸν καθ' ἡμᾶς παθῶν τὴν ἐπίδειξιν ἐν ἑαυτῷ ἐποιεῖτο ὁ λόγος καταδεξάμενος τὸ παθητικὸν, καθὼς γέγραπται. ὅτι αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀνέλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε. ταραχὴ γὰρ καὶ λύπη καὶ ἀδημονία ψυχῆς νοσήματα. κόπος δὲ καὶ ὕπνος καὶ ἱδρῶσις σώματος, σαρκὸς ἀσθενήματα.

Κεφ. ιβ.

Εἴ τις λέγει δοκήσει πεφανερῶσθαι τὸν χριστὸν τῷ κόσμῳ, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, αναθεματιζέσθω.

Ἑρμηνεία.

Πῶς δὲ ἂν λέγει τις δοκήσει πεφανερῶσθαι χριστὸν τῷ κόσμῳ

τὸν

aſſumpſiſſe, & non confeſſus fuerit, illum in omnibus aſſimilatum nobis eſſe, excepto peccato; anathema eſto.

Explicatio.

Quomodo dicat quis Chriſtum, partem duntaxat hominis aſſumpſiſſe? ipſo Dño dicente: *Pono animam meam* (pro ouibus meis) *& iterum* ſumã eam. Et: caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Et: qui manducat carnem meam; & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam. *Ioan. 10.* *Ioan. 6.*

Caput vndecimum.

Si quis dixerit corpus Chriſti eſſe inanime, & ſine mente, & non confeſſus fuerit, illum vnum & eundem ſecundùm omnia perfectum hominem eſſe; anathema eſto.

Explicatio.

Quomodo aſſerat quis corpus Chriſti animæ aut intellectus expers eſſe? turbatio enim, & triſtitia, & mœror, neq; ſunt carnis anima carentis, neq; animæ intellectu deſtitutæ: neq; immutabilis diuinitatis, neq; eius, quod tantùm videtur eſſe, & non eſt; indicium: neq; humanæ imbecillitatis defectus, ſed paſſionum & ægritudinũ noſtrarum ſpecimen in ſe ipſo Verbum edere voluit; paſſibili natura in ſe ſuſcepta, ſicut ſcriptum eſt: *Languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.* Turbatio enim, & triſtitia, & angor, ſunt animi ægritudines. Labor autem, & ſomnus, & vulneratio corporis; ſunt infirmitates carnis. *Eſaiæ 53.*

Caput duodecimum.

Si quis dixerit, ſola opinione & putatitiè Chriſtum in mundo apparuiſſe, & non confeſſus fuerit, in carne veniſſe; anathema eſto.

Explicatio.

Quomodo affirmabit q̃s putatitiè tantũmodò Chriſtũ

τὸν ἐν Βηθλεὲμ τεχθέντα, καὶ περιτομὴ σαρκὸς προσαγόμενον, καὶ ὑπὸ Συμεὼν βασταχθέντα, καὶ δωδεκαετῆ ἀνατραφέντα, καὶ τοῖς γονεῦσιν ὑποταγέντα, καὶ ἐν Ἰορδάνῃ βαπτισθέντα, καὶ ἐν σταυρῷ προσηλωθέντα, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντα. διὸ * κἂν λέγηται, ἐταράχθη τῷ πνεύματι. ἐλυπήθη τῇ ψυχῇ, ἐτρώθη τῷ σώματι. τὰς κατὰ τὴν ἡμετέραν σύστασιν τῶν παθῶν προσηγορίας ἵστησι, καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας. ἐγεννήθη γὰρ ἐν Βηθλεὲμ, θεοπρεπῶς κατὰ σάρκα, ἀγγέλων ἐπουρανίων ἐπεγνωκότων τὸν αὐτὸν δεσπότην, καὶ ἀνυμνούντων τὸν ἐν φάτνῃ σπαργανωθέντα θεὸν, καὶ λεγόντων, δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. ἐν Ναζαρὲτ ἀνετράφη, θεοφανῶς ἐν μέσῳ διδασκάλων καθεζόμενος, καὶ ἐκπλήττων αὐτοὺς τῇ σοφίᾳ παρὰ καιρὸν ἡλικίας τῆς κατὰ τὸ σῶμα, ὡς ἀπαριθμεῖται ὁ εὐαγγελικὸς λόγος, ἐν Ἰορδάνῃ ἐβαπτίσθη, οὐχ ἁγιασμοῦ προσλήψει προσαγόμενος, ἀλλ' ἁγιασμοῦ μετοχὴν χαριζόμενος. ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπειράσθη, οὐ πειρασμῷ ὑποκείμενος, ἀλλὰ τοὺς ἡμετέρους πειρασμοὺς τῇ προκλήσει τοῦ πειράζοντος προβαλλόμενος, ἵνα δείξῃ μάταιον τὸν πειράζοντα. διὸ λέγει, θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον, οὐθεὶς κὴν πάλην προβαλλόμενος, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν σάρκα νικητήριον πάθους καὶ θανάτου καὶ φθορᾶς ἐπιδεικνύμενος, ἵνα δι' ἧς σαρκὸς ἡ ἁμαρτία εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος ἐβασίλευσε πάντων ἀνθρώπων, διὰ τῆς αὐτῆς σαρκὸς καθ' ὁμοιότητα κατακριθῇ ἡ ἁμαρτία ἐν τῇ σαρκὶ, καὶ νικηθῇ ὁ τῆς ἁμαρτίας ἔφορος ὁ πειράζων, καὶ καταλυθῇ ὁ θάνατος τοῦ μὴ βασιλεύειν καὶ καταργηθῇ φθορὰ * ἐν τῇ τοῦ σώματος ταφῇ, καὶ ἀπαρχὴ ἀναστάσεως ἀναδειχθῇ, καὶ ἀρχὴ δικαιοσύνης ἐν τῷ κόσμῳ πολι-

* καὶ λέγεται.

* ἀλλ. ἐν ταφῇ τοῦ σώματος.

τεύσηται

in mundo apparuiſſe, natum in Bethleem, circumciſum,
& à Simeone vlnis geſtatum, vſq; ad duodecimũ annum
à parentibus educatum, iiſdemq; morigerum, in Iordane
baptizatum, cruci affixum, ex mortuis excitatum? Propterea Ioan.11.12.13
quando dicitur: Turbatus eſt Spiritu: triſtatus eſt Matt.26.
aĩa; corpore vulneratus eſt: noſtrę cõſtitutionis affectiones Eſa.53.
nobis ob oculos ponit: vt oſtendat; ꝙ homo in mundo
natus ſit: & cum hominibus cõuerſatus ſit abſq; peccato. Baruch 3.
Natus enim eſt in Bethleem ſecundùm carnẽ Deo
conuenienter, cœleſtibus Angelis Dñm ſuum agnoſcentibus,
Hymnorũq; cantu & melodia celebrantibus Deũ
faſciis in præſepi inuolutum, & dicentibus: Gloria in excelſis
Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. In
Nazareth enutritus eſt. In medio Doctorum Dei inſtar
ſedit, eoſq; ſapientia ſua obſtupefecit; Præter ordinẽ modumq;
ætatis, ſi corpus ſpectes; vt ex Euangelio liquet.
In Iordane baptizatus eſt: non vt aliquid ſanctificationis Luc.2.
perciperet; ſed vt ſanctificationẽ aliis impertiret. In ſolitudine Marc.1. Matt.4.
tentatus eſt: non ſuccumbens tentationi, ſed noſtras
tentationes tentatoris prouocatione præſeferens:
vt oĩbus vanitatẽ & imbecillitatẽ aduerſarij patefaceret.
Propterea monet: *Confidite, ego vici mundum*: neq; diuinũ Iohann.16.
propugnaculum obiecit, ſed carnem propriam paſſioni,
morti & corruptioni deuincendæ oppoſuit: vt per quam
carnem peccatum intrauerat in mundum; & per peccatum Rom.5.
mors imperium in omnes exercens: per eandẽ carnem
ſecundùm ſimilitudinẽ condemnaretur peccatũ in
carne: peccatiq; antiſtes tentator ille ſuperaretur, mors
diſſolueretur imperio ſuo deiecta: & euacuaretur corruptio
in corporis ſepultura: primitiæq; reſurrectionis palam 1.Cor.15.
oſtenderentur: & initiũ iuſtitiæ per fidem in mundo

τεύσηται διὰ τῆς πίστεως. καὶ βασιλεία οὐρανῶν ἀνθρώποις εὐαγγελισθῇ, καὶ θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους γένηται κοινωνία. ἐπὶ ταύτῃ τῇ χάριτι δοξάζωμεν τὸν πατέρα τὸν δεδωκότα τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. δοξάσωμεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐνεργοῦν, τὸ ζωοποιοῦν ἡμᾶς, τὸ παρέχον τὰ χαρίσματα πρὸς θεοῦ κοινωνίαν, καὶ μὴ περιεργαζώμεθα τὸν εὐαγγελικὸν λόγον λέξεσι περιέργοις, ἀπεράντους ζητήσεις καὶ λογομαχίας περιπείροντες, καὶ τὸν λεῖον καὶ εὐθύτατον λόγον τῆς πίστεως * τραχύνοντες, ἀλλὰ μᾶλλον

* ἀλλ. τραχοῦντες.

ἐργαζώμεθα τὸ ἔργον τῆς πίστεως, τὴν εἰρήνην ἀγαπήσωμεν, τὴν ὁμόνοιαν ἐπιδειξώμεθα, τὴν ἑνότητα φυλάξωμεν, τὴν ἀγάπην γεωργήσωμεν, δι᾽ ἧς εὐαρεστεῖται θεός. ὥσπερ οὐχ ἡμῶν ἐστὶ τὸ γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. πιστεῦσαι δὲ δεῖ ὅτι χρόνου ἔσται τέλος, καὶ μέλλοντος αἰῶνος ἔσται φανέρωσις, καὶ κρίσεως ἀποκάλυψις, καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ παρουσία, καὶ ἔργων ἀνταπόδοσις, καὶ οὐρανῶν βασιλείας κληρονομία, οὕτως οὐχ ἡμῶν γνῶναι τὸ πῶς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ γέγονεν ἄνθρωπος, τὸ γὰρ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶ, καθὼς γέγραπται, ὅτι τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται. ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεῦσαι δεῖ, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐγένετο ἄνθρωπος κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη κατὰ τὰς γραφὰς καθ᾽ ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ ὅτι ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καθὼς

* ἀνελήλυθει

γέγραπται, καὶ ὅτι εἰς οὐρανοὺς * ἀνελήφθη, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ὅθεν ἥξει κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καθὼς γέγραπται, μή ποτε ἡμῶν λογομαχούντων πρὸς ἀλλήλους βλασφημήσωσί τινες τὸν τῆς πίστεως λόγον, καὶ ἐπέλθῃ τὸ εἰρημένον, δι᾽ ὑμᾶς τὸ ὄνομά * μου διὰ παντὸς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι.

* ἀλλ. τοῦ θεοῦ.

effloreſceret; regnumq́; cœlorum hominibus annunciaretur,
& Dei cum hominibus communio iniretur. Ob
hanc gratiam glorificemus patrē, qui dedit filium ſuum
vnigenitum pro mundi vita. Glorificemus Spiritum ſanctum,
operantem in nobis, noſq́; viuificantem; qui nobis
dona ad cōmunionē cum Deo contrahendā neceſſaria
ſubminiſtrat: neq; Euangelica oracula curioſis diſputationib.
examinem⁹, interminatis quęſtionibus verborūq́;
pugnis in medium allatis; planam & expeditam fidei inſtitutionem
exaſperantes; ſed magis in id incumbamus;
vt fidei officium præſtemus; pacem amemus, concordiā
præferamus, vnitatē cuſtodiamus, charitatem colamus,
per quam placatur Deus. Et quemadmodum noſtrum
non eſt, ſcire tempora aut momenta, quæ pater poſuit in
ſua poteſtate; credere autem oportet; finem fore huius
temporis, & futuri ſæculi inchoationem, & iudicij reuelationem,
& filij Dei aduentū, & operum retributionem;
& regni cœlorum hæreditatem; ſic noſtrum nō eſt ſcire,
quomodo filius Dei factus ſit homo. nam myſterium
hoc magnum eſt, vt Scriptura teſtatur. Generationem *1. Tim. 3.*
eius, quis enarrabit, quoniā tolletur à terra vita eius. Sed *Eſaiæ 53.* *Actor. 8.*
credendum eſt; filium Dei factum eſſe hominem ſecundùm
Scripturas, & in terra viſum, & cum hominibus cōuerſatum
eſſe: vt ſacræ literæ docent, ſecundùm ſimilitudinem, *Baruch. 3.*
abſq; peccato, proq́; nobis mortuum eſſe, & reſurrexiſſe *Hebr. 4.*
ex mortuis, ſicut ſcriptū eſt; & in cœlos aſſumptum *2. Tim. 2.*
eſſe, ſedereq́; in dextera patris, inde venturū iudicare *Marci 16.*
viuos & mortuos, vt Scriptura tradit; ne dum inter *2. Tim 4.*
nos verbis digladiamur, blaſphement quidam doctrinam *1. Tim. 6.*
fidei; eueniatq́; illud: propter *Eſaiæ 52.*
vos blaſphematur nomen meum
ſemper in Gentibus.

Digitized by Google

ΕΚ ΛΟΓΟΥ ΔΙΗΓΗΜΑΤΙΚΟΥ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ πατρὸς γερμανοῦ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου πρὸς ἄνθιμον διάκονον περὶ τῶν ἁγίων συνόδων, καὶ τῶν κατὰ καιροὺς ἀνέκαθεν τῷ ἀποστολικῷ κηρύγματι ἀναφυεισῶν αἱρέσεων.

Τότε ἢ κατὰ μικρὸν πρὸ τούτου (ἤγουν ὠριγένους) καὶ μεγάλῳ ἡμῶν πατρὶ καὶ θαυματουργῷ γρηγορίῳ ἐπιζητοῦντι περὶ τούτων, ἡ τοῦ δόγματος ἐξεκαλύφθη θαυμάσιος διδασκαλία, ὅτε τὴν ἁγίαν παρθένον, καὶ θεοτόκον μαρίαν, καὶ ἰωάννην τὸν παρθένον καὶ ἀπόστολον ἐθεάσατο, φανερῶς ἐπιδεικνυόντων αὐτῷ τὴν τῶν ἐπιζητουμένων ἀκρίβειαν. αὕτη ἐστὶν ἡ διδασκαλία ἡ παρὰ πᾶσιν ᾀδομένη τοῖς πέρασι, καὶ τὴν ἀπαρχὴν ἐκ τῆς πατρικῆς θεότητος ποιουμένη. εἷς θεὸς * λέγων, πατὴρ λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης καὶ δυνάμεως καὶ χαρακτῆρος ἰδίου; ὁμόδοξον δὲ καὶ πνεῦμα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ διδάσκοντος, καὶ μηδὲν εἶναι κτίσμα ἢ δοῦλον ἢ ἐπείσακτον ἐν τῇ τριάδι διαγορεύοντος, ὡς πρότερον μὲν οὐκ ὄν, ὕστερον δὲ ἐπεισαχθὲν, ἄκτιστον καὶ ἀθάνατον εἶναι ἀεὶ τὴν τριάδα τρανῶς διδαχθέντος αὐτοῦ καὶ διδάξαντος:

* ἴσ. λέγει ἢ λέγοντος.

EX NARRATIONE SANCTI PATRIS GERMANI, OECVMENICI PAtriarchæ ad Anthimum Diaconum, de ſacris Synodis, & quænam quouis tempore Apoſtolicæ prædicationi hæreſes ſuccreuerint.

TVnc vel paulò antè (videlicet ante Origenẽ) cùm magnus pater noſter & miraculorũ effector Gregorius de his inquireret; admiranda dogmatis huius doctrina ei patefacta eſt; quando diuam Virginem & Deiparam Mariam, & Ioannem Virginem Apoſtolumq́; manifeſtè vidit; oſtendentes ei, eorum, quæ inueſtigabat, accuratam cognitionem. Hæc eſt illa apud omnes decantata doctrina, quæ à patris diuinitate exorſa, vnus, ait, Deus, pater Verbi viuentis, ſapientiæ ſubſiſtentis; potentiæ, & propriæ figuræ. Simul etiam docet eiuſdem gloriæ ac maieſtatis cum patre & filio eſſe Spiritum ſanctum, & in ſanctiſſima Trinitate nihil creatum, aut ſubditum, aut introductitium reperiri, quaſi prius quidem non fuerit; poſtea autem introductum ſit: increatam verò, & ſemper immortalem eſſe Trinitatem perſpicuè & diſertè edoctus ipſe (Gregorius) edocet.

NOTÆ IN ANATHEMATISMOS S. GREGORII THAVMATVRGI.

HOs Anathematiſmos græcè miſit ad nos Venetiis R. P. Antonius Poſſeuinus, Societatis IESV Theologus, pręclarè ſcriptis factiſq; clariſſimus: quos in latinã linguam transferri; & notulis illuſtrari curauimus, Vtrum autem explicationes, quæ ſingulis Anathematiſmis ſubiiciuntur, ſint ipſius Thaumaturgi, an alterius, non indicat græcum exemplar; neq; nos habemus quicq̃ certi, ob quod aſſeueremus, alterius eſſe. Anathematiſmi ſunt duodecim; quos S. Cyrillus Alexandrinus imitatus videtur ſuis aduerſus Neſtorium & Neſtorianos Anathematiſmis. Vt enim S. Gregorius duodecim edidit; ita & ſanctus Cyrillus. Et vt illi circa Chriſtũ præcipuè verſantur; ita & Cyrilliani circa perſonã eiuſdem Saluatoris noſtri, ſanctiſſimamq; Deiparam occupantur, diuinæ Incarnationis genuini & germani interpretes & doctores. Quare ad marginem Græci exemplaris, arroſa tamẽ extima ora, hæc verba adſcripta ſunt. Θεοῦ χάριτι πῶς δεῖ πιστεύειν περὶ τῆς σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν . . . . μὲν προμηνύοντος, προφητῶν μαρτυρησάντων, ἀποστόλων κηρυξάντων, αὐτοῦ τοῦ κυρίου καὶ λ. . . . . διδάξαντος, καὶ ἔργοις ἑαυτὸν φανερώσαντος. *Dei gratia, quomodo credendum ſit de Incarnatione filij Dei Ieſu Chriſti Domini noſtri . . . . prænunciante, Prophetis atteſtantibus, Apoſtolis prædicantibus, ipſoq; Domino & . . . . docente & factis ſeipſum manifeſtante*, ἐνανθρώπησιν vocant nonnulli *inhumanationem*, cui ad verbum reſpondet vox Germanis vſitata: die Menſchwerdung. Philaſtrius *incorporationem* appellat. Diſtinguuntur iſti Anathematiſmi ſeu capita

Exſt. Tom. 1. Concil. Epheſ. & inter opera S. Cyrilli.

de fide ab expoſitione fidei, quæ initio quintæ Synodi legitur, hoc titulo: *Expoſitio fidei ſecundùm reuelationem Gregorij Epiſcopi Neocæſarienſis*; hæc enim expoſitio agit de ſanctiſſimo Trinitatis myſterio: Sed capita hæc, de Incarnatione diſſerunt. Edidit & alium librum de Expoſitione fidei, cuius meminit S. Baſilius, epiſtola 64. ad Neocæſarienſes; qui fidei ſibi diuinitus de ſanctiſſima Trinitate reuelatę, explicationem continuiſſe videtur, vt exiſtimat quoq; Illuſtriſs. Baronius Annali. 2. Anno Chriſti 266. Vtrum autem S. Hieronymus, libro de viris Illuſtribus, enumerans ſcripta S. Gregorij, & inter illa lucubrationem de fide collocans, reſpexerit ad hos noſtros Anathematiſmos, qui & ipſi de fide inſcribuntur, an ad expoſitionem fidei de ſanctiſſimo Trinitatis myſterio, incompertum habeo. Eoſdem Thaumaturgi Anathematiſmos imitatus videtur S. Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui duodecim capita contra Iconomachos edidit, planè ad formam S. Cyrilli, & ſancti Gregorij, quæ beneficio ſuprà dicti R. P. Antonij Poſſeuini adepti ſumus, verſa olim ex Græco à doctiſſimo Franciſco Turriano, Societatis IESV. Porrò ſinguli ferè Anathematiſmi ſingulas hæreſes & hæreticos iugulant. Primus & ſecundus Anathematiſmus dirigũtur in illos, qui corpus Chriſti increatũ, & Deo conſubſtantiale aſſerebãt; cuius hęreſeos meminiſſe videtur Iuſtinus Martyr in expoſitione fidei: vbi reprehendit quoſdã, qui docebant corpus Chriſti in diuinitatẽ tranſmutatum eſſe: atq; adeò diuinitati cõſubſtantiale eſſe, in qua aſſertione ferè tot ſunt implicationes, quot verba. Vide Alphonſum à Caſtro v. Chriſtus, Hær. 2.

Circa tertium Anathematiſmum, obſeruare oportet, S. Gregorium non negare, quin Chriſtus perfectum hominem quoad naturam aſſumpſerit; aſſumpſit enim corpus & animam, in quibus eſſentialis perfectio naturæ humanæ conſiſtit; ſed negat, eum aſſumpſiſſe perfectum hoĩem, ſeu naturam humanã, quoad ætatem, ſtaturam, & id genus alias accidẽtales corporis perfectiones, quo pacto Adam' ſub ipſum ortus ſui momentũ perfectus homo fuit; cùm Chriſtus, Euangeliſtis id teſtantibus, ex D. Virgine, ſpecie habituq; infans natus ſit; & ætate, quod ad corpus attinet, more aliorum infantum creuerit & profecerit. Quod quidã hæretici negaſſe vidẽtur: rati Chriſtum perfectum ætate & magnitudine corpus induiſſe: ſtatimque mundo inſtar alterius Prophetæ apparuiſſe. Quartus Anathematiſmus ferit Ebionem, Cherintum, Carpocratem, & alios, de quibus Tertullianus, de præſcriptione, S. Auguſt. Philaſtrius, Epiphanius. Quintus, ſextus, & octauus damnat illas hæreſes, quæ poſt tempora S. Gregorij magis defenſæ ſunt & propagatæ à Neſtorio & aliis, qui duas perſonas in Chriſto cõſtituebant.

Septimus Anathematiſmus illos diris deuouet, qui dicebant; Chriſtum Saluatorem & Redemptorem ſibi ipſi fuiſſe Saluatorem & Redemptorem; quaſi & ipſe redemptione eguerit.

Nonus Anathematiſmus videtur eſſe contra Valentinum, qui, teſte Tertulliano, docebat, Chriſtum in ſubſtantia corporis noſtri nõ fuiſſe, ſed ſpiritale neſcio quod corpus deferentem, quaſi aquam per fiſtulam, ſic per Mariam Virginem tranſmeaſſe, nihil inde vel accipientem, vel mutuantem. Aſſerit ergò S. Gregorius, Chriſtum anima quidem fuiſſe immutabili, hoc eſt, incorruptibili; corruptibili autem & mortali carne. In margine græci exemplaris pro φθαρτὴν, ſcriptum erat, ἀφθαρτον; quaſi dicat, Chriſtum carne eſſe incorruptibili; quæ lectio in expoſitiono magis probari videtur; propter illud:

Nec dabis ſanctum tuũ videre corruptionem. Quæ explicatio, ſi cui placet; dicendum eſt, Chriſtum fuiſſe carne incorruptibilem; quia Deus paſſus non eſt; vt corpus exanime eius in ſepulchro poſitum corrumperetur; hoc eſt, in putredinem & cinerem reſolueretur; vt ſolent alia corpora: licet alioquin eiuſdem naturæ fuerit cum corporibus aliorum hominum; quæ tandem corrumpuntur, & in ſua principia reſoluuntur. Sed prior lectio, atq; adeò ſenſus Anathematiſmi melior eſt & commodior.

Decimus & vndecimus Anathematiſmus euertunt illam hæreſin; quam poſt Thaumaturgi ætatem propugnauit etiam Arius, Apollinaris, Monothelitæ, & alij; quorum primus dicebat; Chriſtum tantummodò carnẽ aſſumpſiſſe; cui diuinitas loco animæ fuerit. Alter dicebat, fuiſſe in Chriſto animam, ſed ſine mente & intellectu; Verbũ enim fuiſſe animę illi loco intellectus & mentis. Monothelitæ vnam duntaxat voluntatem in Chriſto ſtatuebant. Vide *S.* Thomam, libro 4. contra Gent. cap. 32. 33, & 36.

Vltimus Anathematiſmus eſt contra Cerdonem, qui Chriſtum in phantaſmate ſolo fuiſſe pronunciabat, vt & Marcion, Lucanus, Apelles, & poſtea Manes. Vide Caſtrum loco citato.

NOTÆ IN FRAGMENTVM EX ORATIONE GERMANI Patriarchæ.

QVomodo D. Virgo & Ioañes *E*uangeliſta D. Gregorio Thaumaturgo apparuerint eumq; vera & ſincera de ſacroſanctæ Trinitatis myſterio fide imbuerint; copioſè narrat *S.* Gregorius Nyſſenus ea oratione, qua laudes & res geſtas Gregorij Thaumaturgi proſequitur. *E*xſtat ea doctrina diuinitus Thaumaturgo

Digitized by Google

tradita; & ab ipſo literis mandata, exſtat inq̄ in quinta œcumenica Synodo; cuius initium Germanus hîc recitat. *Vnus eſt Deus pater verbi viuentis, ſapientiæ ſubſiſtentis, & potẽtiæ, & figuræ æternæ; perfectus perfecti genitor. Pater filij vnigeniti, vnus Dominus, ſolus ex ſolo. Deus de Deo, figura & imago Deitatis, verbum efficax; ſapientia conſtitutionis rerum vniuerſarum comprehenſiua, & potentia totius creaturæ effectrix, filius verus veri patris, viſum effugiens, viſum effugientis, & corruptioni non obnoxius, non obnoxij corruptioni: & morti non obnoxius, non obnoxij morti, & æternus æterni. Vnus Spiritus ſanctus ex Deo ortum & exiſtentiam habens, quique per filium apparuit, videlicet hominibus: imago filij perfecti perfecta, vita, viuentium cauſa, fons ſanctus, ſanctitas ſanctificationis ſuppeditatrix, per quem manifeſtatur Deus pater, qui eſt ſuper omnia, & in omnibus, & Deus filius, qui per omnia permanet. Trinitas perfecta, quæ gloria atq; æternitate & regno non diuiditur, neq; abalienatur.* Hucuſq; fidei reuelatæ myſterium. Sed lubet adſcribere ipſa græca verba, quæ ex m. ſ. codice Bibliothecæ Reipubl. Auguſtanæ exſcripſit, hucq́; Ingolſtadium miſit Iacobus Pontanus Societatis IESV εἷς θεὸς πατὴρ λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης καὶ δυνάμεως καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου, τέλειος τελείου γεννήτωρ. πατὴρ υἱοῦ μονογενοῦς, εἷς κύριος, μόνος ἐκ μόνου, θεὸς ἐκ θεοῦ, χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς θεότητος, λόγος ἐνεργὴς, σοφία τῆς τῶν ὅλον συστάσεως περιεκτικὴ καὶ υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ πατρὸς, ἀόρατος ἀοράτου, καὶ ἄφθαρτος ἀφθάρτου, καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου, καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου. ἓν πνεῦμα ἅγιον ἐκ θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, καὶ διὰ υἱοῦ πεφηνὸς δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις, εἰκὼν τοῦ υἱοῦ, τελείου τελεία, ζωὴ ζώντων αἰτία, πηγὴ ἁγία, ἁγιότης, ἁγιασμοῦ χορηγὸς, ἐν ᾧ φανεροῦται θεὸς ὁ πατὴρ, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν, καὶ θεὸς υἱὸς ὁ διὰ πάντων τριὰς τελεία δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ, μὴ μεριζομένη, μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη. οὔτε οὖν κτιστόν τι ἢ δοῦλον ἐν τριάδι, οὔτε ἐπείσακτον, ὡς πρότερον οὐχ ὑπάρχον, ὕστερον δὲ ἐπεισελθόν. οὔτε οὖν ἐνελλείπει ποτὲ υἱὸς πατρὶ, οὔτε υἱῷ πνεῦμα, ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ἡ αὐτὴ τριὰς ἀεί.

Digitized by Google

SANCTI ZACHARIÆ PONTIFICIS
SEX CVM DIMIDIO CAPITA,
Ex
LIBRO TERTIO DIALOGORVM
SANCTI GREGORII MAGNI,
QVOS
ZACHARIAS IN GRÆCVM TRANSTVLIT;
GRÆCA HACTENVS DESIDERATA.

Nunc primùm ex membranis m. ſ. Reipublicę Auguſtanę edita

AB
HENRICO CANISIO SS.
CANONVM PROFESSORE INGOLSTADII.

Digitized by Google

INTER opera S. Gregorij Magni edidit nobis Roma anno Domini M.D.XCI. etiam Dialogos eiuſdem ſanctiſſimi Pontificis, & quidem græcolatinos, ſed non ſine inſigni lacuna libri tertij, cui ſex integra capita deſunt, nempe 27.28.29.30.31.32, & pars quoq; 25. Et quia bibliotheca inclytæ Reipublicæ Auguſtanæ codicẽ nobis ſuppeditauit; quem Editoribus Romanis Bibliotheca Vaticana & Cryptæ Ferratæ negauerat; in quo tota Zachariæ Pontificis verſio continebatur; committere non potuimus; quo minus Romanam editionem mutilam & imperfectam redintegraremus & expleremus: ſeparatim interea his capitibus exſcriptis & publicatis, donec omnes dialogi S Gregorij vno in volumine ſeparatim græcè & latinè prodeant. Quod futurum aliquando, ſpem fecit ille, qui nuper typis Ingolſtadienſibus ſecundum Dialogorum librum vtraq; lingua in lucem dedit. Illud lectorem admonitum volumus, non modò ſex prædicta capita in Romana editione deeſſe; ſed & partem non modicam capitis vigeſimi ſexti, hanc nimirum.

Ὅτι δὲ δύναται καὶ ἐκτὸς φανερῶν τιμωριῶν εἶναι μαρτύριον ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ δείκνυται, ὅστις τοῖς υἱοῖς Ζεβεδαίου ἐκ τῆς τοῦ λογισμοῦ ἀκμὴν ἀσθενείας μεγάλους τῆς καθέδρας τόπους ἐπιζητοῦσιν εἶπεν, δύνασθαι πίνειν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν. αὐτῶν δὲ ἀποκριθέντων: δυνάμεθα, τοῖς ἀμφοτέροις εἶπεν. τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, τὸ δὲ καθῆσθαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων, οὐκ ἔστιν ἐμὸν τοῦτο δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοιμάσθη. τί δὲ τοῦ ποτηρίου ὄνομα εἰ μὴ τὸ πάθος δι' αὐτοῦ σημαίνει; ἐν τούτῳ οὖν δείκνυται, ὅτι Ἰάκωβος μὲν πάθει ἐτελειώθη, Ἰωάννης δὲ ἐν εἰρήνῃ τῆς ἐκκλησίας ἀνέπαυσε. ἐν ἅπασιν τοίνυν δείκνυται, καὶ ἄνευ φανεροῦ πάθους μαρτύριον εἶναι, ὁπότ' ἂν κἀκεῖνος πιεῖν τὸ τοῦ κυρίου ποτήριον ἐρρέθη; ὅστις ἐν διωγμῷ οὐκ ἀπέθανεν. περὶ τούτων δὲ τοιούτων καὶ τηλικούτων ἀνδρῶν, ὧν

ἀνωτέρω μνείαν πεποίημαι, πῶς οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν, ὅτι εἰ αὐτοὺς ὁ τοῦ διωγμοῦ καιρὸς κατέλαβεν, ἑαυτοὺς εἰς μαρτύριον ἐπιδοῦναι εἶχον, οἵτινες τοῦ ἀφανοῦς πολεμήτορος τὰς ἐνέδρας διὰ παντὸς ὑπήνεγκαν καὶ τοὺς ἑαυτῶν ἀντιδίκους ἐν αὐτῷ τῷ κόσμῳ ἠγάπησαν, καὶ πάσαις ταῖς κοσμικαῖς ἐπιθυμίαις ἀντέστησαν, διὰ τὸ ἑαυτοὺς θυσίαν τῷ παντοδυνάμῳ θεῷ προσενέγκαι.. ὅτι δὲ καὶ ἐν τῷ τῆς εἰρήνης καιρῷ ἀρτίως ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων μάρτυρες γεγόνασιν κοσμικοί τινες καὶ τῇ ζωῇ ἀπράγμονες, καὶ ἐν τῇ οὐρανοῦ δόξῃ στεφάνῳ μαρτυρίου κατεκοσμήθησαν, προφάσεως οὖν καιροῦ ἐπελθούσης, διηγήσασθαι πειράσωμαι. Hæc capite 26. etiam deſiderantur, quibus tu lector vt & ſequentibus additamentis feliciter fruere.

Κεφ. κζ.

Περὶ τῶν μὴ θελησάντων μιαροφαγῆσαι τεσσαράκοντα γεωργῶν, καὶ ὑπὸ τῶν λογγοβάρδων ἀποκεφαλισθέντων.

Πρὸ τῶν δεκαπέντε τούτων ἐτῶν καθὼς οὗτοι μαρτυροῦσιν, οἵτινες μεταξὺ αὐτῶν τότε εὑρεθῆναι λέγουσιν, τεσσαράκοντα γεωργοὶ παρὰ τῶν λογγοβάρδων αἰχμαλωτισθέντες, κρέη τῆς αὐτῶν θυσίας φαγεῖν ἠναγκάζοντο. σφόδρα δὲ αὐτῶν ἀντισταθέντων, καὶ βρώσεως μιαρᾶς ἅψασθαι μὴ ἀνεχομένων, ἤρξαντο οἱ αἰχμαλωτεύσαντες αὐτοὺς λογγόβαρδοι θάνατον αὐτοῖς ἀπειλεῖν, ἐὰν μὴ τῶν θυσιασθέντων κρεῶν φάγωσιν, ἐκεῖνοι δὲ τὴν αἰώνιον μᾶλλον ζωὴν ἀγαπήσαντες ὑπὲρ ταύτην τὴν πρόσκαιρον καὶ παρερχομένην, πιστῶς ἐστάθησαν· καὶ ἐν τῇ ἑαυτῶν ὁμολογίᾳ πάντες ἐσφάγησαν. τί
οὖν; οὐχὶ μάρτυρες τῆς ἀληθείας πάντες αὐτῶν ἐγένοντο,
οἵτινες ἵνα μὴ τὸ κωλυθὲν φάγωσιν καὶ τῷ κτίσῃ αὐτῶν
προσκόψωσιν, ἐπελέξαντο μᾶλλον διὰ ξίφους
τὴν ζωὴν ταύτην ἀπαλ-
λάξαι.

* κρέα.

Digitized by Google

Κεφ. κη.

Περὶ τῶν αἰχμαλώτων τῶν μὴ θελησάντων τὴν τῆς αἰγὸς κεφαλὴν προσκυνῆσαι καὶ κατασφαγέντων.

Ἐν τῷ αὐτῷ τοίνυν καιρῷ ἑτέρους μέχρι τῶν τριακοσίων ἐκράτησαν οἱ λογγόβαρδοι, κατὰ δὲ τὸ ἔθος αὐτῶν κεφαλὴν αἰγὸς τῷ διαβόλῳ ἔθυσαν, κύκλῳ περιτρέχοντες, καὶ ᾄσματι μιαρῷ ᾠδὴν ἀναπέμποντες τοὺς αὐχένας αὐτῶν τούτῳ ὑποκλίνοντες καὶ προσευχόμενοι. τοῦτο δὲ πρᾶξαι καὶ οὓς ἐκράτησαν ὁμοθυμαδὸν ἠνάγκαζον. ἅπαν δὲ αἰχμαλώτων τὸ πλῆθος ἐπελέξαντο μᾶλλον διὰ τοῦ προσκαίρου θανάτου τὴν ἀθάνατον ζωὴν ἐπισπάσασθαι, ἢ τοῖς αὐτῶν μιαροῖς κελεύσμασιν ὑπακοῦσαι, καὶ σὺν αὐτοῖς προσδεξαμένους ζῆν τεθανατωμένην ζωήν. αὐχένα γὰρ αὐτῶν κτίστῃ πάντοτε ὑπέκλιναν, τῷ κτίσματι ὑποκλῖναι οὐκ ἠνέσχοντο. ὅθεν γέγονε τοὺς κρατήσαντας αὐτοὺς πολεμίους σφοδροτάτῳ θυμῷ ἐκκαυθέντας πάντας αὐτῶν ξίφεσιν ἀνελεῖν, οὕσπερ ἐν τῇ ἰδίᾳ πλάνῃ συμμετόχους σχεῖν οὐκ ἠδυνήθησαν, τί οὖν λοιπὸν θαυμαστὸν ἐὰν καιροῦ διωγμοῦ καταλαβόντος ἑαυτοὺς εἰς μαρτύριον παρέδωκαν. ἐκεῖνοι ἐν τῷ τῆς εἰρήνης τῆς ἐκκλησίας καιρῷ ἑαυτοὺς πάντοτε, δι᾿ ἐγκρατείας ἐκτήκοντες, καὶ στενὴν μαρτυρίου κρατοῦντες ὁδὸν, ὁπότ᾿ ἂν οἱ τὴν τοῦ κόσμου πλατεῖαν ὁδεύοντες ὁδὸν ἐν τῇ τῆς ἐκκλησίας εἰρήνῃ διωγμοῦ αὐτοῖς ἐπιστάντος μαρτυρίου στεφάνους λαβεῖν ἠξιώθησαν. ἀσφαλῶς τοίνυν καὶ ὁμολογουμένως κρατοῦμεν ὅτι οἱ ἐκλεκτοὶ ἄνδρες οὗτοι περὶ ὧν λέγομεν καὶ ἐν καιρῷ φανεροῦ διωγμοῦ μαρτυρίου ἐπιδοῦναι ἑαυτοὺς ἠδύναντο. καθώσπερ καὶ πλεῖστοι ἐν τῷ τῆς εἰρήνης καιρῷ, οἵτινες οἰκτροὶ καὶ οὐδαμινοὶ ἐφαίνοντο. συμβαίνει δὲ πολλάκις ἐν καιρῷ διωγμοῦ εἰς δειλείαν ἀδυναμείας καταπεσεῖν, οἱ πρότερον ἐν τῷ τῆς εἰρήνης καιρῷ δυνατοὺς εἶναι ἐπιστεύομεν. ἀλλ᾿ οὐχ οὗτοι τοιοῦτοι περὶ ὧν προείπαμεν δύνασθαι μάρτυρας. ἐκ γὰρ τοῦ αὐτῶν τέλους ἀσφαλῶς δείκνυται ὅτι οὔτε ἐν φανερῷ διωγμῷ πεσεῖν ἠδύναντο, οἵτινες μέχρι τοῦ τῆς ζωῆς αὐτῶν τέλους ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς ψυχῆς ἀκίνητοι ἔστησαν. πέτρος. τῆς θεϊκῆς οἰκονομίας τὰ ἐλέη θαυμάζω, πῶς τὴν τῶν λογγοβάρδων σκληρότητα κατέχει καὶ τῶν μισεργῶν αὐτῶν ἱερέων, οἵτινες πιστοὺς ἑαυτοὺς εἶναι νομίζουσι, διὰ τὸ νικητὰς αὐτοὺς φαίνεσθαι, ὅτι τὴν ὀρθοδόξων πίστιν οὐδαμῶς αὐτοῖς καταδιῶξαι συγχωρεῖ.

Κεφ. κθ.

Περὶ ἀρειανοῦ ἐπισκόπου τυφλωθέντος.

Τοῦτο πέτρε πάσῃ δυνάμει ποιῆσαι ἠγωνίσαντο. ἀλλὰ τῇ ἐκείνων ὠμότητι τὰ ἄνωθεν ἀντέστη θαυμάσια. ὅθεν ἓν διηγοῦμαι, ὅπερ διὰ βονιφαλίου τοῦ τῆς μονῆς μου μοναχοῦ πρὸ τριῶν ἀκμὴν ἡμερῶν ἔγνων, ὅστις μετὰ τῶν λογγοβάρδων ὑπῆρχεν ἕως πρὸ τῶν τεσσάρων τούτων ἐτῶν. οὗτος τοίνυν διηγεῖται, ὅτι ἐν τῇ πόλει σπολίτης ὁ τῶν λογγοβάρδων ἐπίσκοπος ἐλθὼν, ἀρειανὸς δηλαδὴ ὑπάρχων, καὶ τόπον ἐκεῖσαι μὴ ἔχων, ἐν ᾧ τὴν ἑορτὴν αὐτοῦ ἐπιτελέσει, ἤρξατο τῷ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐπισκόπῳ ἐκκλησίαν ἐπιζητεῖν, ἥνπερ ὤφειλε κατὰ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ πλάνην ἐγκαινίσαι. τοῦτο δὲ ὁ ἐπίσκοπος μὴ ποιῆσαι παντελῶς διισχυρίσατο. ὁ δὲ ἀρειανὸς ἐκεῖνος εἰς τὴν τοῦ μακαρίου παύλου τοῦ ἀποστόλου ἐκκλησίαν τὴν οὖσαν ἐκεῖσαι ἐν ἄλλῃ ἡμέρᾳ εἰσελθεῖν βραχίονι διεβεβαιώσατο. τοῦτο δὲ ὁ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας φύλαξ ἀκηκοὼς, σπουδαίως δραμὼν τὴν ἐκκλησίαν ἠσφάλισεν. ἑσπέρας δὲ γενομένης πάσας τὰς κανδήλας ἔσβεσε, καὶ ἑαυτὸν ἐν τοῖς τοῦ ναοῦ ἐνδοτάτοις κατέκρυψεν. τοῦ δὲ φωτὸς τῆς ἡμέρας ἐπακολουθήσαντος ἐν αὐτῇ τῇ αὐγῇ ὁ ἀρειανὸς ἐπίσκοπος συνάξας πλῆθος λαοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεγένετο τὰς κεκλεισμένας θύρας ἕτοιμος ὢν καταχλάσαι. ἄφνης δὲ πᾶσαι θύραι ὁμοθυμαδὸν θεόθεν τιναχθεῖσαι τῶν κλείθρων μήποθεν ῥιφέντων μετὰ μεγάλου ἤχους ἀνεῴχθησαν, φωτὸς δὲ ἄνωθεν ἐκχυθέντος ἐσβεσμέναι κανδήλαι πᾶσαι ἀνήφθησαν. ὁ δὲ ἀρειανὸς ἐπίσκοπος ὁ βίαν ποιῆσαι θελήσας ἄφνης τυφλώσει πληγεὶς ἀλλοτρίαις χερσὶν ὁδοιγούμενος εἰς τὸ ἴδιον οἴκημα ἀνθυπέστρεψεν. τοῦτο δὲ διαγνόντες οἱ ἐν τῇ χώρᾳ ἐκείνῃ ὄντες λογγοβάρδοι οὐδαμῶς τοῦ λοιποῦ ἐτόλμησαν ταῖς καθολικαῖς ἐκκλησίαις ἐπιβῆναι, θαυμασίως τοῦ θεοῦ οἰκονομήσαντος, ὥστε ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ *σβεσθείσαις.

καὶ τὸν ἀρειανὸν τὸ φῶς ἀπολέσαι, καὶ ἐν ταῖς * σβεσθεῖσι κανδήλαις ἐν τῇ τοῦ μακαρίου παύλου τοῦ ἀποστόλου ἐκκλησίᾳ τὸ φῶς ὑποστρέψαι.

Κεφ. λ.

Περὶ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἁγίας ἀγαθῆς εἰς τὴν σιβοῦραν.

Lat. edit. beati Stephani & S. Marthæ.

Οὐδὲ τοῦτο οὖν παρασιωπήσω, ὅπερ εἰς κατάκρισιν τῆς αὐτῆς ἀρειανῆς αἱρέσεως ἐν ταύτῃ τῇ πόλει πρὸ δύο χρόνων ἡ ἄνωθεν εὐσπλαγχνία δεῖξαι ηὐδόκησεν. ἅπερ δὲ διηγοῦμαι, τὰ μὲν ὁ λαὸς γινώσκει, τὰ δὲ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ φύλακες τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ἀκοῦσαί τε καὶ θεάσασθαι μαρτυροῦσιν. ἐν ταύτῃ τοίνυν, καθὼς προεῖπον, τῇ τῶν ῥωμαίων πόλει ἐν τῇ ῥεγεῶνι τῇ ἐπιλεγομένῃ συβοῦραν τῶν ἀρειανῶν ἐκκλησία ὑπῆρχεν ἥτις κεκλεισμένη ἦν ἀπομείνασα ἕως πρὸ ταύτης τῆς διετίας. ἔδοξεν οὖν ἵνα τοῦ μακαρίου σεβαστιανοῦ καὶ τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἀγάθης λείψανα ἐν αὐτῇ κατατεθῶσιν ὀφειλούσης αὐτῆς ἐγκαινισθῆναι, ὅπερ καὶ γέγονεν. μετὰ μεγίστου δὲ πλήθους λαοῦ ἀπερχομένων ἡμῶν καὶ τῷ παντοδυνάμῳ κυρίῳ σὺν τῆς ψαλμῳδίας αἴνους ἀναπεμπόντων, τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν κατελάβομεν, καὶ ἐν αὐτῇ εἰσελθόντες τὰ τῆς θείας λειτουργίας ἑόρτια ἐτελοῦμεν. διὰ δὲ τὴν τοῦ τόπου στενοχωρίαν τὸ τοῦ λαοῦ πλῆθος ἑαυτοὺς συνέσφιγγον, τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν οἵτινες ἔξω τοῦ ἱερατείου ἵσταντο αἴφνης χοῖρον ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν ὧδε κἀκεῖσε περιτρέχοντα ἐνόησαν. ἐν ὅσῳ δὲ εἷς ἕκαστος ὁ νοήσας τῷ πλησίον αὐτοῦ ἱσταμένῳ ἐμήνυσεν ὁ αὐτὸς χοῖρος τὰς θύρας τῆς ἐκκλησίας ἐξῆλθεν. πάντας δὲ δι' ὧν παρῆλθεν ἐν θαύματι συνεκίνησεν, θεαθῆναι δὲ οὐδαμῶς ἠδυνήθη, εἰ καὶ μόνοι ὡς εἴρηται περιτρέχοντα τοῦτον ἐνόησαν. τοῦτο δὲ ἡ τοῦ θεοῦ εὐσπλαγχνία διὰ τοῦτο ὑπέδειξεν, ἵνα πᾶσιν φανερωθῇ ὅτι ἐνοικῶν ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἀκάθαρτος δαίμων ἐξῆλθεν. πληρωθείσης οὖν τῆς ἱερᾶς λειτουργίας ἡμεῖς τῶν αὐτόθι ἀνεχωρήσαμεν. τῇ δὲ αὐτῇ νυκτὶ μέγας κτύπος ἐν τοῖς κεραμίοις τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας γέγονεν, ὡς ὅτε πλανώμενός τις ἐν αὐτοῖς διέτρεχεν. ἐν δὲ τῇ ἐπελθούσῃ νυκτὶ βαρύτερος

ρύτερος

ρύπερος ἦχος ἐπηύξησεν. τοιοῦτος γὰρ κτύπος αἴφνης φανερῶς ἐγένετο, ὡς νομίζειν πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν ἐκείνην ἐκ θεμελίων ἐπεγεῖραι. ἐκ τότε δὲ ἀπέστη, καὶ οὐδεμία τοῦ λοιποῦ ἀκαταστασία τοῦ ἀρχαίου πολεμήτορος ἐκεῖσαι ἐφάνη. διὰ δὲ τοῦ φοβεροῦ ἤχους οὕπερ ἐποίησεν, ἔδειξεν πῶς ἂν ἀναγκαζόμενος βίᾳ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ τόπου, ὅνπερ ἐπὶ πολὺ κατεῖχεν. μετ' ὀλίγας δὲ ἡμέρας ἐν μεγίστῃ εὐδίᾳ τοῦ ἀέρος ὑπάρχοντος, ἐπάνω τοῦ θυσιαστηρίου τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας νεφέλη οὐρανόθεν κατῆλθεν, καὶ ἰδίᾳ σκιᾷ τοῦτο ἐκάλυψε. πᾶσαν δὲ τὴν ἐκκλησίαν τοσούτῳ φόβῳ καὶ ἡδύτητι εὐωδίας ἐπλήρωσεν, ὥστε καὶ θυρῶν ἀνεῳγμένων, μὴ τολμᾶν τινα ἐκεῖσαι εἰσελθεῖν, ἀλλὰ καὶ ὁ ἱερεὺς καὶ οἱ φύλακες πάντες οἱ συνελθόντες τὰ τῆς λειτουργίας ἑόρτια ἐπιτελέσαι, τὸ θαῦμα τοῦτο θεασάμενοι οὐδαμῶς εἰσελθεῖν ἠδυνήθησαν, τὴν δὲ ἡδύτητα τῆς θαυμαστῆς ἐκείνης εὐωδίας πρὸς ἑαυτοὺς ἐπεσύροντο. ἐν δὲ ἄλλῃ ἡμέρᾳ τῶν κανδήλων ἄνευ φωτὸς* ὄντων, θεόθεν φωτὸς ἀποσταλέντος πᾶσαι ἀνήφθησαν. καὶ μετ' ὀλίγας πάλιν ἡμέρας μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὴν τῆς θείας λειτουργίας ἀκολουθίαν, σβέσας τὰς κανδήλας τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ὁ φύλαξ ἐξῆλθεν, μετ' ὀλίγον δὲ εἰσελθὼν, πάσας ἃς ἔσβεσε κανδήλας αἰθούσας εὗρεν. νομίσας δὲ ὅτι ὡς ἔτυχεν ταύτας ἔσβεσεν, καὶ διὰ τοῦτο ἀνήφθησαν, πάνυ ἐπιμελῶς αὐτὰς σβέσας ἐξῆλθεν καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἠσφάλισεν. ὡρῶν δὲ τριῶν διαστήματος παρελθόντος ὑποστρέψας φαινούσας πάλιν πάσας τὰς κανδήλας, ἅσπερ ἔσβεσεν, εὗρεν. ἐκ τούτου οὖν τοῦ φωτὸς δείκνυται, ὅτι ὁ τόπος ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ σκότους εἰς τὸ φῶς ἐπανῆλθεν.

* ὄσβεν.

πέτρος. κἂν εἰ ἐν μεγάλαις ἐσμὲν ἐνεχόμενοι θλίψεσιν, ἀλλ' οὖν ὅτι οὐκ ἐσμὲν παρὰ τοῦ κτίστου ἡμῶν παντάπασι βδελυκτοὶ, μαρτυροῦσιν ἅπερ ἀκούω ἐκπληκτὰ αὐτοῦ θαυμάσια.

γρηγόριος. ἐπειδὴ μόνα τὰ εἰς ἰταλίαν πραχθέντα διηγήσασθαι ὥρισα, θέλεις πρὸς τὸ ἐπιδειχθῆναι τῆς αὐτῆς ἀρειανῆς αἱρέσεως τὴν κατάκρισιν, διέλθωμεν τῷ λόγῳ ἐν σπανιχῇ, κἀκεῖθεν δι' ἀφρικῆς εἰς ἰταλίαν ὑποστρέψωμεν. πέτρος. ὅπου δ' ἂν βούλει προελθῆναι. κἀγὼ γὰρ εὐφραινόμενος συμπροελεύσομαι. καὶ εὐφραινόμενος πάλιν ἀνθυποστρέφαι.

Digitized by Google

Κεφ. λα.

Περὶ ἑρμινγίλδου ῥηγὸς πρώην ἀρειανοῦ ὑπάρχοντος, καὶ διὰ τὸ προσελθεῖν αὐτὸν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς σφαγέντος.

Γρηγόριος. Καθὼς παρὰ πολλῶν τῶν νῦν ἐρχομένων ἀπὸ τῶν μερῶν σπανικῆς διηγουμένων ἔγνων, ἑρμινιγίλδος ὁ ῥὴξ υἱὸς ὑπάρχων λουβιλγίλδου τοῦ ῥηγὸς τοῦ τῶν βισιγόθθων ἔθνους ἐκ τῆς ἀρειανῆς αἱρέσεως εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ὑπέστρεψεν λεάνδρου ταύτην κηρύττοντος τοῦ τῆς πόλεως ἰσπάλης ἐπισκόπου, ὅστις ἐμοὶ πάλαι γνησίως ἐν ταῖς φιλίαις προσεκολλήθη. ὁ δὲ τοῦ προλεχθέντος ἑρμινιγίλδου πατὴρ λιουβιγίλδος ἀρειανὸς ὑπάρχων ἔσπευδε τοῦτον ἐν τῇ αὐτῇ αἱρέσει πάλιν ὑποστρέψαι, καὶ οὐ διέλιπεν ὑποσχέσεις δώρων αὐτὸν κολακεύων, καὶ πάλην ἀπειλαῖς καταπλήττων. αὐτὸς δὲ ἑδραίως ἱστάμενος ἀπεκρίθη λέγων, μηδέποτε ἑαυτὸν τὴν ἀληθῆ πίστιν δύνασθαι καταλεῖψαι, ἥνπερ ἅπαξ μεμάθηκεν. θυμωθεὶς δὲ ὁ τούτου πατὴρ, ἐστέρησεν αὐτὸν τῆς βασιλείας, καὶ πάντων τῶν πραγμάτων τοῦτον ἐγύμνωσεν μηδὲ οὕτος δὲ τὴν τοῦ λογισμοῦ αὐτοῦ σταθηρότητα ἀπαλῦναι δυνηθεὶς ἐν στενωτάτῃ φυλακῇ τοῦτον κατέκλεισεν, τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ τοὺς πόδας σιδήρῳ ἀσφαλισάμενος. ἤρξατο οὖν ὁ αὐτὸς ἑρμινιγίλδος ὁ ῥὴξ, καίτοι νέαν ἄγων τὴν ἡλικίαν τὴν ἐπίγειον βασιλείαν πάνυ βδελύττεσθαι, καὶ πάσῃ ἐπιθυμίᾳ τὴν οὐράνιον ἐπιζητεῖν. ὅθεν δεδεμένος ἐν κιλικίῳ κατέκειτο, τῷ παντοδυνάμῳ θεῷ δεήσεις προσφέρων. πρὸς τὸ ἐνισχῦσαι αὐτόν. ἐν δὲ τοσούτῳ τοῦ νοὸς ὕψει τὴν τοῦ παρερχομένου κόσμου δόξαν ἐβδελλύξατο ὅσῳ τῷ τοῦ θεοῦ πόθῳ δεσμευθεὶς ἐπέγνω μηδὲν εἶναι, ὅπερ δυνήσεται αὐτὸν τούτου χωρίσαι. τῆς δὲ τοῦ ἁγίου πάσχα ἑορτῆς ἐπελθούσης ἐν τῇ τῆς νυκτὸς ἡσυχίᾳ, σιγῇ πρὸς αὐτὸν ὁ τούτου κακόπιστος πατὴρ ἀρειανὸν ἐπίσκοπον ἀπέστειλεν, ὅπως ἐκ τῆς αὐτοῦ χειρὸς τῆς ἀθεμίτου αὐτῶν μιερουργίας τὴν μετάληψιν δέξηται, καὶ ἐκ τούτου λοιπὸν εἰς τὴν τοῦ πατρὸς εὐμένειαν ἐπιστρέψαι ἀξιωθῇ: ὁ δὲ τῷ θεῷ δεδωρημένος οὗτος ἀνὴρ τὸν πρὸς αὐτὸν ἐλθόντα ἀρειανὸν ἐπίσκοπον παντελῶς ἐβδελλύξατο, καὶ καθὼς αὐτῷ ἥρμοζεν τὴν κακοπιστίαν αὐτοῦ ἀξίως διελέγξας τοῦτον ἀφ' ἑαυτοῦ ἀπεβάλετο. εἰ γὰρ καὶ ἔξωθεν δεδεμένος ἔκειτο, ἀλλ' ἔν-

δον

διον παρ' ἑαυτῷ τῷ τοῦ λογισμοῦ φωτὶ ἀμέριμνος ἵστατο. ὑποστρέψας δὲ ὁ ἀρειανὸς ἐπίσκοπος πρὸς τὸν δυσσεβῆ τούτου πατέρα, καὶ τὰ ῥηθέντα αὐτῷ ἐπαγγείλας ἔβρυξεν κατ' αὐτοῦ. παρευθὺς δὲ τοὺς ἐπιφανεῖς τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ ἀποστείλας τούτοις ἐκέλευσεν, ἵνα τὸν σταθηρὸν τοῦ θεοῦ ὁμολογητὴν, ἐν τῷ τόπῳ ἔνθα ἔκειτο, ἀποκτείνωσιν. ὅπερ καὶ γέγονεν. ἡνίκα γὰρ πρὸς αὐτὸν εἰσήλθασιν, τὴν ἀξίνην ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ αὐτοῦ ἐμπήξαντες τὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ ζωὴν ἀφείλοντο. οὕτως δὲ αὐτὸν ἐνίσχυσαν φονεῦσαι, ὥστε καὶ πρὸ τοῦ φονευθῆναι αὐτὸν εἰς σεαυτὸν συνεστῶτα, τοῦτον ἐπιπλῆξαι καὶ παροικειώσασθαι. διὰ δὲ τὸ ἐπιδειχθῆναι τὴν ἀληθινὴν αὐτοῦ δόξαν, οὐ παρέλειψαν ἄνωθεν θαύματα αὐτόθι γίνεσθαι. ἐν γὰρ τῇ νυκτερινῇ ἡσυχίᾳ ἤρξαντο ἄσματα ψαλμῳδίας ἐν τῷ σώματι τοῦ ῥηγὸς καὶ μάρτυρος ἀκούεσθαι, καὶ λαμπάδχι ἄπλουσαι αὐτόθι φαίνεσθαι.* καὶ διὰ τοῦ τὸ μάρτυρος, ὅτι μάρτυρες ἀληθῶς οἱ ἐκεῖσαι παραγενόμενοι. ὅθεν καὶ γέγονεν τὸ σῶμα αὐτοῦ παρὰ πάντων πιστῶν σεβασθῆναι ὡς ἀληθινοῦ δηλαδὴ μάρτυρος. ὁ δὲ κακόπιστος καὶ τεκνοκτόνος αὐτοῦ πατὴρ, δι' ὃν τοῦτο εἰργάσατο μεταγνοὺς, τῷ πόνῳ ἑαυτὸν συνετάραξεν. οὐ μέντοιγε πρὸς τὸ ἐγκρατεῖς γενέσθαι τῆς σωτηρίας ἑαυτὸν ἐπέδωκεν. ὅτι γὰρ ἀληθὴς ὑπάρχει ἡ καθολικὴ πίστις, ἐπέγνω, τὸ δὲ ἔθνος αὐτοῦ φοβηθεὶς* ταύτης προσελθεῖν οὐκ ἠξιώθη. ἀσθενείας δὲ αὐτῷ ἐπελθούσης καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἀπενεχθέντος, λεάνδρῳ τῷ ἐπισκόπῳ, ὅνπερ πρότερον σφοδρῶς ἠνίκησε πλήξας, ῥεκχάρεδον τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ ῥῆγα, ὃν ἐν τῇ ἰδίᾳ αἱρέσει κατελείμπανεν παραθέσθαι ἔσπευσεν, ἵνα καὶ εἰς τοῦτον τοιαῦτα ἐργάσηται οἷα τῇ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ καὶ εἰς τὸν ἐκείνου ἀδελφὸν πεποίηκεν. τῆς οὖν τοιαύτης παραθέσεως πληρωθείσης, παρευθὺ ἐτελεύτησεν. ῥεκχάρεδος δὲ ὁ ῥὴξ οὐχὶ τῷ κακοπίστῳ πατρὶ ἀκολουθήσας. ἀλλὰ τῷ μάρτυρι ἀδελφῷ ἑπόμενος ἀπὸ τῆς δυσωνύμου ἀρειανῆς αἱρέσεως ἐπέστρεψεν καὶ ὅλον τὸ τῶν οὐισιγόθθων ἔθνος εἰς τὴν ἀληθινὴν ὡδήγησεν πίστιν, μὴ συγχωρῶν τινὶ ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν στρατεύεσθαι, ὅστις διὰ τῆς ἀρειανῆς κακοπίστου αἱρέσεως ἐχθρὸς τῆς τοῦ θεοῦ βασιλείας καθέστηκεν. κῆρυξ οὖν τῆς ἀληθινῆς πίστεως γέγονε, ὅστις ἀδελφὸς ὑπῆρχεν τοῦ μάρτυρος. τὰ παρ' ἐκείνου δικαιώματα τούτῳ συνεργοῦντα βοηθοῦσιν, ὥστε εἰς τοῦ παντοδυνάμου θεοῦ κῆπον τοσοῦτον πλῆθος

*λαμπάδες. Fort. καὶ τοῦτο διὰ τοῦ μάρτυρος.

* ταύτῃ.

πλῆθος λαοῦ ἐπιστρέψῃ· ἐν τούτῳ οὖν τῷ πράγματι κατανοῆσαι ἡμᾶς δεῖ, ὅτι ὅλον τοῦτο πρᾶξαι οὐδαμῶς ἠδύνατο, εἰ μὴ Ἑρμανιγίλδος ὁ ῥὴξ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀπέθανεν. καθὼς καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ γέγραπται, ὅτι ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει, ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. τοῦτο τοίνυν καὶ ἐν τοῖς μέλεσιν ὁρῶμεν γινόμενον, ὅπερ καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ ἡμῶν Χριστῷ, ἐν γὰρ καὶ τῷ οὐισιγόθθων ἔθνει εἷς ἀπέθανεν ὅπως πολλοὶ ζήσωσιν, ἐν ὅσῳ γὰρ εἷς κόκκος πιστὸς ἔπεσεν εἰς τὸ κατασχεῖν τὴν τῶν ψυχῶν πίστιν, καρπὸς πολὺς ἀνέστη. Πέτρος. πρᾶγμα θαυμαστὸν ὄντως, καὶ ἐκπλήξεως γέμον ἐν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις.

Κεφ. λβ.

Περὶ τῶν ἀπὸ Ἀφρικῆς ἐπισκόπων τῶν διὰ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν γλωσσοκοπηθέντων, καὶ πάλιν λαλησάντων.

Ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ τοῦ αὐγούστου τὸ τῶν οὐανδάλων ἔθνος κατὰ τῆς καθολικῆς ἡμῶν καὶ ὀρθοδόξου πίστεως ἀναφυὲν ὁ ἀρειανὸς διωγμὸς σφόδρα, καὶ ἐν Ἀφρικῇ ὑπῆρχεν. τινὲς δὲ τῶν ἐκεῖσαι ἐπισκόπων εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐκδίκησιν στεῤῥῶς ἑσταμένοι εἰς μέσον ἤχθησαν. τούτους δὲ ὁ τῶν οὐανδάλων ῥὴξ λόγοις ἀπατηλοῖς καὶ δώρων ὑποσχέσεσιν εἰς τὴν αὐτοῦ κακοπιστίαν κλῖναι μὴ δυνηθεὶς ἐπειρᾶτο διὰ πολλῶν βασάνων αὐτοὺς ἐπισπάσασθαι. ὡς δὲ καὶ ἐν τούτῳ διήμαρτεν, ἡσυχάζειν αὐτοῖς ἐπέτρεψε, καὶ μὴ λαλεῖν ὑπὲρ τῆς ἐκδικήσεως τῆς ἀληθείας. ἐκεῖνοι δὲ οὐδαμῶς τοῦτο ποιῆσαι ἠνέχοντο. ἵνα μὴ σιωπῶντες συναινέσαι αὐτῷ νομισθῶσιν. ἐπὶ τούτοις δὲ ὁ αὐτὸς ῥὴξ τοῦ θυμοῦ ὑπερζέσας τὰς γλώττας αὐτῶν ἐκ τοῦ φάρυγγος κοπῆναι προσέταξεν. θαῦμα δὲ συνέβη θαύματος πλῆρες, πολλοῖς καὶ τῶν ἡμετέρων γερόντων γεγνωρισμένον. μετὰ γὰρ τὸ τὰς γλώττας αὐτῶν ἐκκοπῆναι ὑπὲρ τῆς ἐκδικήσεως τῆς ἀληθείας, οὕτως ἐλάλουν, καθάπερ μετὰ τῆς γλώττης τὸ πρότερον.

Πέτρος. θαυμαστὸν ὄντως ὑπάρχει καὶ σφόδρα ἔκπληκτον.

Γρηγόριος. γέγραπται πέτρε περὶ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ ἀνάρχου πατρὸς: ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. προσθεὶς δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς περὶ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως λέγει. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. τί οὖν θαυμάζομεν, ἐὰν ὁ λόγος ἀποφθέγγεσθαι λόγους ἄνευ γλώσσης ἠδυνήθη ὁ τὴν γλῶτταν ποιήσας.

πέτρος. ἀρέσκει ὃ λέγεις.

γρηγόριος. οὗτοι τοίνυν ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ πρόσφυγοι ἐν κωνσταντινουπόλει παρεγένοντο. ἐν τῷ χρόνῳ δὲ ἐν ᾧ ἐγὼ ἀπεστάλην πρὸς τὸν βασιλέα ἐπὶ τὸ ἐκπληρῶσαί με τὰς τῆς ἐκκλησίας ἀποκρίσεις, γέροντά ἕνα ἐπίσκοπον εὗρον, ὅστις ἐμαρτύρει, ἄνευ γλώττης τὰ ἐκείνων στόματα λαλοῦντα ἑωρακέναι. ἀνοίγοντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν στόματα, ἔλεγον πᾶσιν, θεάσασθαι ὅτι γλώττας μὴ ἔχοντες λαλοῦμεν. ἐθεωροῦντο οὖν παρὰ πάντων καὶ καθὼς ἔλεγον, οὕτως ὑπῆρχον. τῶν δὲ γλωσσῶν αὐτῶν ῥιζόθεν *κοπέντων, καθάπερ τι βάραθρον ὁ λάρυγξ ἀνεῳγμένος ἐθεωρεῖτο. ἀμοίρου οὖν τοῦ στόματος ὑπάρχοντος, λόγοις πεπληρωμένοι περιήρχοντο. ἑνὸς δὲ αὐτῶν ἐκεῖσαι εἰς πορνείαν σφαλέντος, εὐθέως τοῦ θαυμαστοῦ τούτου χαρίσματος ἐστερήθη, δικαίᾳ τοῦ θεοῦ κρίσει, ἵνα τὴν τῆς σαρκὸς ἐγκράτειαν φυλάξαι καταφρονήσας ἄνευ γλώττης σωματικῆς μὴ σχῇ δύναμιν πρὸς τὸ λαλῆσαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ κατακρίσεως τῆς ἀρειανῆς αἱρέσεως λέγειν αὔταρκες ἡγοῦμαι. εἰς δὲ τὰ νεωστὶ γεγονότα ἐν τῇ ἰταλίᾳ σημεῖα τὴν διήγησιν ὑποστρέψωμεν.

* κοπεισῶν.

CHRONICON
HIPPOLYTI
THEBANI,

NVNC PRIMVM
EX CODICE M.S. BIBLIOTHECÆ
SERENISSIMI MAXIMILIANI
PRINCIPIS Bauariæ, &c. editum

AB
HENRICO CANISIO SS.
CANONVM PROFESSORE
INGOLSTADII.

Digitized by Google

ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΤΟΥ ΘΗβαίου ἐκ τοῦ χρονικοῦ αὐτοῦ συντάγματος.

Ἀπὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ χριστοῦ, μέχρι τῆς τῶν μάγων παρουσίας ἔτη δύο. καὶ ἐκ τῆς εἰς αἴγυπτον ἀναχωρήσεως, μέχρι τῆς τελευτῆς ἡρώδου υἱοῦ ἀντιπάτρου ἔτη τρία, ἡμέραι πέντε. παρῴκησαν δὲ ἐν αἰγύπτῳ ἐν ἡλιουπόλει τῇ κατὰ μέμφιν, ὅ τε ἰωσὴφ, καὶ ἡ μαρία σὺν τῷ ἰησοῦ ἔτη τρία, ἡμέρας εἴκοσι. μετὰ δὲ τὴν ἐπάνοδον αὐτῶν ἐπὶ τῆς οἰκήσεως αὐτῶν τῆς γαλιλαίας μέχρι τῆς τελευτῆς ἀρχελάου, ἔτη ἐννέα, ἡμέραι ἑπτακαίδεκα. σὺν τῷ ἀρχελάῳ τελευτᾷ καὶ αὔγουστος. ἔζησεν δὲ ἔτη πη. καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη νϛ. ἀπὸ δὲ τῆς τελευτῆς ἀρχελάου μέχρι τῆς ἐν ἰορδάνῃ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ὑπὸ ἰωάννου βαπτίσματος αὐτοῦ ἔτη ιϛ. ἡμέραι λ. ἀπὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος μέχρι τῆς ζαχαρίου λιθοβολίας, ἔτος α. ἐν γὰρ τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ, λιθοβολήσαντες αὐτὸν, καὶ κροταφήσαντες, ἀπέκτειναν. καὶ σύραντες ἐκρέμασαν αὐτὸν εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ ἰωσαφάτ. ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ ζαχαρίου λιθοβολίας μέχρι τῆς

EX HIPPOLYTI Thebani, Chronico commentario.

Hic titulus erat in codice m.ſ.

A Chriſti natiuitate vſq; ad Magorum præſentiam, anni ſunt duo. Et à fuga in Ægyptum, vſq; ad mortẽ Herodis filij Antipatri, anni tres, dies quinq;. Habitârunt autẽ in Ægypto Heliopoli, q̃ ad Mẽphin, Ioſeph & MARIA cum IESV, annis tribus, diebus 20. Poſt ipſorũ verò regreſſum, vt in Galilęa habitarent; vſq; ad mortẽ Archelai, anni ſunt 9. dies 17. vnà cum Archelao Auguſt⁹ quoq; moritur. Vixit verò añis 88. & imperauit añis 56. Ab Archelai porrò morte, vſq; ad Chriſti baptiſmum, quẽ à Ioanne in Iordane accepit, añi ſunt 16. dies 30. A baptiſmo, vſq; ad Zachariæ lapidationẽ, añus vnus. Interea enim, dum ſacris ipſe operaretur de more, lapidibus iactis, & in caput cõtortis, eum trucidârũt: corporeq; raptato, in valle Ioſaphat ſuſpenderũt. A Zachariæ ἰωάννου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τελευτῆς, ἐπὶ ἡρώδου τοῦ νεωτέρου τοῦ υἱοῦ ἀρχελάου, ἐν τῇ φρουρᾷ γεγονυίας, ἔτος α. ἀπὸ δὲ τῆς τελευτῆς ἰωάννου, μέχρι τοῦ σωτηρίου πάθους μῆνες ς. λς. γὰρ ἔτη ἔζησεν ὁ ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς, λ. μὲν ὑποχωρῶν ἐν τοῖς ἐρήμοις. τὰ δὲ ἄλλα ς. βαπτίζων ἐν τῷ ἰορδάνῃ, καὶ κηρύσσων μετάνοιαν. οὕτως ὁ κύριος ἰησοῦσ χριστὸς λ. χρόνους ἐν τοῖς παιδικοῖσ αὐτοῦ χρόνοισ διῆγεν. μετὰ δὲ τὸ βάπτισμα ἐπελέξατο ἑαυτῷ τοὺς μαθητὰς, κηρύσσων σὺν αὐτοῖς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ μέχρι τοῦ σωτηρίου πάθουσ, ἔτη γ. διὸ καὶ οἱ ἐν νικαίᾳ κανόνες τιη. θεοφόρων πατέρων παρακελεύονται, πρὸ τριάκοντα ἐτῶν μηδένα χειροτονεῖσθαι πρεσβύτερον. ἀρκετὸν γάρ φησι τῷ μαθητῇ, εἶναι, ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ τῷ δούλῳ ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ.

Locus mutilus. desunt aliqua.

*αὐτοῦ. ἴσως.

ἀπὸ δὲ τοῦ σωτηρίου πάθους, καὶ τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, μέχρι τῆς λιθοβολίας τοῦ ἁγίου στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος. *μέχρι τοῦ φανέντος τῷ σαύλῳ φωτὸς μῆνες ς. καὶ ἀπὸ τοῦ φανέντος αὐτοῦ φωτὸς, βαπτίσματός τε * αὐτῷ, καὶ κηρύγματος μέχρι τῆς ἀναλήψεως τῆσ ἁγίας παρθένου μαρίας ἔτη γ. ἡμέραι μδ. ἔζησε δὲ ἐπὶ τῆς γῆσ ἡ ἁγία θεοτόκος, καὶ παρθένος ἔτη νθ. οὕτως. ἐν τῷ ναῷ ἔτη ιδ. καὶ ἐν τῷ οἴκῳ ἰωσὴφ, μῆνας δ. καὶ εὐθέως εὐηγγελίσθη ὑπὸ τοῦ γαβριὴλ. καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν κύριον ἡμῶν ἰησοῦν χριστὸν, τῇ κε τοῦ δεκεμβρίου μηνὸς ἡμέρᾳ, ἔτη ιε. καὶ ἔζησεν ἐπὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ἔτη λς. καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου, ἔζησεν σὺν τοῖσ μαθηταῖς αὐτοῦ ἐν τῷ οἴκῳ ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἔτη ια. ἡμέρας …… γίνονται ἔτη τῆς ζωῆς αὐτῆσ νθ. οὗτος δέ ἐστιν ἰωάννης, ὃν ἠγάπα ὁ κύριος, ὁ καὶ παρθένος, ὁ τὸ καθ᾽ ἑαυτὸν εὐαγγέλιον συγγραψάμενος, ὅς τισ ἔμεινεν ἐν ἱεροσολύμοισ εἰσ τὴν

λεγομέν

chariæ autē lapidatione, vſq; ad Ioannis filij ipſius mortem, ſub Herode iuniore, Archelai F. in carcere patratā, annus vnus. A morte Ioannis, vſq; ad ſaluificam paſſionē, menſes 6. Triginta enim & ſex an̄os Ioannes Baptiſta vixit. Triginta quidē annis verſatus eſt in deſerto: aliis verò 6. in Iordane baptiſmū adminiſtrabat, p̄dicans pœnitentiam. Sic Dn̄s IESVS Chriſtus, trigeſimum ætatis ſuæ annum agebat. Poſt baptiſmum verò receptum, adſciuit ſibi, delegitq; diſcipulos, cum iiſdem ſuum regnū promulgans vſq; ad ſalutiferā paſſionem, annis tribus. Idcircò *Nicęnæ* Synodi trecentorum duodeuiginti diuorum patrū Canones, iubent, decernuntq;, vt ante annum 30. nullus in preſbyterorum allegeretur ordinem. ſufficit enim, aiunt, diſcipulo, vt ſit ſicut Magiſter ipſius: & ſeruo, vt ſit ſicut eius Dominus.

A ſaluifica verò paſſione, & aſcenſione Chriſti, vſq; ad S. Stephani primi Martyris lapidationē,* vſq; ad lucē, quę Saulo viſa eſt, eiq; apparuit, menſes ſunt ſex. atq; à luce, quæ ipſi Saulo apparuit, & ab eiuſdē Baptiſmo, & prædicatione, vſq; ad S. Mariæ Virg. aſſumptionem, an̄i tres, dies 44. Vixit autē in terris ſanctiſſima Deipara & Virgo, annis 59. *E*t hoc quidem pacto: In templo an̄is 14. in domo Ioſeph, menſibus 4. ſtatimq; ſalutata eſt, & diuini partus internunciū à Gabriele Archangelo accepit: & cùm concepiſſet Dn̄m noſtrum IESVM Chriſtū, peperit eundē 25. Decembris die.. annos nata 15. Vixit verò Dn̄o noſtro Ieſu Chriſto, in humana natura hic viuēte, an̄is 33. Poſt Dn̄i autem aſſumptionem, & aſcenſionem, cum ipſius Diſcipulis, in domo Ioannis *E*uangeliſtæ, vixit an̄is 11. dies .... ſunt verò anni oēs vitæ ipſius Virg. & matris, vndeſexaginta. Hic porrò ipſe eſt Ioannes, quē diligebat Dn̄s, qui Virgo fuit: qui & Euangelium conſcripſit, quiq;

λεγομένην ἁγίαν σιὼν τὴν τῶν ἐκκλησιῶν μητέρα. αὕτη δὲ ἦν ἡ οἰκία αὐτοῦ. ἐκεῖ τοίνυν ἔφυγον οἱ ἀπόστολοι διὰ τὸν φόβον τῶν ἰουδαίων. ἐκεῖ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐφάνη ὁ κύριος, μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς πνεῦμα ἅγιον, καὶ τὴν εἰρήνην. ἐκεῖ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἐπληροφόρησεν τὸν θωμᾶν ὁ κύριος, δείξας αὐτῷ τῆς πλευρᾶς τὴν σφαγὴν, καὶ τὸν τύπον τῶν ἥλων. ἐκεῖ ἡτοιμάσθη γοῦν τῷ κυρίῳ σωτῆρι χριστῷ φαγεῖν τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. καὶ ἐκεῖθεν ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, εἰς χωρίον λεγόμενον γεθσημανῆ. ἐκεῖ τὸ πρῶτον μυστήριον ἐτέλεσεν ὁ κύριος * τοῦ πατρὸς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. καὶ ἐμυσταγώγησεν αὐτοῖς τὴν μυστικὴν λατρείαν, καὶ ἔκειρεν, καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς καὶ ἐχειροτόνησεν, καὶ παρέδωκεν αὐτοῖς τὴν μυστικὴν λατρείαν τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ, καὶ μεγαλείων αὐτοῦ καὶ πᾶσαν τὴν θέαν, καὶ δόξαν τῆς θείας μορφῆς αὐτοῦ, καὶ αὐτῶν τῶν μακαρίων θεατῶν αὐτοῦ, καὶ πᾶσαν τὴν δόξαν, καὶ κόσμον, καὶ ἔλλαμψιν τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ, καὶ τὴν θείαν μετάληψιν τοῦ τιμίου σώματος, καὶ αἵματος αὐτοῦ, καὶ νικοδήμῳ τῷ πιστῷ περὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ. ἐκεῖ οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι τὸ πρῶτον μυστήριον τοῦ χριστοῦ ἐτέλεσαν. ἐκεῖ πρῶτον ἐπίσκοπον ἐχειροτόνησεν ὁ κύριος, καὶ οἱ ἀπόστολοι, ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου ἡμῶν. οὐ γὰρ τὸν υἱὸν ζεβεδαίου λέγω, ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου ἡμῶν. ὁ γὰρ ἰάκωβος ὁ μαθητὴς τοῦ κυρίου, υἱὸς μὲν ἦν ζεβεδαίου, ἀδελφὸς δὲ ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ζεβεδαῖος δὲ ὁ πατὴρ αὐτῶν * ἴδιον ναύκληρος λέγεται. τῶν δὲ ἐν τῇ γαλιλαίᾳ ἐπισήμων ἀνδρῶν ὑπῆρχε πρῶτος ὁ ἰωάννης. μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν ζεβεδαίου τοῦ ἰδίου πατρὸς αὐτοῦ ἀπέδοτο τὴν κατὰ γαλιλαίαν κτῆσιν λαχοῦσαν αὐτῷ ἀπὸ ζεβεδαίου μέρους, καὶ ἐκτήσατο ἐν ἱεροσολύμοις.

Fort. τῆς εὐχαριστίας.

* ἰδιονεώκληστος.

Οὕτως τοίνυν ἐδέξατο τὴν ἁγίαν θεοτόκον εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, ἐν τῇ ἐφέσῳ τῆς ἀσίας, κηρύξας τὸν λόγον τῆς ἀληθείας τοῦ χριστοῦ.

οὕτως

perſtitit Hieroſolymis in S. ęde Sionis dicta, templorum oĩm matre. hoc ipſius erat domiciliũ. Illuc igitur Apoſtoli, propter metum Iudæorum confugerunt. Illic foribus clauſis, diſcipulis ſuis apparuit Dñs, poſteaq̃ à mortuis exſtitit: & Spiritum ſanctum, & pacem eiſdem dedit. *Illic* die octauo Thomam nutantẽ certum reddidit Dñs, lateris ſui plaga, & clauorum forma, & effigie demonſtrata. Illic Dño Seruatori noſtro *P*aſchalis agnus, quem cum ſuis ederet Diſcipulis, fuit apparatus. Etiam inde hymno dicto, in oliuarum montem, in locum Getſemani dictum, egreſſi ſunt. Ibidem primò S. Euchariſtiæ myſteriũ confecit Chriſtus, ſuisq; Diſcipulis tradidit, myſticumq; cultum edocuit, & tonſura data in clerum aſciuit, benedictionis beneficiũ impendit, ſacris Ordinibus initiauit; totam oĩm arcanorum, quæ in mandatis dabat, & maieſtatis ſuę ſeriem expoſuit, gloriamq; diuinę ſuæ formæ, Beatorumq;, à quibus ſpectatur, ſpectaculum exhibuit, vt & magnificentiam, ornatum, ſplendoremq; Eccleſiæ ſuæ: Eoſdem diuina corporis & ſanguinis ſui cõmmunione dignatus eſt; (vt & Nicodemum ſibi & ante & poſt Reſurrectionem fidum addictumq;. Ibi primarium inter oĩa Chriſti myſteria, myſteriũ Apoſtoli peregerũt. Illic Iacobum fratrem Dñi, primum Ẽpm Dñs & Apoſtoli delegêre: non quidem Zebedæi filium, ſed fratrem Dñi noſtri. Iacobus enim Diſcipulus Dñi, filius quidem erat Zebedæi, Ioannis autem Euangeliſtæ germanus. Zebedæus autem ipſorũ pater, ἰδιοναύκληρος, id eſt, propriam nauim habens, appellatur. Ex illuſtribus verò Galileæ viris primas Ioannes tenebat. Poſt ſui patris Zebedæi mortem, vendidit diſtraxitq; facultates ex hæreditate Zebedæi, & Hieroſolymis aliam domum ſibi comparauit. Sic igitur recepit Deiparam in domũ ſuam: verbũ verita-

Fort. οὗτος οὕτως ἐκεῖ ἐκοιμήθη ἐν κυρίῳ δοξάζων τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὰ μεγαλεῖα.

Ὁ ἰάκωβος δὲ ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος ὑπὸ τοῦ κυρίου, καὶ τῶν ἀποστόλων, ἀδελφὸς μὲν τοῦ κυρίου κατὰ σάρκα λέγεται εἶναι. υἱὸς δὲ τοῦ τέκτονος ἰωσὴφ, ἐκ τῆς βιωτικῆς αὐτοῦ γυναικὸς. ἀδελφὸς δὲ σίμωνος, καὶ ἰούδα, καὶ ἠωσήμ. τέσσαρας γὰρ υἱοὺς ἔσχεν ὁ ἰωσὴφ, καὶ δύο θυγατέρας. τήν τε ἐσθὴρ καὶ τὴν μάρθαν, ἐκ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τῆς σαλώμης, θυγατρὸς ἀγγαίου τοῦ ἀδελφοῦ ζαχαρίου τοῦ πατρὸς ἰωάννου τοῦ προδρόμου, υἱοῦ βαραχίου, τοῦ υἱοῦ ἀβιὰ τοῦ ἱερέως. καὶ τότε ἐχήρευσεν ἰωσὴφ, ὡς εἶναι τὴν σαλώμην, καὶ τὸν βαπτιστὴν ἰωάννην, ἀδελφῶν τέκνα ἀρρενικῶν. ὁ γὰρ ἀγγαῖος, υἱὸς βαραχίου, θεῖος ἦν ἰωάννου. ὁμοίως δὲ καὶ ζαχαρίας, ἀδελφὸς ἦν ἀγγαίου, θεῖος δὲ σαλώμης τῆς γυναικὸς ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος. σαλώμην δὲ φημὶ, οὐ τὴν μαῖαν, ἀλλὰ τὴν γυναῖκα ἰωσήφ. ἡ γὰρ μαῖα ἀπὸ βηθλεὲμ ἐτύγχανεν, ἀνεψιὰ καὶ αὐτὴ οὖσα τῆς ἐλισάβετ, καὶ τῆς ἁγίας παρθένου μαρίας. καὶ δηλοῖ τὸ κατὰ λουκᾶν ἅγιον εὐαγγέλιον. τρία γὰρ ἦσαν ἀδέλφια ἀπὸ βηθλεὲμ, θυγατέρες ματθᾶ τοῦ ἱερέως, καὶ μαρίας τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, ἐπὶ τῆς βασιλείας κλεοπάτρας, καὶ σωπάτωρος τοῦ πέρσου, πρὸ τῆς βασιλείας ἡρώδου υἱοῦ ἀντιπάτρου, ὄνομα τῇ πρώτῃ μαρία, καὶ ὀνόματι τῇ δευτέρᾳ σωμαί. καὶ τῇ γ. ἄννα, ἔγημε δὲ ἡ μία ἐν βηθλεὲμ, καὶ ἔτεκεν σαλώμην, τὴν μαῖαν. ἔγημε δὲ καὶ ἡ δευτέρα ἐν βηθλεὲμ, καὶ ἔτεκε τὴν ἐλισάβετ. ἔγημε δὲ καὶ ἡ τρίτη εἰς τὴν γῆν τῆς γαλιλαίας, καὶ ἔτεκε μαρίαν τὴν θεοτόκον. ὡς εἶναι τὴν σαλώμην, καὶ τὴν ἐλισάβετ, καὶ τὴν ἁγίαν μαρίαν τὴν θεοτόκον, θυγατέρας ἀδελφῶν τριῶν θηλέων. ἐντεῦθεν οὖν ὁ βαπτιστὴς ἰωάννης, καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἀνεψιοὶ λέγονται εἶναι. υἱὸς δὲ τῷ ἰωσὴφ λέγεται εἶναι, ἐπειδὴ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἀδελφός ἐστι ἐκ τῆς συνανατροφῆς, καὶ τῆς συγγενείας τοῦ ἀγγαίου ἀδελφοῦ ζαχαρίου τοῦ ἱερέως.

Γεννᾶται

veritatis Chriſti *E*pheſi in Aſia prædicans: qui tandem ibidem obdormiuit in Domino, eiuſdem nomen & magnalia debitis laudibus proſequens.

Iacobus autem & à Dño & ab Apoſtolis ordinatus Eps, frater quidem Dñi ſecundùm carnem eſſe dicitur, filius verò Ioſeph fabri, ex vxore ipſius, quæ domeſticæ vitæ curis, & adminiſtrationi vacabat: Simonis autem, & Iudæ, & Ioſeph frater germanus. Quatuor enim liberos habuit Ioſeph, & duas filias: Eſther & Martham: ex vxore ſua Salome, quæ fuit filia Aggęi fratris Zachariæ, qui fuerat pater Ioannis Baptiſtæ, Chriſti ꝓdromi, filij Barachiæ, filij Abia ſacerdotis. Et tunc quidē viduus erat Ioſeph, vt Salome, & Ioannes Baptiſta fratrum germanorũ ſint liberi. Etenim Aggæus, Barachiæ filius, patruus erat Ioannis. Zacharias item, frater Aggęi, patruus erat Salomes, quã Ioſeph in matrimonio habebat. Salomē autem dico, non obſtetricē illam, ſed Ioſephi coniugem. Obſtetrix enim è Bethleē erat oriunda, & ipſa conſobrina Eliſabeth, & ſacroſanctæ Virginis Mariæ. Id ꝗ S. Lucæ declarat *E*uangelium. Tres enim ſorores erant Bethleemiticæ, ſacerdotis Matthan filiæ, & vxoris illius Mariæ: regnante Cleopatra Regina, & Sopatore Perſa, idq; antequam Herodes filius Antipatri regnum Iudaicum obtineret: Nomen primę erat Maria: nomē ſecundæ, Somæ: tertia dicebatur Anna. Prima nupſit in Bethleē, & Salomen obſtetricē genuit. Altera ibidē nuptui fuit tradita, & *E*liſabetham peperit. Tertia in Galilæa nupſit, & MARIAM Deiparã genuit: vt Salome, & *E*liſabeth, & S. MARIA Deipara trium ſororũ ſint filiæ. Atq; hinc Ioannes Baptiſta, & Chriſtus Dñs noſter, cõſobrini eſſe dicuntur: filius verò Ioſeph eſſe ferebatur. Quoniam filiorũ ipſius frater eſt, non ex eo ſolùm, ꝗ vnà fuerit nutritus, & educatus, verum etiam ex Aggæi fratris Zacharię ſacerdotis cognatione.

Γεννᾶται τοίνυν ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς, ἐκ φυλῆς ἰούδα. ἐκ σπέρματος δαβὶδ, τὸ κατὰ σάρκα, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν, μεσοῦντος τοῦ ἑξακισχιλίου ἔτους, ἐν τῷ μβ. ἔτει αὐγούστου τοῦ βασιλέως, ἐν μηνὶ δεκεμβρίῳ κε. νυκτὸς ι, ἡμέρας α.

γνωσθέον δὲ καὶ τοῦτο, ἵνα ἐξ ἀρχῆς δείξης τοῦ ἰουδαίου τὰ ἀπαρχῆς κόσμου, ἕτερον ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου ἀδὰμ, ἕως νῶε, ἐφ' ᾧ ὁ κατακλυσμὸς γέγονε, γεγόνασι γενεαὶ δέκα, ἔτη Β ρ[illegible] ὁμοίως καὶ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως ἀβραὰμ, γενεαὶ ι, ἔτη ᾳ σ ο. ἀβραὰμ ἦν ἐτῶν οε, ὅτε μετῴκησεν εἰς τὴν χαναναίων γῆν. ἐκ τῆς μεσοποταμίας, κἀκεῖ διατρίψας ἔτη κε, ἔτεκε τὸν ἰσαάκ. ξ δὲ ἔτη βιώσας ὁ ἰσαὰκ, γεννᾷ παῖδας δύο, ἠσαῦ, καὶ ἰακώβ. κατῆλθεν εἰς αἴγυπτον ἅμα τοῖς δώδεκα υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ τοῖς * ἐγγόνοις αὐτοῦ, τὸν ἀριθμὸν οε. παρῴκησεν δὲ καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν γῇ χαναὰν ἔτη σιε. οὗ τὸ γένος παρῴκησεν ἐν αἰγύπτῳ ἔτη σιε, καὶ πληθυνθὲν εἰς δωδεκάφυλον ἐλογίσθη, καὶ τὸ πλῆθος εἰς χιλίας χιλιάδας κατεψηφίσθη. καὶ τῷ μὲν λευὶ ἀπόγονοι μωσῆς, καὶ ἀαρών. καὶ ὁ μὲν τὸ ἱερατεύειν ἠξίωσε. ὁ δὲ μωϋσῆς πρὸς τὸ ἄρχειν καθίστατο. ὃς ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ πατεῖ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, καὶ ἐξάγει τὸν λαὸν ἐξ αἰγύπτου. οὗτος μωϋσῆς ἤκμασεν ἐν τοῖς καιροῖς ἰνάχου τῆς * ἐλάδου πρώτου βασιλεύσαντος. οὕτως ἀρχαιότεροι ἑλλήνων ἰουδαῖοι, καὶ οἱ νόμοι: οἱ νεώτεροι. τὸ γὰρ ἕνα θεὸν σέβειν, ἐκ τῶν πρώην παρειλήφασιν. ἡ δὲ νομοθεσία μετὰ μῆνας γ. τῆς ἐξ αἰγύπτου μεταναστάσεως, δίδοται διὰ μωσέως. φωνῇ δὲ θεοῦ * δεικνυμένοις ἀνθρώποις. διέτριψαν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη μ. καὶ ἀπὸ ἰησοῦ τοῦ ναυῆ ἀρχόμενοι, ἔτη κε. καὶ ἀπὸ τῶν κριτῶν, ἔτη υκδ. μέχρι τῆς βασιλείας σαοὺλ πρώτου παρ' αὐτοῖς βασιλεύσαντος, ἐφ' οὗ ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τίκτεται δαυὶδ, ὁμοίως δὲ καὶ ἀπὸ ἀβραὰμ ἕως δαυὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες, ἔτη ᾳ κ δ. καὶ ἀπὸ δαυὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας

* ἐκγόνοις.

* ἑλλάδος.

* φαινομέ-
νοις.

εἰς βα

Naſcitur itaq; Dñs noſter IESVS Chriſtus ex tribu Iuda, & è ſemine Dauid, ſecundùm humanā naturam, diebus poſtremis, 6000. à creatione mundi año. 42. Auguſti Imp. año, menſe Decembri, 25. noctis hora 10. die 1.

Sciendum verò etiā illud, vt à primordio, ſecundùm hebręam cōputationem, mundi demonſtres originem, tolle, atq; aufer, à protoplaſto Adam, ad vſq; Noe, (ſub quo diluuium exſtitit, ſuntq́; generationes decem) annos 2142. ſimili pacto à diluuio vſq; ad Abrahā, generationes totidē, anni ſunt 1270. Abraham porrò annorū erat 75. quando ex Meſopotamia in Chananęam terram cōmigrauit: ibiq́; annis 25. demoratus, Iſaac filium ꝓgenuit. Sexageſimū annum Iſaac natus, duos liberos, Eſau & Iacob, obtinet. Hic Ægyptum cum 12. ſuis filiis, & nepotibus numero 75. ſubiit. Habitauit autem ipſius Gens in terra Chanaan, annis 215. deinde Ægyptū cum annis totidē incoluiſſet, & incremento capto, in 12. tribus eſſet relata, capita autem cōputata, mille Chiliades expleuerunt. Leui quidem poſteri, Moſes, & Aaron fuêre. Et hic quidem ſacerdotio dignus eſt habitus. Ille autē ad imperiū eſt deſtinatus. Qui quidem 80. vitæ año Erythræum mare ingreſſus, calcat, populumq́; Hebræū Ægypto educit. Ille ipſe Moyſes tempore Inachi in Græcia primò oīm imperantis, floruit. Gręcis oībus antiquiores ſunt Iudæi, & leges: Græci, poſteriores. Etenim, vnum DEVM colere, ab iis, qui ætate ipſos præiêre, acceperunt. Legum porrò cōſtitutio, ſeu latio, poſt tres, emigrationis ex Ægypto, menſes per Moſen trāſigitur: Vox verò Dei mortalibus patuit. Morati ſunt in deſerto añis 40. Sub Iehu Naue F. fuêre añis 25. ſub iudicibus, añis 454. vſq; ad regnum Saulis, primi eorū Regis, Sub quo, primoq́; illius regni anno, Dauid naſcitur. Pari ratione etiam ab Abraham, ad Dauidem vſq;, generationes ſunt 14. anni 1024.

ας βαβυλῶνος, γενεαὶ ιδ, ἔτη χθ. καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας βαβυλῶνος, ἕως δαρείου, ἔτη κε. καὶ ἀπὸ τῆς δαρείου, ἕως ἰησοῦ τοῦ ἰωσεδὲκ, ἔτη μ. καὶ ἀπὸ ἰησοῦ ἰωσεδὲκ, ἕως ἰησοῦ τοῦ λεγομένου χριστοῦ, ἔτη φθ..... ἡμέραι. κατὰ τὰς χρόνων ἀκολουθίας συμψηφίσαντες, εὕρωμεν ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου ἀδὰμ ἕως τοῦ χριστοῦ, ἔτη εφ.

Ενταῦθα τοίνυν γεννᾶται ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς, ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐγούστου ἐν τῷ μβ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἐν μηνὶ δεκεμβρίῳ εἰκάδι ε, ἡμέρᾳ πρώτῃ, νυκτὸς ι.

ἀπὸ δὲ τῆς χριστοῦ ἀναλήψεως ἕως κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως, καὶ θεοσεβοῦς ἀνδρὸς ἔτη σϟζ. οὓς καὶ ἐπλανῶντο οἱ χριστιανοὶ, τὸ πάσχα ἑορτάζοντες μετὰ τῶν ἰουδαίων. ὁ δὲ θεόστεπτος βασιλεὺς οὕτως ἐν δωδεκάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας * κτήσας πόλιν ἐν τῷ αὐτοῦ ὀνόματι, ἐν τῷ βυζαντίῳ, καὶ α σύνοδον ποιήσας, τὰ κατὰ τοῦ ματαιόφρονος ἀρείου, ἀθροίσας οὖν σὺν τιη θεοφόρους πατέρας. μᾶλλον δὲ καὶ πατριάρχας, τὸν ῥώμης, τὸν ἀλεξανδρείας, τὸν ἱεροσολύμων, καὶ μητροφάνην κωνσταντινουπόλεως, ἐν τῇ βιθυνῶν ἐπαρχίᾳ, τὸν ἄρειον, καὶ σὺν τούτου ὁμόφρονας καθεῖλον, καὶ τρανῶς τὴν πίστιν ἐκήρυξαν.

* κτίσας.

Τότε δὴ τότε ζητήσας σὺν ἁγίους πατέρας, καὶ πατριάρχας. εἰσελθεῖν ἐν τῇ βασιλευούσῃ, καὶ εὐχὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως ποιήσασθαι. μετὰ ταῦτα ἐζήτησεν καὶ πῶς τὸ πάσχα * ποιεῖν, καὶ μέθοδον * διδόνται ταῖς μετέπειτα γενεαῖς, ἵνα μὴ εἰς ὄλισθον παντελῶς ἐπιφέρωνται. κἀκεῖνοι δὲ ἐναγώνιοι γεγονότες, καὶ χρόνον οὐ μικρὸν ἐν ταύτῃ διατρίψαντες, μόλις ἠδυνήθησαν ἐκ θεοῦ παραλαβεῖν τὴν τοιαύτην δι᾽ ἀγγέλου * προρρήσεως, ἥτις * τὴν ιγ περιόδων, τῶν ἀρχομένων ἀπ᾽ ἀρχῆς τοῦ πρώτου αἰῶνος, καὶ ληγόντων ἐν τῷ ςις ἔτει.

*Fort. ποιεῖ δεῖ.
* δίδοται.
* ἴσως, πρὸς ῥῆσιν.
Fort. ἦν.

ἀριθ

Atq; à Dauide, ad vſq; Babylonis tranſmigrationē, totidem ſunt generationes, anni 609. A tranſmigratione in Babylonem, vſq; ad Darium, añi 25. Et à Dario ad Ieſum filium Ioſedec, añi 60. Atq; ab Ieſu Ioſedec F. vſq; ad Ieſum, qui dicitur Chriſtus, anni 509. Hanc rationem ſequentes, calculatione annorum omnium facta, ab ipſo protoplaſto Adam, ad Chriſtum vſq;, annorum quinq; millia quingenta reperiemus.

Hoc igitur pacto naſcitur Dominns noſter Ieſus Chriſtus, imperij Auguſti 42. menſe Decemb. 25. die prima, noctis hora 10.

A Chriſti autem aſſumptione, ſeu in cœlos aſcenſu, ad vſq; Conſtantinū Magnum Imp. virum pium, Deiq́; cultorem añi ſunt 297. Quibus aberrarunt noñulli Chriſtiani, *P*aſcha cum Iudæis celebrãtes. Diuiniſſimus autē Imp. 12. Imperij ſui año, condita, ſuoq́; noīe donota vrbe Byzantij, primaq́;, contra ſtultè ſapientem Arium, facta atq; inſtituta Synodo, cum 318. diuinos patres, vel potius *P*atriarchas collegiſſet; Romanum ſcilicet, Alexandrinum, Hieroſolymorū, & Conſtantinopoleos Metrophanem. Epiſcopos: qui quidem in Bithyniæ prouincia, Arium, & vnâ cum eôdem ſentientes, ſententiis ſuis, & anathemate perculerunt, fidemq́; Catholicã liquidè, purèq́; proclamarūt. Tunc ſanè, tunc cum ſanctos *P*atres & *P*atriarchas acciuiſſet, vt in vrbē regiam ingrederentur, & orationē ſupra vrbem à ſe conditã funderent: Poſtmodò requiſiuit, quo pacto Paſcha celebrandum; & quæ poſteris generationibus tradenda methodus, ne in manifeſtū, notabilemq́; lapſum deueniretur. At illi, diſputatione, diſquiſitioneq́; facta, initaq́;, temporeq́; non modico illic cōmorati, à Deo per Angelum vix eiuſcemodi obtinere potuerunt oraculum: Id autē conſtat tredecim periodis ſiue reuolutionibus, orſis à primi ſeculi primordio, & in

Digitized by Google

ἀριθμουμένων διὰ τῶν περιόδων, ἐπληρώθη ι περίοδος ἐν τῷ πεντακισχιλιοστῷ τριακοσιοστῷ εἰκοστῷ ἔτει. ἀρξαμένης δὲ τῆς ια περιόδου, ρπϛ * διήλθοσαν ἔτη * παρῆλθον, καὶ ἐσαρκώθη ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς, ὡς ἡ βίβλος τοῦ νικομηδείας, καὶ τοῦ μεταφραστοῦ περιέχει. ὁ δὲ μέγας βασίλειος φησὶν, ἐν τῷ εφ ἔτει γεννᾶται ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς, * ὅπερ ἐκ τοῦ ἄνωθεν εἰρημένου περιόδου, ἤγουν τοῦ ια ἔτη ϛ ἄνωθεν * γίνονται. ὡς δὲ τῶν λοιπῶν συγγραφῶν, εὐσεβίου τοῦ παμφίλου, εὐσταθίου, καὶ γεωργίου τῶν χρονογράφων, καὶ ἑτέρων ποιητῶν ρπ μόνα ἔτη λέγουσιν. ἕτεροι δὲ ἔτη ... * λγ ἐν τῷ κόσμῳ διατρίψας, καί παθὼν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν τῇ κγ τοῦ μαρτίου μηνὸς ἐσταυρώθη. τῇ κδ ἐτάφη, καὶ τῇ κε ἀνέστη ἡμέρᾳ πρώτῃ τουτέστι κυριακῇ. ὡς ὁ μεταφραστὴς δηλοῖ, καὶ ἡ βίβλος τοῦ νικομηδείας, ὡς δὲ οἱ λοιποὶ, ἀπριλλίῳ πρώτῃ ληγούσῃ ἀνέστη. ἐγὼ δὲ πείθομαι τοῖς λόγοις τοῦ κυρίου συμεών. ὅτι καὶ ἡ κτίσις ἀπὸ τῆς κβ μαρτίου μηνὸς τὴν ἀρχὴν ἔλαβε. καὶ τὸ μετρητὸν τοῦτο φῶς τῇ κε τοῦ αὐτοῦ μηνὸς δ ἡμέρᾳ ἐγένετο. ἐξ αὐτοῦ γὰρ, καὶ τὸ * πετρὰ ι, καὶ τὸ ζ ι, καὶ ὁ ν ἀριθμὸς ἐτιμήθη. καὶ προσεκτέον τῷ λόγῳ. ὅτι ὁ θεὸς, τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ ἐν ἑπτὰ αἰῶσι, τὸν κόσμον ἐθεμελίωσε. ἐν ἑπτὰ ἡμέραις τὴν κτίσιν εἰργάσατο. ὅτι τὸν κάιν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλῦσαι πεποίηκεν. καὶ τὸν λάμεχ ο ζ * τὴν ἀρχὴν ἔδωκεν, τὸν ἐνὼχ ἕβδομον ὄντα, μετέθηκεν, ὡς θεάρεστον, τὸν ἀβραὰμ καὶ ἀπὸ κτίσεως κόσμου πατέρα πολλῶν ἐθνῶν ἔδειξεν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ο ζ ἀριθμεῖται ἀπὸ ἀδάμ. καὶ ἡ πεντηκοστὴ τοῦ ἰοβολιμαίου, ὃ ἑρμηνεύεται ἄφεσις διὰ τοῦτο ἐτιμήθη. καὶ ἡ ἱερατικὴ λειτουργία, διὰ τοῦ ζ μηνὸς γέγονεν. ἡ γὰρ πεντηκοστὴ τὰς ὑφειλουμένη, α ἡμέρᾳ ἐργάζεται.

Εὰν δὲ θέλεις, καὶ περὶ ἡλίου, καὶ σελήνης τὴν μέτρησιν εὑρεῖν, κρατῆσαι τὴν περίοδον, καὶ ὕφειλον διὰ ζ ι διὰ τετράδια τοῦ ἡλίου

καὶ

* Alterũ ex his redundare videtur.

* Locus mend. For. περιγίγνονται.

.... deest aliquid.

* For. τετράκις.

* videntur hæc verba redundare, aut aliquid deesse.

ipſo ſexmilleſimo, decimo ſexto año deſinentibus. Enumerando igitur has periodos, decima completa eſt año 5320. De incepta autẽ vndecima periodo, 186. anni abierunt, & humanã naturam induit Dñs noſter IESVS CHRISTVS, vt liber Nicomedienſis & Metaphraſtes habent. Magnus verò Baſilius dicit: Ipſo quinquies milleſimo, quingenteſimo anno Dñs noſter IESVS CHRISTVS naſcitur. Itaq; ex ſuprà dicta vndecima periodo ſuperſunt añi ſex. Reliqui Scriptores, vt Euſebius Pamphili, Euſtathius, Georgius Chronologi, & alij 180. duntaxat annos putãt & ſtatuũt. Alij, años * . . . Triginta tres años in mundo & hac vita verſatꝰ, & cõmoratꝰ, & propter ſalutẽ noſtram mortẽ paſſus, 23. Martij fuit cruci affixus. Die 24. ſepultꝰ: & 25. reſurrexit, die prima, nimirũ Dominica: Velut Metaphraſtes declarat, & Nicomediẽſis: ſeu vt cæteri, Aprilis 21. die à mortuis exſtitit. Equidem fidem habeo ſẽtentiæ Domini Simeonis: quippe mũdi huius molitio ab 22. Martij menſis initium accepit: lux item (ſolis) qua metimur oĩa, eiuſdem menſis 25. quarto die fuit condita diuinitus. Hinc enim quater decem & ſepties decem, tum quinquageſimus numerus ſũt in honore. Et attentè cõſiderandum eſt; Quoniã DEVS diuina ſua ſapientia, in 7. ſæculis mundum fundauit: ſeptemq; diebus eſt fabricatꝰ, & de Cain dedit vltionẽ ſepties, de Lamech autẽ ſeptuagies ſepties. Enoch ſeptimũ trãſtulit, velut eum, qui DEO placeret: Abraham etiã à mundi conſtitutione, multarũ gentium patrem declarauit: ſed & ipſe Dominus ſeptuageſimus ſeptimus ab Adam numeratur. Etiam Pentecoſte, ſeu Quinquageſima iubilæi (*anni*) (remiſſionẽ dixeris) idcircò eſt in honore. Septimo quoq; menſe ſolennia illa ſacrificia peragebantur.

** . . : Lacuna eſt vel obſoleta antiquitate: vel negligẽtia librarij.*

Quod ſi voles, & circa ſolis, lunæq; curſum, reperire dimenſionem, cape periodum, & ſubduc per ſepties decẽ,

Digitized by Google

καὶ πλήρεις τεσσαρεσκαιδεκαετηρίδων, καὶ ἀσφαλῶς ἀπαραλλάξεις. γύρευσον δὲ ἀσφαλῶς τὰ ἐντὸς γεγραμμένα, καὶ εὑρής, καὶ τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη, ἕως τῆς Χριστοῦ καταβάσεως, καὶ πάλιν μετὰ ταῦτα γενεαλογίαν ἐνσάρκου Χριστοῦ παρουσίας. καὶ τὰς περιόδους ἡλίου τε, καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἀρχομένων, καὶ ἐνεστώτων πασχαλίων τῶν γεγραμμένων ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου.

◆

perq; quater decē, per Solis & Lunæ dimenſionem; idq; tuto, citraq; lapſū probabis. In gyrum autem, & orbem volue, quæ intus ſcripta, & notata ſunt, & inuenies orbis conditi annos, ad Chriſti vſq; aduentum: Et poſthæc rurſum, Chriſti pro nobis hominis facti genealogiam, & Solis, ac Lunæ periodos, paſchaleſq; incipientes, & inſtantes terminos prout ſub Conſtantino deſcripti ſunt.

◆

NOTÆ

AD CHRONICVM HIPPOLYTI.

Hippolyti Thebani, quem nunc luce donamus, meminit Epitome Geſnerianæ Bibliothecæ his verbis: *Hippolyti Thebani de cognatione Chriſti lucubratiuncula, ex opere eius Chronico decerpta. Græcè exſtat Romæ in Bibliotheca Vaticana*. Ibidem eadem Epitome. *Hippolytus Thebanus conſcripſit Chronicon, ex quo Ioannes Sambucus deſumpſit & tractauit libellũ de ortu & cognatione Virginis Mariæ.* Prior inſcriptio non multũ abit à titulo codicis Bauarici, quo nos vſi; ſuſpicionemq́; mouet, non tam eſſe opus integrum; quàm integri operis fragmentum & ἀποσπασμάτιον, ꝙ & ipſa breuitas credere ſuadet, & Turrianus, qui, vt dicemus, Hippolytum vidit, fragmentum appellat. Citatur Hippolytus à Glyca 3. part. Annalium, & à Franciſco Turriano in Apologia pro domo Lauretana aduerſus Calumnias Vergerij. Recitat ex eodem nonnulla Nicephorus Calliſtus, lib. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 3. Sed fallitur, vt & recẽtiores cum illo, quando quæ ſunt Hippolyti Thebani, tribuunt Hippolyto Portuenſi Epiſcopo; ſcriptori valdè vetuſto; (de quo vide Trithemium de ſcriptoribus Eccleſiaſt. & Baron. in Martyrolog.) cùm Hippolytus noſter vixerit poſt tempora Simeonis Metaphraſtæ; qui Sanctorum hiſtorias aliquot voluminibus collegit: Hunc enim Simeonem citat iſte Hippolytus. Quocirca ruere neceſſe eſt ſuſpicionem Epitomes Geſnerianæ; ſuſpicantis hunc noſtrũ Hippolytum eſſe illum, cuius S. Hieronymus in libro de viris illuſtribus meminit.

Porrò de veritate Chronologiæ, quam Hippolytus ſtatuit, nolim cum quoquam contendere. meum conſilium filium fuit Hippolytum ex Bauarico codice bona fide exſcriptum, pari fide vulgare; Chronologiam autem illius aliis examinandam relinquere.

Pag. 36. locus mutilus eſt. Citatur à Glyca 3. part. Annal. cuius verba Interpres ſic reddidit: neq; enim iam ad manum eſt græcus codex Glycæ. *De nonnullorum quidem hiſtoricorum ſententia, præſertim Hippolyti Thebani, poſt Domini ex mortuis Reſurrectionẽ anni ſeptem præterierant, cùm teſtium veritatis princeps ille Stephanus beatum vitæ finem eſt conſecutus. Ab eius autem morte menſibus propè ſex elapſis, Pauli vocatio facta eſt.* Refellit hanc ſententiam illuſtriſs. Baronius Annal. primo, docetq; Stephanum paſſum anno Chriſti 34. ſeptimo ab Aſcenſione Dñi menſe: conuerſionem verò S. *P*auli ſecundo ab Aſcenſione Domini anno contigiſſe: nempè anno Dñi 36. tempore à martyrio S. Stephani multo longiore, quam ſtatuat Hippolytus; qui tantum ſex menſes aſſignare videtur. ſed locus, vt dixi, corruptus eſt, Similia Nicephorus lib. 2. cap. 3.

Pag. 38. habet quidẽ cod. græc. *ἴδιον ναύκληρος*, ſed leg. eſt vna voce *ἰδιοναύκληρος*, vt docet Franciſcus Turrianus lib. contra Vergerium, pro domo Lauretana; qui iſta, quæ refert hîc Hippolytus, recitat fermè ad verbum ex ſcholiis quibuſdã græcis *S.* Chryſoſtomi ſuper *E*uangelia Ioannis & Marci. Legatur Turrianus; qui Hippolyto multum lucis adferet. *E*xſcripſit eadẽ Nicephorus ex antiquioribus loco paulò antè citato: apud quẽ Interpres transfert *ἰδιοναύκληρον, nauis propriæ rectorẽ.* Sed condonemus eum lapſum vnà cum cæteris viro de Nicephoro benè merito.

Pag. 41. Iacobus autẽ, & à Domino, &c. vt hæc tam intricata intelligantur, profuerit legere, quæ Nicephorus de his memoriç mãdauit, lib. 2. cap. 3. *E*tſi enim ipſe dicit, ſe hæc referre ex Hippolyto *E*piſcopo Portuenſis

Romæ; facilè tamen homonymia nominis Nicephoro imponere potuit, vt pro Thebano Portuenſem, & veterē illum Hippolytum ſubſtitueret. Adſcribamus verba Nicephori, vt tenebris Hippolyti lucem accendamus, Hippolyti, inquā, Thebani, nam priſcū illum talia ſcripſiſſe, nunquam mihi perſuaſerim. *Non importunum equidem, vt puto, fuerit*, ait Nicephorus, *præſenti inſerere hiſtoriæ, quæ diuinus Hippolytus Portuenſis Romæ Epiſcopus (πόρτου τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης ἐπίσκοπος) de Iacobo fratre Domini memoriæ mandata reliquit: Ioſeph, inquiens, faber, ex vxore ſua Salome (quæ quidē filia fuit Aggæi, fratris Zachariæ Prophetæ, eiuſdemq́ Ioannis Baptiſtæ patris, Zacharias verò & Aggæus filij erant Barachiæ ſacerdotis) quatuor ſuſcepit liberos, Iacobum & Simonem, Iudā & Ioſen, & itē filias duas Eſther & Thamar, ita vt Salome ipſa, & Ioannes Baptiſta duorum fratrum liberi fuerint. Etenim Aggæus filius quidem eſt Barachiæ, Patruus autē Ioannis. Similiter & Zacharias frater quidem Aggæi, patruus autem Salomæ, Ioſephi coniugis. Salomen porrò dico, non illā in Bethleem obſtetricem (illa enim Bethleemitica cōſobrina Eliſabethæ erat, & item ſacræ Virg. Mariæ vt hoc ſacrū Euangeliū Lucæ indicat) ſiquidē tres fuêre ſorores Bethleemiticæ filiæ Mathā ſacerdotis, & Mariæ coniugis eius ſub Cleopatra & Caſaporis Perſæ regno ante Herodis Antipatri filij regnū; Prima Maria, ſecūda Soba, tertia Anna nomē erat. Nupſit prima in Bethleē Maria, & peperit Salomen obſtetricē. Nupſit quoq; ſecunda in Bethleē Soba, & genuit Eliſabethā. Nupſit poſtremò & tertia Anna in terra Galilæa, & protulit Mariā Dei Genitricē, ex qua nobis ortꝰ eſt Chriſtus ipſa veritas: ita vt Salome iſta obſtetrix, & Eliſabeth & Dei mater triū ſororū reperiantur filiæ. Proinde Ioannes Baptiſta, & Ieſus verus Deus noſter cōſobrini eſſe dicūtur. Ioſephi verò filius Chriſtus eſſe dicitur, quod filiorū eius frater eſſet, propter cōſeruationē familiarē & cognationē Aggæi fratris Zachariæ ſacerdotis.* Hęc Nicephorus ex Hippolyto *Portuenſi*, vt ipſe putat, reuera autē ex iſto Hippol. Theb.

Digitized by Google

Pag. 47. Vt clariora fiant, quæ hoc loco de periodis Hippolytus ſcribit; adſcribere placet; quę ad hunc locũ Hippolyti annotauit nobilis & ampliſſimus dominus Ioannes Georgius Hervvardus, Bauariæ Cancellarius, vir omnis Chronologiæ peritiſſimus. Anni, inquit, 532. reddunt periodum (ſcilicet lunarem). Decem tales periodi reddunt annos 5320. His annis ex vndecima periodo alij addunt ſolos annos 180. Sicq́; illis natus eſt Dominus noſter IESVS Chriſtus 5500. anno mundi: quippe 6. annis citius. Nam alij prædictis decem periodis ſeu annis 5320. addunt annos 186. ita vt illis natus ſit Dñs noſter, Anno Mundi 5506. ſex annis tardius. Hæc dominus Hervvardus. *Prioris* opinionis eſt S. Baſilius, *E*uſebius, Euſtathius, & Georgius Syncellus, vt ait Hippolytus: *Poſterioris* autem Metaphraſtes & Nicomedienſis. Dies πρωπλύγγουσα Aprilis eſt 21. dies Aprilis. Quod verò ait, Chriſtum crucifixum 23. die Martij: ſepultum 24. id ea de cauſa facere videtur, quod initium diei 24. ducat, more Hebræorum, à veſpera diei 23.

Locum de ætate presbyterorum, ſecundùm Nicænam Synodum, citat ex Hippolyto Turrianus, in ſcholiis ad ſecundum librum Conſtitutionum Clementis Romani.

* * *

SANCTI ANASTASII SINAITÆ,
PATRIARCHAE ANTIOCHENI
ORATIONES DVÆ,

NVNQVAM VSQVAM NEQVE GRÆCE NEQVE LATINE
PVBLICATÆ:

I. Oratio de ſacra Synaxi, & de non iudicando, deq; obliuione iniuriarum.

II. Oratio ſiue explicatio in ſextum Dauidis Pſalmum.

ACCESSIT ALTERIVS ANASTASII ABBATIS LIBER CONTRA IVDÆOS.

Omnia nunc primùm ex m. ſ. edita.

AB

HENRICO CANISIO NOVIOMAGO SS. CANONVM PROFESSORE INGOLSTADII.

Digitized by Google

De
SANCTO ANASTASIO SINAITA.

Sanctus Anaſtaſius creatus eſt Epiſcopus Antiochenus, Anno Domini DLXI. ſecundùm Chronologiam Baronij. Pulſus in exilium, à Iuſtino iuniore, anno Domini DLXXII. Reſtitutus à Mauritio Imperatore DXCV. Mortuus deniq; in ſede ſua DXCIX. cuius anniuerſariam memoriam colit Eccleſia XI. Kalend. Maij. Sinaita cognomen adeptus eſt à monte Sinai, in cuius Monaſterio Monachum & presbyterum egerat. Non modò græcè, ſed & latinè doctus fuit: nam librum S. Gregorij Magni, qui Paſtorale inſcribitur, in græcam linguam tranſtulit, teſte Sigeberto de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, cap. 42. Multa ſcripſit, ex quibus exſtant latinè tomo 1. Bibliotheca SS. Patrum, edit. 2.

I. In Hexaëmeron lib. XI.

Errat enim Sixtus Senenſis, qui opus hoc Anaſtaſio ſucceſſori huius noſtri Anaſtaſij tribuit. Potius credendum Glycæ, & aliis, qui nomine Sinaitæ citant. Habetur Græcè in Bibliotheca Bauarica, cod. 202. & cod. 243.

II. De rectis fidei Catholicę dogmatibus libri ſeu orationes V. Interprete Godefrido Tilmanno.

Eaſdem olim latinitate donauit Franciſcus Turrianus; ſed *non edidit. Vidimus eius interpretationem, beneficio admodum R. P. Antonij Poſſeuini.*

Nunc primum vulgantur à nobis,

EIVSDEM ANASTASII ORATIO de ſacra Euchariſtia, & de non iudicando, deque obliuione iniuriarum.

Cuius perexiguum fragmentum legebatur Tom. 1. Bibliot. SS. PP. ab illo loco, propè ſub extremum orationis. Ne ergò fratres iudicemus, *&c. vſq; ad illum de Iuda*: Et ſtatim introiuit in eum Satanas. *Quin & proximè ſequentem locum de Monacho animã agente recitat ex eadem homilia Illuſtriß. Card. Baronius, Tom. IIX. Annalium, anno Chriſti 599. Itemq; illum; vbi inuehitur in quoſdam, qui ſatis ſe præſtitiſſe cenſebant, ſi aqua manibus ablutis, ad Euchariſtiam accederent: & alia nonnulla teſtimonia, quæ ſequuntur de veneratione imaginum, & crucis; deq; confeſſione ſacerdotibus facienda. Teſtatur idẽ Baronius hanc orationem ab Achille Statio Luſitano latinè conuerſam, & Gregorio XIII. Pontif. Max. oblatam; ſed nõ vulgatam fuiſſe. Nos ergò illam vulgamus; neq; enim par erat, vt diutius in tenebris deliteſceret. Græca fideliter exſcripta habemus ex codice m. ſ. Bibliothecæ Sereniſſimi* MAXIMILIANI *vtriuſq; Bauariæ Ducis, &c.*

Oratio in ſextum Pſalmum.

Meminit eius Nicephorus lib. 18. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 44. extat græcè in Bibliotheca Bauarica, cod. 77. Quam publicamus græcè & latinè, acceptam à P. Andrea Schotto Societatis IESV, *antiquitatis amplificandæ ſtudioſiſſimo.*

Liber contra Iudæos.

Habemus hunc à R. P. Antonio Poſſeuino; ſed initio & fine, vt ap-

vt apparet, mutilum. Latinum fecit olim græcarum literarũ ſcientiſſimus Franciſcus Turrianus. Collector Bibliothecæ SS. Patrũ notat Anaſtaſium duos libros contra Iudæos ſcripſiſſe.

Hunc tamen librum non eſſe Anaſtaſij Sinaitæ, ſed alterius, ex ipſo libro ſatis perſpicuè colligitur. De ſua enim ætate loquens dicit, oracula Chriſti ante 800. annos prædicta compleri & perfici. Alibi ait: octingenteſimũ, & eo amplius annum agi, ex quo Iudæos diſperſit Deus, & Titum atq; Veſpaſianum ad vaſtandã vrbem vocauit. Ex quo conficitur fieri non poſſe, vt celeberrimus ille Anaſtaſius Sinaites ſit Auctor huius libri, vt nec eiuſdem nominis ſucceſſor illius; cum prior ille ex hac vita deceſſerit anno Chriſti 599. Poſterior autem à Iudæis ſub Phoca Imperatore crudeliſſimè peremptus ſit anno Chriſti 609. Accedit, quod Anaſtaſius iſte non ſemel deplorat captiuitatem Chriſtianorum, quæ querela cõuenit in illa tempora, cum Arabes Mahometani in Orientem effuſi, totum fermè ditionis ſuæ fecerunt. Huc enim ſpectant, cùm alia, tùm iſta Anaſtaſij: Propterea nos Chriſtiani iam plurimis annis captiui, & multis calamitatibus afflicti, Deum non negamus. *Nec obſtat, quod alicubi Anaſtaſius iſte, loquens de templo Hieroſolymitano; permiſſu Iuliani Apoſtatæ à Iudæis inſtaurando, ſignificare videtur, id viginti duntaxat annos ante ſuam ætatẽ accidiſſe. nam verba illa non ſunt Anaſtaſij de ſe ſuoq; æuo ſententiã explicantis; ſed S. Chryſoſtomi, lib. 2. contra Iudæos, nõ procul à fine. Quis igitur iſte Anaſtaſius? Quid ſi ſit Anaſtaſius Abbas Monaſterij S. Euthymij in Palæſtina, de quo Damaſcenus initio libelli de Triſagio, quem ab eloquentia & eruditione laudat, cuius meminit Baronius ex Damaſceno, anno Chriſti 749. qui de Triſagio non ſincerè ſentire viſus, Damaſceno opuſculi de hoc hymno ſcribendi occaſionẽ præbuit. Nec eſt, quod aliquem nonnulla temporis diſtantia terreat: quæ nõ adeò magna. Fieri enim poteſt, vt nec ipſe Anaſtaſius, nec Annalium ſcriptor Chronologiã acutè tetigerit; ſed ἐν πλάτει, & vt Ariſtoteles loqui ſolet, ὡς ἐν τύπῳ.*

Plura de Anaſtaſio non ſuppetunt. De libro eius nihil addo. Guſta, & emes. Nam veteri verbo, guſtus incitat emptorem: eſt tamen cùm abſterret. Sed nihil periculi hîc ab iſto periculo.

Libri Anaſtaſij nondum editi.

Ὁδηγὸς, *hoc eſt*, Dux viæ, *cuius meminit Nicephorus, ſæpè citatus à Franciſco Turriano. Liber inſignis eſt aduerſus hæreticos, præſertim Seuerianos. Aſſeruatur græcè in inclyta Reipub. Auguſtanæ Bibliotheca. Vtinam interpretem inueniat. Suppeditauit nobis Andreas Schottus tria alia eiuſdem Anaſtaſij opuſcula: quorum vnius titulus eſt.* Anaſtaſij minimi Monachi opus de orthodoxa fide ex ſacris litteris ac Doctoribus decerptum. *Alterius:* Quæ orthodoxus reiicere & execrari debeat, vbi cum Theodoſianis aut Gaianitis de fide verba eſt facturus. *Tertij:* Anaſtaſij minimi preſbyteri S. montis Sinai, opus de fide œconomiæ Chriſti filij Dei, ad ſanctam *E*ccleſiam Catholicam Babylone ſcriptam, fratribus noſtris in ea Chriſti ſtudioſis & orthodoxis id petentibus. *Non proferimus hæc in lucem; quia non ſunt propria & diſtincta opera; ſed libri, qui ὁ ὁδηγὸς appellatur, fragmenta. prodibunt aliquando, & vt ſperamus & optamus breui, cum ipſo ὁδηγῷ, in qua continentur etiam ὅροι, hoc eſt,* finitiones, *ſeu* definitiones *rerum Theologicarum. Malè Interpres Nicephori, ὅρους vertit* fines *E*ccleſiæ dogmatum. *nec ſunt opus ab ὁδηγῷ ſeparatum; ſed pars τοῦ ὁδηγοῦ: quare ab Interprete Nicephori in errorem inductus eſt collector Bibliothecæ SS. Patrum; cùm* *E*ccleſiæ dogmatum finitiones, *tanquam diſtinctum ab ὁδηγῷ opus enumerat: Ab eodem commemorantur etiam hæc Anaſtaſiana inedita.*

Oratio ad Antiochenos, in introitu ſuo ſcripta, de qua Niceph.

Oratio pacificatoria, quam trigeſimo tertio anno in ſedem ſuam reſtitutus habuit. de qua Niceph.

Ad interrogata Monaſteriorum primæ & ſecundæ Syriæ reſponſiones.

Ad Antiochenos συντακτήριον, *ſeu de diſciplina.*
De conſtructione hominis, lib. 2.
Contemplatio myſtica paſsionum Chriſti.
Encomium Ægypti.
Quæſtio aduerſus eos, qui in diuinis dicunt tres eſſentias.
Oratio de Reſurrectione, quam ſapè citat Glycas.

Nec eſt illa, quæ quintum librum de rectis fidei dogmatibus conficit, cùm loca, quæ Glycas citat, in ea non inueniantur.

Oratio de transfiguratione Domini.

Citatur aliquoties à Ioanne Cypariſsioto Decade VI. capitis 4. 5. 7.

Eiuſdem orationem in nouam Dominicam, & in Apoſtolum Thomam citat Damaſcenus oratione tertia de Imaginibus. In Concilio altero Nicæno, Act. 4. mentio fit ſermonis de Sabbato beati patris Anaſtaſij ad Simeonem Epiſcopum Boſtrorum; & epiſtolæ, per quam reſpondet cuidam ad dubitationē quandam, à qua expediri cupiebat. *Sermonis de Sabbato meminit etiam Damaſcenus oratione tertia.*

In codice Auguſtano, quem ſuprà laudaui, & in quo ὁδηγὸς *ineſt, continetur etiam ſub Anaſtaſij Epiſcopi Theopolitani ſeu Antiocheni nomine,* ἐξήγησις περὶ τῶν ἐν Περσίδι πραχθέντων. *Relatio de rebus geſtis in Perſia, nimirum de diſceptatione Chriſtianorum Præſulum cum Ethnicis, Græcis & Iudæis, iudice Aphroditiano Regis Perſarum Archimagiro; cui etiam ſe Anaſtaſius interfuiſſe dicit; & quidem ſolum ex Romani Imperij Epiſcopis. Sed narratio illa olet neſcio quid fabularum, vt difficile creditu ſit ex Anaſtaſij noſtri officina exiuiſſe.*

Epitome Biblioth. Geſneriana, more ſuo, omnia hîc miſcet, tres aut quatuor propemodum, Anaſtaſios nobis cudit; ſingulis attribuit opera nonnulla, quæ noſtri ſolius. Agmen ducit Anaſtaſius; ſequitur Anaſtaſius Antiochiæ Epiſcopus. Poſt hunc *progreditur Anaſtaſius Sinaita. Tres cenſeas, qui vnus eſt, & quæ Anaſtaſij Nicæni, ea noſtro adſcribuntur. Præter opera, quæ recenſuimus, commemorat epitome illa γνώμας, ſeu ſententias & reſponſiones de orthodoxa fide, & capita moralia. Et ἐκλογὴ τῆς ἱερᾶς γραφῆς ἐπίτομον τὰ λεγόμενα παράλληλα, τί ἐστι χριστιανός. Quæ in Cæſarea Bibliotheca Viennæ aſſeruari dicit. Quæ an ſint noſtri Anaſtaſij, dicere non habeo, cùm codices illos non inſpexerim. Niſi quod alludere videtur ad compendiariam orthodoxæ fidei explicationem, inſertam tomo quarto Bibliothecæ SS. Patrum, ſub Anaſtaſij Epiſcopi Theopolitani titulo, tametſi collector Bibliothecæ illius eam non tribuit noſtro Anaſtaſio; ſed ſucceſſori eius: & certè hæc nominum ſimilitudo, cùm hîc tùm alibi, hiſtoriæ non rarò tenebras offudit. Quam enim multi ex recentioribus, errorem Nicephori ſecuti, Anaſtaſium Sinaitam à Iudæis occiſum, & Martyrem factum ſcribunt: cùm tamē non iſte noſter, ſed ſucceſſor eius à Iudæis crudelem in modum peremptus occubuerit. Sed ſatis de Anaſtaſio. Nunc ipſum loquentem audiamus.*

* * *

ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ ΤΟΥ ΣΙΝΑ ΟΡΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΣΥΝάξεως, καὶ περὶ τοῦ μὴ κρίνειν καὶ μνησικακεῖν.

Εὐλόγησον πάτερ.

ΑΕΙ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάρις διὰ πάσης τῆς τοῦ θεοῦ γραφῆς, πρὸς ἐργασίαν τῶν θείων αὐτοῦ ἐντολῶν ἡμᾶς προτρέπεται· μάλιστα δὲ, ἡ διὰ τοῦ προφήτου δαβὶδ καθ' ἡμέραν ταῖς ψαλμῳδίαις μελῳδουμένη παραίνεσις. ἡ γὰρ τῶν ψαλμῶν βίβλος θεοσέβειαν παιδεύει, περὶ πίστεως νομοθετεῖ, σωφροσύνην διδάσκει, εἰς θεοῦ φόβον ὁδηγεῖ, περὶ κολάσεως διηγεῖται, περὶ κατανύξεως, περὶ ἐγκρατείας, περὶ μετανοίας, περὶ συμπαθείας. περὶ ἀγάπης θεοῦ, περὶ ὑπομονῆς θεοῦ, περὶ ἁγνείας, περὶ μακροθυμίας, περὶ νηστείας, περὶ εὐποιΐας. ἡ γὰρ προσεδρεία καὶ σχολὴ τῆς προσευχῆς, καὶ τῶν θείων γραφῶν, μήτηρ ὑπάρχει πασῶν τῶν ἀρετῶν. διὰ μὲν γὰρ τῆς προσευχῆς, πᾶν αἴτημα καὶ δώρημα παρὰ θεοῦ κομιζόμεθα· ἐν ἐκκλησίαις γάρ φησιν, εὐλογεῖτε τὸν θεόν, καὶ ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. ὅθεν ἡμῖν ὁ προφήτης τὴν ἀδιάλειπτον πρὸς θεὸν προσεδρείαν * σχολὴν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ ἀναγκαίας ὑποτίθεται λέγων: σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ θεός. ἐκτὸς μὲν γὰρ σχολῆς καὶ πολλῆς προσεδρείας τῆς ἐν ταῖς προσευχαῖς, καὶ ἐν ταῖς θείαις τῶν γραφῶν ἀναγνώσεσιν, οὐκ ἔστιν οὔτε τὰ αἰτήματα λαβεῖν, οὔτε τὸν θεὸν ἀληθῶς ἐπιγνῶναι.

* Fort. καί.

Εἰ γὰρ ἐν ταῖς ἀπολλυμέναις τῶν τεχνῶν σχολαῖς πολλάκις τις χρόνους ἱκανοὺς πεποιηκὼς, μόλις ποτὲ τὴν τυχοῦσαν ἠδυνήθη μαθεῖν τέχνην, πόσῳ μᾶλλον ὁ τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν εὐαρέστησιν κατορθῶσαι βουλόμενος, ὀφείλει σχολάζειν ἐν θεῷ, καὶ θερμῶς καὶ ἐμπύρως μέχρι τέλους ζωῆς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἔχειν πρὸς αὐτὸν

ORATIO

ANASTASII SINAITÆ, DE SACRA SYNAXI, ET DE NON IVDICANDO, deq; obliuione iniuriarum. Ex m. ſ. cod. Bibliothecæ Bauaricæ.

Benedic Pater.

SEmper quidem ſancti Spiritus gratia, per omnem diuinam Scripturam, ad obſeruationem mandatorum Dei nos cohortatur; maximè autem eò impellit & incitat ea, quæ quotidie in Pſalmodiis decantatur, Prophetæ Dauidis cõmonitio: nam liber Pſalmorum pietatẽ docet: de fide inſtituit, legesq; ſancit; temperantiam tradit, ad timorem Dei adducit; de punitione diſſerit, vt & de compunctione, de continentia, de pœnitentia, de compaßione, de dilectione Dei, de patientia Dei, de caſtitate, de longanimitate, de ieiunio, de beneficentia. Aßiduitas enim orationis, & diuinarum litterarum lectio mater eſt omnium virtutum. Nam per orationem omne bonum & donum à Deo obtinetur. Ait enim: In Eccleſiis benedicite Dominum, &, in medio Eccleſiæ laudabo te. *Vnde Propheta quaſi ex perſona Dei, indeſinentem cum Deo familiaritatem & conuerſationem nobis his verbis ob oculos ponit:* Vacate & videte, quia ego ſum Deus. *Fieri enim non poteſt; niſi quis ſedulam, multamq; operam orationi, ſacræq; Scripturæ lectioni impendat, vt aut poſtulata à Deo impetret, aut Deum verè cognoſcat.*

Si enim in pereuntibus artiũ ſcholis longo tempore quiſpiam interdum verſatus, vix tandem vulgarem condiſcit artem; quanto magis eum, qui Dei cognitionem acquirere, eiq; placere ſtudet, vacare oportet Deo; & vſque ad finem vitæ animam ſuam feruenter & ardenter, quaſi alis quibuſdam ad eum eleuare.

τὴν ἐπηρεασμένην. οὐχ ὁρᾷς τοὺς τὰς βιωτικὰς καὶ προσκαίρους λαμβάνοντας ἀρχάς, πῶς ἐπειδὰν καιροῦ τινος δράξωνται, ὡς ὑπὸ πυρὸς ὠθούμενοι ὑπὸ τῶν ἰδίων λογισμῶν ἐλαύνονται καὶ συνωθοῦνται, ἕκαστος αὐτῶν καὶ λέγει· ἐφ' ὅσον εὗρον καιρόν· ἐφ' ὅσον κρατῶ· ἐφ' ὅσον ἔχω τὸ ἐπιτάττειν καὶ εἰσακούεσθαι· ἐφ' ὅσον τὰ πρὸς τὸν βίον πράγματά μοι εὐθέως ὑπακούει; πλουτήσω, κτίσω, φυτεύσω, ἁρπάσω, πλατυνῶ, περιλαβῶ, πρὶν ἢ γένηται καιροῦ παραλλαγή· μὴ ἀναμενῶ, μὴ ἀμελήσω, οὐ γὰρ οἶδα τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα. ὑπὸ τούτων καὶ τῶν τοιούτων λογισμῶν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὡς ὑπὸ δαιμόνων ἐλαυνόμενοι, καὶ συνωθούμενοι, κατεπείγονται ἐν περισπασμοῖς καὶ μερίμναις βιωτικαῖς συμπνιγόμενοι, καὶ οὐ τελεσφοροῦντες. καὶ οὐδεὶς αὐτοῖς λόγος περὶ ψυχῆς, περὶ θανάτου, περὶ κολάσεως, περὶ κρίσεως. ἀλλὰ σχεδὸν ἑαυτοὺς ἀγνοοῦμεν καὶ ἀπατῶμεν. καὶ εἴθε μόνον τοῦτο· ἔλαττον ἂν ἦν τὸ κακόν· ἀλλὰ καὶ ἀλλήλους μισοῦμεν, καὶ λοιδοροῦμεν, καὶ ἐπιβουλεύομεν, καὶ φθονοῦμεν, καὶ διαβάλλομεν, καὶ σκώπτομεν. καὶ οὐδεὶς ἐξ ἡμῶν προσέχει ταῖς ἑαυτοῦ ἁμαρτίαις, οὐδεὶς μεριμνᾷ τὸ ἑαυτοῦ φορτίον· ἀλλὰ τὰ τῶν πλησίον ἡμῶν ἁμαρτήματα σκοποῦμεν ἀκριβῶς ἕως τραχήλου γέμομεν βορβόρου, καὶ οὐδὲν περὶ τούτου διαμεριμνῶμεν· ἕως γήρως τὰ τῶν ἑτέρων μεριμνῶμεν, καὶ οὐδὲ ἐν αὐτῷ τῷ γήρᾳ τὰ ἑαυτῶν κακὰ ἐρευνῶμεν. καὶ τὰ μὲν μικρὰ ἐλαττώματα τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν βλέπομεν, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν ὀφθαλμῷ ἡμῶν, οὐ βλέπομεν. ὑπὸ τοῦ φορτίου τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν κατακαμπτόμεθα, καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἐλαττώματα περιεργαζόμεθα· καὶ οὐθ' οὕτως αἰσχυνόμεθα, οὐδενὸς φειδόμεθα, οὐδένα εὐλαβούμεθα· ἀλλὰ πάντας δάκνομεν· πάντας κατεσθίομεν τοὺς μικρούς, τοὺς μεγάλους· τοὺς αἰτίους, τοὺς ἀναιτίους· τοὺς ἱερεῖς, τοὺς διδασκάλους ἡμῶν, τοὺς ὁδηγοῦντας ἡμᾶς, τοὺς νουθετοῦντας, καὶ ἐπιστρέφοντας. καὶ διὰ τοῦτο ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ ἐπέρχεται ἐφ' ἡμᾶς. διὰ τοῦτο παιδευόμεθα, καὶ παραδιδόμεθα εἰς πολλὰς θλίψεις καὶ περιστάσεις, διὰ τὴν κατέχουσαν ἡμᾶς πώρωσιν.

πολλὴ γὰρ ἡ τύφλωσις ἡμῶν· πολλὴ ἡ ῥαθυμία· πολλὴ ἡ ἀμέλεια. οὐκ ἔστι παρ' ὑμῶν κατάνυξις, οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ, οὐδὲ δι-

ὀρθωσ

Digitized by Google

Nonne vides, quomodo illi, qui temporale & caducum imperium adepti ſunt, oblata rei gerendæ occaſione, à propriis cogitationibus velut ab igne incitentur & impellantur, ita vt quilibet illorũ dicat: Quantã nactus ſum opportunitatẽ! Quàm latè dominor! Quam magno imperio potior! Quàm latis ſucceſſibꝰ oĩa mihi eueniunt! Diteſcam, exſtruã, plantabo, rapiã, ampliabo, anteuertã, antequam fortunæ & occaſionis mutatio accidat. Non expectabo, non cunctabor: Neſcio enim, quid poſtera ferat dies. Ab his & id genus aliis cogitationibus plurimi mortalium, quaſi à Dæmonibus agitati & inſtincti impelluntur, & in huius vitæ ſollicitudinibus præfocantur, abſque vllo profectu. Nec vllam de anima curam ſuſcipiunt: nec de morte, nec de pœnis futuris, nec de iudicio: Sed ferè nos ipſos ignoramus, & decipimus. Et vtinam hoc ſolum leuius malum foret. quin & mutuo nos odio proſequimur, conuiciis, inſidiis, inuidia, calumniis & ſcommatis appetimus, diuexamus, & inceſſimus; nulliuſque noſtrum ad peccata ſua animum aduertit; nullus de onere ſuo ſollicitus eſt; ſed proximorũ noſtrorum peccata curioſè luſtramus. Ad collum vſque cœno obliti ſumus, nec quidquam penſi habemus. Ad ſenectutem vſque aliena curamus, neque in ipſo ſenio mala propria expendimus. Minuta fratrum noſtrorum errata intuemur, at trabem, quæ eſt in oculo noſtro, non videmus. Pondere criminum noſtrorum deprimimur & inflectimur. Et tamen curioſè in aliorum defectibus delictiſque indagandis occupamur. Neque vel hac ratione erubeſcimus. Nemini parcimus; neminem reueremur; ſed omnes mordemus, omnes deuorare nitimur, paruos, magnos, ſontes, inſontes, ſacerdotes, Doctores noſtros, ductores noſtros, admonitores, & qui nos ad meliora reuocant. Propterea ira Dei nobis incumbit. Propterea affligimur, & in multas calamitates & anguſtias incurrimus, videlicet ob cæcitatem, qua detinemur.

Magna eſt cæcitas noſtra, ingens ſocordia. Non reperitur apud nos compunctio, non timor Dei, non morum emendatio,

ὀρθωσις. οὔτε μετάνοια· ἀλλ᾽ ὅλος ἡμῶν ὁ νοῦς εἰς πονηρίας, καὶ τρυφὰς, καὶ μέθην. καὶ πολλάκις μὲν διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ἐν θεάτροις καὶ αἰσχρολογίαις, καὶ λοιποῖς τοῦ διαβόλου ἔργοις ἀσχολούμενοι, οὐκ ἀκηδιῶμεν, ἀλλὰ καὶ βρώσεως διὰ ταῦτα καταφρονοῦμεν, καὶ οἴκου, καὶ ἑτέρων ἀναγκαίων πραγμάτων. ἐν ἐκκλησίᾳ δὲ θεοῦ, καὶ προσευχῇ καὶ ἀναγνώσει, μίαν μόνην ὥραν παραστῆναι θεῷ οὐ βουλόμεθα· ἀλλ᾽ ὡς ἀπὸ πυρὸς, οὕτως τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ ἐξελθεῖν σπεύδομεν. καὶ τὸ θεῖον εὐαγγέλιον, μείζονα περικοπὴν εἰ εἴπης, ἀγανακτοῦμεν, καὶ περιστατοῦμεθα· καὶ ὁ τὰς εὐχὰς ποιῶν ἱερεὺς, ἐὰν ταῦτα σμικρὸν παρεκτείνῃ, συγνάζομεν καὶ ὀλιγωροῦμεν. καὶ ὁ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν προσφέρων, ἐὰν πρὸς βραχὺ βραδύνῃ, ἀκηδιῶμεν συγνάζοντες, καὶ χασμώμενοι, καὶ ὡς ἀπὸ δικαστηρίου, οὕτως συντόμως τῆς προσευχῆς ἀποστῆναι σπουδάζομεν· καὶ ἐπὶ τὸ ταῖς ματαίαις πράξεσι, καὶ ἀσωτίαις ἀπέρχεσθαι ὑπὸ τοῦ διαβόλου κατεπειγόμεθα· πολλὴ γὰρ ἡ ἡμετέρα ταλαιπωρία, ἀγαπητοί. καὶ γὰρ ἐν πάσῃ προσευχῇ καὶ δεήσει θερμῶς καὶ συντόμως ὀφείλοντες διατίθεσθαι, ἐξαιρέτως δὲ ἐν τῇ θείᾳ ἱερουργίᾳ τῶν ἀχράντων μυστηρίων, τοῦτο ποιεῖν χρεωστοῦντες τὸ μετὰ φόβου καὶ τρόμου παρίστασθαι τῷ δεσπότῃ ἐν τῇ τοιαύτῃ συνάξει. οὐδὲ ταύτην προσφέρομεν παρ᾽ αὐτῷ ἐν εἰλικρινεῖ δεήσει, καὶ συντετριμμένῳ καὶ κατατετριμμένῳ φρονήματι. ἀλλὰ τὰ δικαστήρια ἡμῶν, καὶ τὰς διοικήσεις τῶν πολλῶν καὶ ματαίων ἡμῶν πραγμάτων, ἐν ταῖς τοιαύταις συνάξεσι ἐπιτελοῦμεν·

Καὶ οἱ μὲν οὐ φροντίζουσι οἵᾳ καθάρσει καὶ μετανοίᾳ τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ προσέλθωσιν. ἀλλὰ ποίοις ἱματίοις καλλωπισθῶσιν. εἰ δὲ ἐλθόντες, οὐ μέχρι τῆς συμπληρώσεως παρίστασθαι ἀξιοῦσιν. ἀλλὰ δι᾽ ἑτέρων ἐρωτῶσι, τί τελεῖται ἐν τῇ συνάξει, καὶ εἰ ὁ καιρὸς τῆς μεταλήψεως πάρεστι· καὶ τότε εἰσπηδῶντες δρομαίως ὡς κύνες, καὶ τὸν ἄρτον τὸν μυστικὸν ἁρπάζοντες ἐξέρχονται. ἄλλοι δὲ παραγινόμενοι ἐν τῷ ναῷ τοῦ θεοῦ, οὔτε μίαν ὥραν ἠρεμοῦσι λογολεσχοῦντες πρὸς ἀλλήλους, καὶ φλυαρίαις μᾶλλον, ἢ προσευχαῖς συγκροτούμενοι. ἕτεροι δὲ τὴν μυσταγωγίαν τῆς θείας λειτουργίας καταλείψαντες, πρὸς τὰς

τῆς

datio; non pœnitentia; ſed tota mens noſtra conuerſa eſt ad malitiam, ad voluptates, ad ebrietatem. Et ſæpè fit, vt integros dies in theatris, & turpiloquiis, & reliquis diaboli operibus occupati non defatigemur; cibo, domo, cæteriſque rebus neceſſariis propter vana illa, & ludicra contemptui & neglectui habitis: At in Eccleſia Dei, ne vnam quidem horam orationi & lectioni dare, Deóue adſtare volumus: ſed ab Eccleſia quamprimùm, non ſecus ac ab ardente rogo, expediri contendimus, & ſi de diuino Euangelio longior inſtituatur recitatio, indignabundi circumſtamus. Et ſi ſacerdos preces paulò diutius protrahat, triſtitia afficimur, ſocordesque efficimur; & ſi is, qui incruentum ſacrificium offert, vel paululum cunctetur, faſtidimus & oſcitamus: & tam paucis ab oratione, quàm à tribunali, liberari ſtudemus, vtque ad vanas actiones, voluptatesque nos recipiamus, à Diabolo impellimur. Grandis eſt miſeria noſtra, chariſſimi. Etenim cùm in omni oratione & obſecratione ſpiritu ardere, eximiè autem tunc, cùm immaculata myſteria peraguntur & immolantur, cum timore & tremore Domino adſiſtere deberemus, in tali & tanta Synaxi; neque hoc, quod noſtri officij ratio exigit, præſtamus ſinceris precibus in ſpiritu contrito & humiliato, ſed res cauſaſque noſtras forenſes, multarumque & inanium rerum adminiſtrationes, cum ad ſacram Synaxin accedendum eſt, perficimus.

Et multi quidem non laborant, qua puritate & pœnitentia ad ſacram menſam adeant, ſed quibus veſtimentis exornentur. Alij, qui veniunt, non dignantur vſq; ad finem adeſſe, ſed per alios interrogant, quidnã in Synaxi agatur, & num tempus communionis adſit: & tunc præproperè, canum inſtar, inſiliunt, & pane myſtico rapto exeunt. Alij in templo Dei præſentes, ne vna quidem hora quieſcunt, mutuis colloquiis inſtitutis, confabulationibus magis quàm precibus intenti. Alij relicta ſacra liturgia ſeu

τῆς σαρκὸς ἡδονὰς ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασιν. ἄλλοι οὐ σχολάζουσι καὶ προσέχουσι τῷ ἑαυτῶν συνειδότι, καθαίροντες τοῦ ῥύπου τῶν ἁμαρτημάτων διὰ τῆς ἐπιγνώσεως, ἀλλὰ πλείονα ἁμαρτημάτων φορτία ἑαυτοῖς συνάγοντες, τὰ κάλλη καὶ τὰς μορφὰς τῶν γυναικῶν κατασκοποῦσι, πορνεῖον τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν διὰ τῆς ἀλόγου αὐτῶν ἐπιθυμίας ἐργαζόμενοι· ἕτεροι περὶ πραγμάτων καὶ κτημάτων συμφωνοῦσιν, ἐμπόριον καὶ ἀγορᾶς τόπον τὴν φρικωδεστάτην ἐκείνην ὥραν ποιούμενοι. ἄλλοι εἰς καταλαλιὰς ἀλλήλων, ἢ καὶ αὐτῶν τῶν ἱερέων τὴν θυσίαν προσφερόντων ἐν τῇ συνάξει ἀπασχολοῦνται.

Οὐκ ἔξω δὲ τῶν τοιούτων τινὲς τῶν γυναικῶν εὑρίσκονται, ἀλλὰ πρὸς τούτοις ὅσαι τῷ διαβόλῳ δουλεύουσιν, οὐ τοσοῦτον τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ σχολάζουσι δι' εὐχὴν ὅσον διὰ τὸ ὀφθῆναι, καὶ ἀποπλανῆσαι πολλοὺς τῶν ἀφελεστέρων. τῆς οὖν παραινέσεως τὰ δύο γένη προσλαμβανούσης τῶν τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς μέθοδον τοῦ λόγου ἐπάνειμι, τοιαῦτα λέγων καὶ θρηνῶν, οἷα ἡμῖν τοῖς δοκοῦσιν εἶναι χριστιανοῖς ἡ ἑαυτῶν ῥᾳθυμία, καὶ καταφρόνησις εἰργάσατο. τί γὰρ δεινότερον τοῦ τοιούτου τρόπου, ὅταν ἀρπαγὰς, καὶ πονηρίας, καὶ πλήθη ἁμαρτημάτων ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες, ὕδατι μικρῷ τὰς χεῖρας ἀπονιπτόμενοι, οὕτω τὸ ἅγιον ἐκεῖνο σῶμα, καὶ τὸ θεῖον αἷμα τὸ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ῥεῦσαν σωτηρίας, ἀκάθαρτοι καὶ ἐρρυπωμένοι ὄντες ἑαυτοῖς προσάγομεν.

Οὐκ ὁρᾷς πῶς Ἰούδας ἀναξίως καὶ δολίως τοῦ σώματος μεταλαβὼν τοῦ δεσποτικοῦ, εὐθέως κατεκρίθη, καὶ χώραν πλείονα δέδωκε τῷ πονηρῷ; φησὶ γάρ· καὶ λαβὼν τὸ ψωμίον, εὐθέως εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ σατανᾶς, οὐ τοῦ ἄρτου καταφρονῶν ὁ διάβολος, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν μεταλαβόντα ἐλέγχων, ὅτι εἰς κατάκριμα ἑαυτοῦ μετέλαβεν. ποίῳ γὰρ συνειδότι εἰπέ μοι προσέρχῃ τοῖς μυστηρίοις; ποίᾳ ψυχῇ, ποίῳ λογισμῷ, ἔχων ἔνδον τὸ σὸν συνειδὸς κατήγορον; εἰπέ μοι, ἆρα εἰ κόπρον φέρων ἐν ταῖς χερσὶν ἐτόλμησας ἂν ἅψασθαι τῶν ἱματίων τῶν βασιλικῶν; καὶ τί λαλῶ τοῦτο, οὐδὲ τῶν σῶν ἱματίων ἥψω ῥυπαρὰς τὰς χεῖρας ἔχων, ἀλλὰ πρότερον ἀποπλυνάμενος καὶ ἐκμάξας αὐτὰς, τότε ἂν τῶν σῶν ἱματίων ἥψω· τί οὖν οὐδὲ ὡς ἱματί

οις εὐ

Miſſa, carnis voluptatibus ſeſe dedunt. Alij nihil curæ & operæ ſuæ conſcientiæ impendunt, vt à peccatorum ſordibus expurgetur per pænitentiam; ſed plura peccatorum onera ſibi comportant, dum pulchritudinẽ formaſq; mulierũ contemplantur, & ex Eccleſia Dei lupanar per effrenatas ſuas cupiditates efficiunt. Alij verò de negotiis aliis & poſſeſſionibus ſuis conferunt, inque forum & emporium, locum illum, tremenda illa hora, vertunt. Alij in ſynaxi aliis detrahunt & obloquuntur, etiam ipſis ſacerdotibus, qui ſacrificium offerunt.

Extra hunc cenſum collocandæ non ſunt mulieres nonnullæ, quæ non tantum vacant per orationem Eccleſiæ Dei; quantum Diabolo, per hoc, quod conſpiciuntur, multoſq; ex ſimplicioribus ſeducunt. Cùm igitur noſtra hæc commonitio vtrumque ſexum, viros ſcilicet ac mulieres, comprehendat, redeo ad inſtitutam initio orationis viam ac rationem, & ea queror & deploro, quæ nobis, qui Chriſtiani videmur, propria deſidia & contemptus peperit. Quid enim grauius more illo quod, cùm rapinis, improbitate omnique genere ſcelerum oppleti ſumus, paucula aqua manus abluimus, ſicq; ſacrum illud corpus, diuinumq; ſanguinem, pro ſalute mundi effuſum immundi & ſordidati percipimus?

Nónne vides, quomodo Iudas indignè Chriſti corpore ſumpto, ſtatim damnatus eſt, plusq; loci maligno ſuppeditauit? Dicit enim: *Et* accepta buccella, ſtatim introiuit in ipſum Satanas; *non quod Diabolus panem illum deſpiceret; ſed vt eum, qui ſumpſerat, redargueret; in iudicium enim ſuum ſumpſerat. Qua enim conſcientia, dic mihi, accedis ad hæc myſteria, qui in pectore habes conſcientiam tui accuſatricem? Dic age; ſi cœnum manibus geſtares; auderéſne regias veſtes attingere? Et quid dico? neq; tuas veſtes tangeres inquinatis manibus, ſed lotis prius terſiſq; manibus, tunc primũ veſtes tuas attingeres. Cur igitur eũ,*

Digitized by Google

οις εὐτελέσι καὶ ἐνδύμασι προσάγεις τῷ θεῷ τὴν τιμήν; καὶ ποίας ἀπολαύσεις συγγνώμης εἰπέ μοι; οὐ γὰρ τὸ εἰσέρχεσθαι ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, καὶ τὰς θείας μορφώσεις τῶν ἁγίων εἰκόνων, καὶ τοὺς τιμίους σταυροὺς ἀσπάζεσθαι, τοῦτο ἀρεστόν. οὐδὲ τῷ ὕδατι ἐκπλῦναι τὰς χεῖρας, τοῦτο κάθαρσις: ἀλλὰ τὸ ἀποφυγεῖν καὶ ἀποπλῦναι τὸν ῥύπον τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ ἐξομολογήσει, καὶ δάκρυσι, καὶ ψυχῇ τεταπεινωμένῃ ἀποσμήχειν τῶν ἁμαρτημάτων τὰς σειράς, καὶ οὕτως προσέρχεσθαι τοῖς ἀχράντοις μυστηρίοις.

Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τίς· οὐκ εὐχαρές μοι τὸ δακρύειν καὶ θρηνεῖν ἑαυτόν· διὰ τί; ὅτι οὐ πονεῖς, ὅτι οὐκ αἰσθάνῃ, ὅτι οὐ λογίζῃ τὴν φοβερὰν ἡμέραν τῆς κρίσεως· ὅμως εἰ οὐ δύνασαι δακρῦσαι, κἂν ἐπίπονα στέναξον καὶ στύγνασον, καὶ τὸν γέλωτα περίκοψαι, καὶ τὴν ἔπαρσιν ἀπόρριψον, καὶ μετὰ φόβου παράστηθι τῷ δεσπότῃ σου ὀφθαλμοὺς πρὸς γῆν νενευκώς, καὶ καταβεβλημένῳ τῷ φρονήματι αὐτῷ ἐξομολογούμενος. οὐκ ὁρᾷς τοὺς τῷ ἐπιγείῳ βασιλεῖ παρισταμένους, πολλάκις δὲ καὶ ἀσεβεῖ ὄντι, πῶς αὐτῷ παρίστανται μετὰ πάσης εὐλαβείας, μετὰ φρίκης πρὸς αὐτὸν ἐνατενίζοντες, μήτε φθεγγόμενοι, μήτε παρακινούμενοι, μήτε περισπώμενοι· ἀλλ' ἐν ἡσυχίᾳ καὶ φόβῳ αὐτῷ παριστάμενοι; ἡμεῖς δὲ ὡς ἐν θεάτρῳ ἢ βαλανείῳ, οὕτως ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ παριστάμεθα, γελῶντες, φλυαροῦντες, λογολεσχοῦντες, ἑαυτοὺς ἀπατῶντες, καὶ δοκοῦντες ὅτι ἐν ἐκκλησίᾳ παριστάμεθα.

οὐκ οἶδας, ὅτι ἰατρεῖον καὶ λιμήν ἐστιν ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία; ἐὰν οὖν ἐν τῷ ἰατρείῳ διαμένῃς νοσῶν, καὶ μὴ θεραπευόμενος, πότε λοιπὸν ἰαθήσῃ, καὶ ἐὰν ἐν τῷ λιμένι χειμάζῃ, ποῦ λοιπὸν ἡσυχάσεις; στήκετε δυσωπῶ μετ' εὐλαβείας. στήκετε μετὰ φόβου ἐν τῇ φοβερᾷ ὥρᾳ τῆς ἀναφορᾶς· οἵᾳ γὰρ διαθέσει, καὶ οἵῳ λογισμῷ παρίσταται ἕκαστος ὑμῶν κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν, οὕτως καὶ προσαναφέρεται τῷ δεσπότῃ. ἀναφορὰ γὰρ λέγεται διὰ τὸ πρὸς θεὸν ἀναφέρεσθαι. παράστηθι οὖν τῷ θεῷ μεθ' ἡσυχίας, καὶ κατανύξεως. ἐξομολόγησαι τῷ θεῷ διὰ τῶν ἱερέων τὰς ἁμαρτίας σου. καταδίκασόν σου τὰς πράξεις, καὶ μὴ αἰσχυνθῇς· ἔστι γὰρ αἰσχύνη ἐπάγουσα ἁμαρτίαν, καὶ ἔστιν αἰσ-

χύνη

Digitized by Google

quem vilibus veſtimentis habet honorem, non itidem impertis Deo? Et quam veniam, oro, conſequeris? Neque enim ingredi in Eccleſiam diuinaſq́ ſacrarum imaginum figuras, venerandaſq́ cruces honorare & ſalutare per ſe Deo placitum eſt; neque etiam manuum ablutio, purgatio cenſeri debet: Sed iſtud Deo gratum acceptumq́ eſt; vt quis fugiat, & emaculet peccati inquinamenta, & confeſſione, & lacrymis animoq́ humiliato & demiſſo delictorum catenas ſoluat; ſicq́ ad immaculata myſteria accedat.

At forte dixerit quis. Meipſum deflere & lamentari, haud iucundum mihi accidit. Qua de cauſa verò? Quia non laboras; quia non ſentis, quia non perpendis terribilem illam iudicij diem. Nihilominus ſi flere non potes; ſaltem ingemiſce, & moleſtia afficere: riſum comprime; elationem abiice; & cum timore Domino adſiſte, oculis humi defixis ſpirituq́ depreſſo & proſtrato ipſi confitens. Nónne vides illos, qui terreno regi adſtant, & ſæpius quidem impio, quomodo ei adſiſtant cum omni reuerentia; cum tremore in ipſum reſpicientes, abſque vlla voce, motione, aut circumagitatione, quieti prorſus, pauoriſque pleni. At nos in Eccleſia aliter non agimus, quàm in theatro aut balneo, ridendo, nugando, garriendo, qua ratione ipſi nos fallimus, rati nos in Eccleſia eſſe.

An ignoras Eccleſiam Dei, officinam medicam eſſe, & portum? Si igitur in domo medici à morbo tuo non libereris, vbi de cætero curaberis? Et ſi in portu fluctibus agiteris, vbi poſtea quieſces? State, obſecro, cum reuerentia. State cum timore tremendâ illâ eleuationis horâ. Quo enim affectu, & quo animo, quiſque illo tempore adſiſtit; ſic & ad Dominum ſurſum fertur. ἀναφορὰ enim, ſiue eleuatio dicitur, quia ſurſum ad Deum fertur. Adſiſte igitur Deo quietè & compuncto corde. Confitere Deo per ſacerdotes peccata tua. Condemna actiones tuas, & ne erubeſcas. Eſt enim pudor, qui adducit peccatum, & eſt pudor,

χύνη δόξα καὶ χάρις. κατάκρινον σεαυτὸν ἐνώπιον ἀνθρώπων, ἵνα ἐνώπιον ἀγγέλων, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου ὁ κριτής σε δικαιώσῃ. αἴτησαι ἔλεος, αἴτησαι συγγνώμην, αἴτησαι ἄφεσιν τῶν παρελθόντων, καὶ λύτρωσιν τῶν μελλόντων, ἵνα πρεπόντως τοῖς μυστηρίοις προσέλθῃς, ἵνα καθαρῷ συνειδότι τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος μεταλάβῃς, ἵνα σοι εἰς κάθαρσιν, καὶ μὴ εἰς κατάκριμα γένηται. ἄκουσον τοῦ θείου παύλου λέγοντος· δοκιμαζέτω δὲ ἕκαστος ἑαυτόν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω· ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως, κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ κυρίου· διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. ὁρᾷς ὅτι καὶ ἀσθένειαι, καὶ θάνατοι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐπάγονται; διὰ τὸ ἀναξίως τοῖς θείοις μυστηρίοις προσέρχεσθαι;

Ἀλλ᾽ ἴσως ἐρεῖς· καὶ τίς ἄξιος φησίν. οἶδα τοῦτο κἀγώ. ἀλλ᾽ ὅμως ἄξιος γενήσῃ, μόνον εἰ βουληθῇς. ἐπίγνωθι σαυτὸν ἁμαρτωλόν. ἔκκοψον ἑαυτὸν τῆς ἁμαρτίας. ἀπόστηθι τῆς ἁμαρτίας, καὶ τῆς πονηρίας, καὶ τῆς ὀργῆς. δεῖξον τὰ τῆς μετανοίας ἔργα. ἀνάλαβε σωφροσύνην, πραότητα, μακροθυμίαν. ἐπίδειξαι συμπάθειαν ἀπὸ καρπῶν δικαιοσύνης ἐπὶ τοῖς δεομένοις, καὶ γέγονας ἄξιος. δεήθητι τοῦ θεοῦ ἐν ψυχῇ συντετριμμένῃ, καὶ αὐτὸς πληροφορήσει τὰ αἰτήματά σου. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ποιήσεις, μάτην σχολάζεις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ δεσποτικὴ ἡ φωνή· τί γάρ, φησι, λέγετέ με κύριε, κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε τὸ θέλημά μου. καὶ γὰρ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι, καὶ τί φησίν, ἐπειδὴ πονηρὰ ἔργα ἔχω, οὐ δεῖ προσεύχεσθαι; οὐ δεῖ ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ σχολάζειν; οὐ τοῦτο λέγω, οὐδὲ τοῦτο ἐπιτρέπω· ἀλλὰ τὸ ὡς δεῖ προσεύχεσθαι παρακαλῶ, ἵνα ἐν ταῖς προσευχαῖς προσερχόμενοι θεοπρεπῶς παριστάμεθα. ἵνα μὴ καὶ πρὸς ἡμᾶς εἴπῃ ὁ χριστός, ὥσπερ καὶ τοῖς ἰουδαίοις. ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται, ὑμεῖς δὲ ἐποιήσατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν. εἰ γὰρ οἱ πωλοῦντες καὶ ἀγοράζοντες ἐν τῷ ἰουδαϊκῷ ναῷ τυπτόμενοι ὑπὸ κυρίου ἐδιώχθησαν, οἱ λοιδοροῦντες ἀλλήλους, καὶ μνησικακοῦντες ποίας ἄρα κολάσεως καὶ γεέννης ἀξιωθήσονται; τί δὲ πεισόμεθα οἱ τῷ θεῷ συνταττόμενοι, καὶ τῷ διαβόλῳ ὑποτασσόμενοι

ἐπειδὴ

Digitized by Google

qui gloriam & gratiam *parit. condemna te in conſpectu hominum, vt coram Angelis totoq́ mundo Iudex te iuſtificet. Pete miſericordiam, pete veniam, pete remiſſionem præteritorum, & liberationem à futuris, vt dignè ad tanta myſteria accedas, vt pura cõcientia corpus & ſanguinem participes, vt tibi cedat ad emundationem & expiationẽ, non ad iudicium. Audi diuinum Paulum dicentem:* Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Dñi. Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. *Animaduertis infirmitatem & mortem crebrò oriri ex hoc, quod indignè ad diuina myſteria aditur?*

Fortè dices: & quiſnam dignus eſt? Noui hoc & ego. Attamen dignus fies, dummodo velis. Agnoſce te peccatorem Eripe te à peccato. Abſiſte à peccato, & à malitia, & ab ira. Oſtende opera pœnitentiæ. Indue temperantiam, manſuetudinem, longanimitatem. De fructibus iuſtitiæ prome in egenos condoleſcentiam, & viſcera miſericordiæ; dignusq́ factus es. Preces funde ad Deum animo contrito, & ipſe implebit petitiones tuas; quia niſi hoc feceris, fruſtra in Eccleſia tempus teris. Non mea hæc vox, ſed Domini dicentis: Quid enim dicitis, Domine, Domine, & nõ facitis voluntatem meam? *Etenim fides ſine operibus mortua eſt. Quid ergò? obiecerit quis; An quia malè factis obſtrictus ſum, ideò ab oratione ceſſare, neq́ in Eccleſia Dei verſari debeo? Non hæc mea mens, neq́ huc mea tendit oratio. Sed quomodo orare oporteat, admoneo, vt cum ad orationem accedimus; diuinæ maieſtati conuenienter adſtemus: ne & nobis Dominus dicat; quod Iudæis:* Domus mea domus orationis vocabitur, vos verò facitis illam ſpeluncam latronũ. *Si enim vendentes & ementes in Iudaico templo flagellis à Domino eiecti ſunt; quæ pœna & gehenna decernetur illis, qui mutuis cõuiciis ſe proſcindunt; & iniuriarũ memoriam retinent? Quid ſupplicij nõ infligetur nobis, qui de caſtris Dei cenſemur, & Diabolo ſubiicimur?*

At enim

Digitized by Google

Ἐπειδὴ γὰρ μεσίτης τοῦ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ὁ ἱερεὺς τυγχάνει, καὶ ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν τοῦ πλήθους ἁμαρτιῶν τὸν θεὸν ἐξιλεοῦται· βλέπε πῶς πάντως προασφαλίζεται, καὶ διαμαρτύρεται, ὡσανεὶ τῷ λαῷ τοιαῦτά τινα φθεγγόμενος. ἐπειδήπερ ὦ ἄνδρες μεσίτην με πρὸς θεὸν ὑπὲρ ὑμῶν ἐπὶ τῆς μυστικῆς ταύτης τραπέζης ἐστήσατε, παρακαλῶ σπουδάσατε καὶ ὑμεῖς σὺν ἐμοί· ἀπόστητε πασῶν τῶν βιωτικῶν ἐννοιῶν. καταλείψατε πᾶσαν σωματικὴν φροντίδα· προσευχῆς γὰρ ἐκτενοῦς, ἀλλ' οὐκ ἀσχολίας ματαίας ὁ καιρός. ἀκούσατε τί ὁ διάκονος ὑμῖν προσφωνεῖ λέγων· στῶμεν καλῶς, στῶμεν μετὰ φόβου, προσχῶμεν τῇ ἁγίᾳ ἀναφορᾷ, κλίνωμεν τοὺς αὐχένας, κλείσωμεν τὴν διάνοιαν, κλείσωμεν τὴν γλῶσσαν, πληρώσωμεν τὸν νοῦν, πρὸς οὐρανὸν ἀνέλθωμεν. ἄνω σχῶμεν τὸν νοῦν καὶ τὰς καρδίας, ἄνω πρὸς θεὸν τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα ἐπάρωμεν, παρέλθωμεν τὸν οὐρανὸν, παρέλθωμεν τοὺς ἀγγέλους, παρέλθωμεν τὰ χερουβὶμ, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν θρόνον τὸν δεσποτικὸν προσδράμωμεν, αὐτῶν τῶν ἀχράντων τοῦ χριστοῦ ποδῶν ἐπιλαβώμεθα, δακρύσωμεν, βιασώμεθα τὴν αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν, ἐξομολογησώμεθα εἰς τὸ ἅγιον καὶ ὑπερουράνιον καὶ νοερὸν αὐτοῦ θυσιαστήριον.

Ταῦτα διαμαρτύρεται ἡμῖν ὁ ἱερεὺς λέγων. ἄνω σχῶμεν τὰς καρδίας. εἶτα τί πρὸς ταῦτα ἡμεῖς ἀποκρινόμεθα. ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον· τί λέγεις; τί ποιεῖς; ὁ νοῦς πρὸς τὰ φθαρτὰ, καὶ τὰ πρόσκαιρα μετεωρίζεται· καὶ πρὸς χρήματα, καὶ οὐσίας, καὶ ἡδονὰς, καὶ δίκας ἀσχολεῖται, καὶ λέγεις, ἔχω πρὸς τὸν κύριον; πρόσεχε, παρακαλῶ, μήπως οὐκ ἔχεις ἄνω τὸν νοῦν πρὸς τὸν κύριον, ἀλλὰ κάτω πρὸς τὸν διάβολον· τί ποιεῖς ἄνθρωπε, ὁ ἱερεὺς τὴν ἀναίμακτον θυσίαν ὑπὲρ σοῦ προσφέρει τῷ δεσπότῃ, καὶ σὺ καταφρονεῖς; ὁ ἱερεὺς ὑπὲρ σοῦ ἀγωνίζεται. ὡς ἐν δικαστηρίῳ φοβερῷ οὕτως τῷ θυσιαστηρίῳ παριστάμενος, παρακαλεῖ καὶ ἐπισπεύδει, ἄνωθεν τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματός σοι ἐπιφοιτῆσαι, καὶ σὺ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας οὐ φροντίζεις; μὴ, παρακαλῶ. κατάλειψον ταύτην τὴν πονηρὰν, καὶ ματαίαν συνήθειαν, συμβόησον τῷ ἱερεῖ ὑπὲρ σοῦ ἀγωνιζομένῳ, συγκοπίασον αὐτῷ ὑπὲρ σοῦ προσευχομένῳ. ἐπίδος σεαυτὸν ὑπὲρ

τῆς σωτη-

Digitized by Google

At enim cum ſacerdos ſit mediator inter Deum & homines, Deumq́; pro peccatis multitudinis propitiet, conſidera, oro, quo pacto omnes præmuniat, & obteſtetur, his quaſi verbis populum alloquens. Quandoquidem, chariſſimi, me inter vos & Deum ad hanc myſticam menſam mediatorem conſtituiſtis: Etiam atque etiam moneo, vt mecum parem diligentiam adhibeatis. Abſcedite à cunctis vitæ huius cogitatis. Valedicite omni corporearum rerum curæ. Tempus enim eſt non vanæ occupationis, ſed attentæ & intentæ orationis. Auſcultate, quid Diaconus vobis acclames: State decenter, ſtate cum timore. Attendamus ad ſanctam eleuationem. Inclinemus ceruices. Occludamus cogitationes, occludamus linguam; Impleamus mentem; ad cælum aſcendamus. Surſum leuemus animum & corda. Oculos animæ ad Deum extollamus. Tranſeamus cælum, tranſeamus Angelos. Tranſeamus Cherubim, & ad ipſum Domini thronum accurramus. Ipſos Chriſti immaculatos pedes apprehendamus: ploremus; & ipſius miſericordiam quaſi cogamus. Confiteamur in ſancto, cæleſti & intellectuali illius altari.

Hæc vobis denunciat, hæc vos obteſtatur ſacerdos, cùm ait: ſurſum habeamus corda. Et quid ad hæc nos reſpondemus? Habemus ad Dominum. Quid ais? quid agis? Mens ad caduca hæc & mortalia ſuſpenſa hæret, pecuniiſq́; & opibus & voluptatibus, & litibus forẽſibus vacat; & dicis: Habeo ad Dominũ. Attẽde, oro, ne fortè non habeas ſurſum cor ad Dominũ, ſed deorſum ad Diabolum. Quid facis homo? Sacerdos pro te incruentum ſacrificium Domino offert, & tu contemnis? Sacerdos pro te pugnat, altari, quaſi tremendo tribunali adſiſtens, inſtat & vrget, vt ſuperis ab oris gratia ſancti Spiritus tibi demittatur; & te ſalutis tuæ nulla cura tangit? Non ita agas, moneo. Abdica à te hanc malam & vanam conſuetudinem. Iunge clamorẽ tuum cum ſacerdote pro te decertante; iunge laborẽ tuum cum ſacerdote pro te deprecante. Da

τῆς σῆς σωτηρίας· πολὺ ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη. ἐνεργεῖται δέ, ἐὰν καὶ σὺ συναγωνίσῃ τῷ ἱερεῖ, καὶ τοὺς τῆς μετανοίας ἐπιδείξῃ καρπούς. ἐπεὶ εἷς οἰκοδομῶν, καὶ εἷς καταλύων τί ὠφέλησαν, ἀλλ' ἢ κόπους; ποία γὰρ οὐκ ἔστι ταύτης τῆς καταλύσεως δεινότης, τὸ μὴ μόνον ψεύδεσθαι τῷ χριστῷ κατ' ἐκείνην τὴν φοβερὰν ὥραν τῆς θείας συνάξεως, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἑαυτῶν ἀδελφοῖς μνησικακεῖν; καίπερ λέγοντες ἐν τῇ προσευχῇ, τό, καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν.

Τί λέγεις ἄνθρωπε; οὐ τολμηρῶς κατὰ τοῦ θεοῦ νεανιεύῃ; μνησικακεῖς κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου μάχαιραν αὐτῷ ἀκονῶν, καὶ δόλους κατ' αὐτοῦ κατασκευάζων, καὶ τὸν πονηρὸν ἰὸν ἐν τῇ καρδίᾳ σου φέρων, καὶ βοᾷς τῷ θεῷ, ἄφες μοι τὰ ὀφειλήματα, ὡς κἀγὼ ἀφῆκα τῷ ὀφειλέτῃ μου. εὔξασθαι ἦλθες ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἢ ψεύσασθαι; χάριν λαβεῖν, ἢ ὀργὴν ἐπισπάσασθαι; ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ποιήσασθαι, ἢ προσθήκην πλημμελημάτων; σωτηρίαν κομίσασθαι ἢ κόλασιν; οὐχ ὁρᾷς ὅτι διὰ τοῦτο ἀσπαζόμεθα ἀλλήλους κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν τὴν φοβερὰν, ἵνα πάντα σύνδεσμον ἀδικίας καὶ σκληροκαρδίας ῥίψαντες ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ τῷ δεσπότῃ προσέλθωμεν.

Τί ποιεῖς ἄνθρωπε; ἀγγέλων λειτουργούντων ἑξαπτερύγων τὴν μυστικὴν τράπεζαν καλυπτόντων, τῶν χερουβὶμ παρισταμένων, καὶ τὸν τρισάγιον ὕμνον λαμπρᾷ τῇ φωνῇ κεκραγότων, τῶν σεραφὶμ μετ' εὐλαβείας κεκυφότων, τοῦ ἀρχιερέως ὑπὲρ σοῦ ἐξιλεουμένου, πάντων φόβῳ καὶ τρόμῳ διανοουμένων, τοῦ ἀμνοῦ τοῦ θεοῦ σφαγιαζομένου, τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἄνωθεν ἐπιφοιτῶντος, ἀγγέλων ἀοράτως πάντα τὸν λαὸν περιτρεχόντων, καὶ τὰς τῶν πιστῶν ψυχὰς σημειουμένων καὶ ἀπογραφομένων, οὐ φρίττεις καταφρονῶν, καὶ ἀσπασμὸν ἰουδαϊκὸν τὸν ἀδελφὸν ἀσπαζόμενος, καὶ πολυχρονίους μνησικακίας καὶ τὸν ὀλέθριον τὸν τοῦ ὄφεως ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἐναποκρύπτων κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου; πῶς οὐ φρίττεις καὶ καταπίπτεις, τῷ τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας γινώσκοντι λέγων; ἄφες μοι ὡς κἀγὼ

ἀφῆκα

te ipſum pro tua ſalute. Multũ valet deprecatio iuſti aſſidua & efficax. *Efficax erit: ſi & tu cum ſacerdote partes tuas copules; fructusq́ pœnitentiæ demōſtres; quia* vnus ędificans, & vnus deſtruens, quid prodeſt illis, niſi labor? *Quam grauis enim hæc deſtructio, quando non ſolùm tremenda illa diuinæ ſynaxeos & liturgiæ hora Deo mẽtiris; ſed & odium in fratres memor iniuriarũ retines; quamuis in oratiõe illud pronũcies: Et* dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Quid ais homo? cur adeò audacter aduerſus Deum inſoleſcis? Memoria malorum, quæ frater tibi intulit, apud te viget: enſem in illum exacuis; dolos illi machinaris; & hoc pernicioſum virus in corde tuo circumfers; interim tamen ad Deum clamas: dimitte mihi debita mea, ſicut & ego dimitto debitori meo. Veniſtine, vt in Dei Eccleſia precareris, an vt mentireris? an vt gratiam reciperes, an vt iram ſeu vindictam tibi accerſeres? vt remiſſionem peccatorum impetrares, an additamentum pœnarum, quæ tuis peccatis debita? Veniſti denique vt ſalutem acciperes, an vt ſupplicium? Nónne vides, quod ſub illam tremendam horam propter hoc ipſum nos mutuo in oſculo pacis amplexamur, vt omni colligatione impietatis, *& cordis duritie abiecta puro corde* *Eſa. 58.* *ad Dominum accedamus?*

O Homo quid agis? dum Angeli S. Miſſæ officio miniſtrant, ſex alis volantes ſacram & myſticam menſam obuelant, dum Cherubini circumſtant, & triſagij hymnum clara voce concinunt, Seraphini cum reuerentia ſe inclinant, dum Pontifex miſericordiam Dei tibi deprecatione conciliat, omnibus interea timore atq; tremore defixis, dum Agnus Dei ſacrificatur, Spiritu ſancto deſuper ſuperueniente; dum Angeli inuiſibiliter omnem populum circumeunt, fideliumq́ animos ſignant & deſcribunt, non perhorreſcis animo, quod deſpicis & Iudæ oſculum fratri offers, diuturnamq́, & tenacem iniuriarum memoriam atq; pernicioſum ſerpentis venenum erga fratrem tuum in corde tuo intime abſcondis? & tu abſcondita cordis cognoſcẽti dicis, Dimitte mihi, ſicut & ego

Digitized by Google

ἀφῆκα τῷ ἀδελφῷ μου: τί διαφέρει κατάρας ἡ τοιαύτη σου εὐχή; ἰδοὺ λέγεις, καθ' ἑαυτοῦ ἀποφαίνῃ· εἰ ἀφῶ, ἄφες. εἰ συγχωρῶ, συγχώρησον. εἰ συμπαθῶ, συμπάθησον. εἰ κρατῶ μνησικακίαν πρὸς τὸν σύνδουλόν μου, κράτησον. εἰ ὀργίζομαι, ὀργίσθητι. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρῶ, μετρηθήτω μοι. εἰ ἐν ὑποκρίσει συγχωρῶ, ἐν ὑποκρίσει ἐλεηθῶ. ἐγὼ τὴν ψῆφον κατ' ἐμαυτοῦ ποιοῦμαι δέσποτα, ἤκουσα γὰρ τῆς φοβερᾶς σου φωνῆς τῆς λεγούσης· ὅτι ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. καὶ ἐὰν μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφήσει ὑμῖν. τούτων οὖν τῶν ἀψευδῶν σου φωνῶν ταῖς ἀποφάσεσι πεισθεὶς ἀφῆκα καὶ συνεχώρησα τοῖς πταίσασιν εἰς ἐμὲ, ἄφες οὖν δέσποτα, ὡς ἀφῆκα κἀγὼ τοῖς ὁμοδούλοις.

Ταῦτα λέγωμεν. ταῦτα καθ' ἑκάστην προσευχόμενοι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς φοβερᾶς καὶ φρικώδους συνάξεως παριστάμενοι, ὅσπερ γινώσκων ὁ ἱερεὺς μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι τὴν θυσίαν ἐκείνην τὴν ἀναίμακτον ἀνυψοῖ τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, καὶ πᾶσιν αὐτὸν ὑποδεικνύει. εἶτα ἐκφωνεῖ ὁ διάκονος, καὶ λέγει. πρόσχωμεν, ὅπερ ἐστὶ προσέχετε ἑαυτοῖς ἀδελφοὶ φησίν. ἰδοὺ πρὸ βραχέως συνέθεσθε· ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον τὰς καρδίας. καὶ πάλιν τὸ καθαρὸν καὶ ἀμνησίκακον ὁμολογοῦντες θεῷ, εἴπατε· ὅτι ἄφες ἡμῖν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, διὸ καὶ ἀλλήλους ἠσπάσασθε. ἀλλ' ἐπειδὴ ἄνθρωπός εἰμι κἀγὼ, ἀγνοῶν τὰς ἐνθυμήσεις ἡμῶν ἀπορρίπτω ἀπ' ἐμαυτοῦ τὸ κρίμα. οὐ γὰρ οἶδα τίς ἄξιος ἢ ἀνάξιος τῆς τῶν μυστηρίων τούτων μεταλήψεως. καὶ διὰ τοῦτο προσφωνῶ, προσέχειν ὑμᾶς ἑαυτοῖς, καὶ ἐπιγινώσκειν τινὶ παρίστασθε.

Εἶτα ἐπάγει ὁ ἱερεὺς εὐθέως καὶ λέγει· τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, τί δέ φησιν ὁρᾶτε ἀγαπητοί· πῶς τῇ μεταλήψει τῶν θείων μυστηρίων προσέρχεσθε, μήτις ὑμῶν μεταλαβεῖν προσερχόμενος, ἀκούσῃ μή μου ἅπτου, ἀπόστηθι ἀπ' ἐμοῦ ὁ ἐργαζόμενος μνησικακίαν καὶ ἀνομίαν. ἀπόστα μακρὰν ὁ μὴ συγχωρήσας τῷ ἀδελφῷ σου. καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου, καὶ ἀξιωθήσῃ τῆς μεταλήψεως. ῥίψον πάντα βόρβορον κακίας ἀπὸ σοῦ, καὶ τότε ἐλθὼν ὑπόδεξαι τὸν καθαρ-

τήριον

dimitto fratri meo? Nunquid talis tua oratio quicquã differt à mala imprecatione? Ecce quod dicis, contra teipſum dicis: Si dimitto, dimitte; ſi ignoſco, ignoſce; ſi compatior, compatere; ſi retineo tenaciter iniuriarum memoriã aduerſus conſeruum meum, & tu retine; ſi iraſcor, iraſcere: in qua menſura metior, in ea remetiaris mihi: ſi per ſimulationem fingo me veniam dare, etiam per ſimulationẽ miſericordiam fictam conſequar. Ego contra memetipſum, ô Domine, ſententiam fero. Audiui enim tremendum verbum tuum: In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. *Et* ſi nõ dimiſeritis hoĩbus peccata eorum, neq; pater veſter cœleſtis dimittet vobis. *Huic verborum tuorũ, quæ falſa eſſe non poſſunt, teſtificationi, fidem habui, & dimiſi, ignouiq́; illis, qui me offenderunt. dimitte igitur, ô Domine, ſicut & ego conſeruis dimiſi.*

Matth. 7.

Hæc dicamus, hæc quotidie precemur, dum tempore tremendæ atq; ſacroſanctæ Synaxeos circumſtamus, quod cognoſcens ſacerdos poſt conſecrationẽ ſacrificij illius incruenti, PANEM *vitæ in altum* ELEVAT, *& omnibus ipſum oſtendit. Deinde exclamat Diaconus, & dicit:* ATTENDITE, *hoc eſt, attendite vobis fratres. Ecce paulò antè conſenſiſtis, dicentes:* HABEMVS CORDA AD DOMINVM. *& mox puro corde, & quod omnem iniuriarum memoriam depoſuit, confitentes Deo dixiſtis: dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: Propterea & vos inuicem amplexi eſtis in oſculo pacis. Sed cùm ego ſim homo, ignorans veſtras cogitationes, illorũ abiicio à me iudicium: non enim noui quis, dignus ne ſit an indignus horũ myſteriorũ perceptione. Et ob hoc ipſum inclamo, vt vobis attendatis, & cui adſiſtatis, cõſideretis.*

Adiungit deinde ſacerdos Sancta Sanctis. *Quid verò dicit? Videte, chariſſimi, quomodo ad cõmunionem diuinorum myſteriorum accedatis, ne quis veſtrum cõmunicare tentans, audiat: ne me tangas. Abſcede à me, qui iniuriæ retinens es, & iniquitatẽ operaris. Procul abeſto, qui fratrem tuũ non dignaris venia. Et tunc veniens offer munus tuũ, dignusq́; efficieris cõmunione. Abiice abs te omnes malitiæ ſordes, & tunc accedito, emundantemq́; carbonem*

Digitized by Google

τήριον ἀνάθεμα. εἰπὲ πρὸς αὐτόν. οἶδα δέσποτα, ὅτι πολλῶν ἁμαρτημάτων καὶ ὀφειλημάτων χρεώστης εἰμὶ, ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν ἐντολὴν συνεχώρησα τοῖς ἐμοῖς ἀδελφοῖς, ἵνα κἀγὼ τῆς παρὰ σοῦ συγχωρήσεως ἀξιωθῶ δέσποτα. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ὑποτίθεται ἡμῖν ὁ ἱερεὺς διὰ τῆς μικρᾶς ἐκείνης ἐκφωνήσεως.

Διὸ συγχωρήσωμεν τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν, καὶ ἐξ ἑαυτῶν ἀπορρίψωμεν πᾶσαν κακίαν καὶ πονηρίαν, οἱ βουλόμενοι ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, ἧς ἐκλήθημεν. μὴ εἴπῃς, πολλὰ συνεχώρησα τῷ ἀδελφῷ μου, καὶ πάλιν μοι ἥμαρτεν, ἐπεὶ καὶ σὺ τὸ αὐτὸ ἀκούσεις παρὰ τοῦ δεσπότου· μὴ εἴπῃς μεγάλα μοι ὁ δεῖνα ἔπταισεν, τὸν οἶκόν μου ἐπεβούλευσε, τὸν ἀγρόν μου ἰδιοποιήσατο, τὸν υἱόν μου ἀπέκτεινε, πολλὰ κακά μοι ἐνεδείξατο, εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλεν, εἰς θάνατόν με παρέδωκεν, καὶ οὐ δύναμαι τούτῳ συγχωρῆσαι· μὴ, ἀγαπητὲ, μὴ λέγε οὕτως, παρακαλῶ. ὅσα γὰρ ἀφήσεις τῷ ἀδελφῷ σου, τοσαῦτα καὶ μείζονα ἀφήσει σοι ὁ δεσπότης. μίμησαι καὶ σὺ στέφανον ἐκεῖνον τὸν πρῶτον ἐν μάρτυσι· τί γὰρ ἐκεῖνος ἔλεγε λιθολευστούμενος; κύριε μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην.

μίμησαι ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον, οὗ καὶ οἱ γαλιλαῖοι λογογράφοι μέμνηνται εὐχόμενον ὑπὲρ τῶν ἀναιρούντων αὐτὸν, καὶ λέγοντα. κύριε ἄφες αὐτοῖς· ὅτι οὐκ οἴδασι τί ποιοῦσι. μίμησαι αὐτὸν τὸν δεσπότην, τὸν διὰ τὴν σὴν σωτηρίαν θάνατον καταδεξάμενον, καὶ εἰ ἐπὶ ξύλου σε θελήσει ὁ ἀδελφός σου ἀναρτῆσαι, συμβόησον τῷ δεσπότῃ, καὶ εἰπὲ. πάτερ ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. ὅρα τὸν μυρία τάλαντα τῷ δεσπότῃ χρεωστοῦντα. μυρία δὲ τάλαντα ἀκούων, φορτία ἁμαρτημάτων νόησον. οὗτος ἐπειδὴ προσέπεσε τῷ δεσπότῃ, ἐπειδὴ παρεκάλεσεν, ἐπειδὴ ἐδυσώπησεν, ἐπὶ πᾶσιν ἐκείνοις συγχωρήσεως ἔτυχε. μνησικακήσας δὲ, καὶ μὴ συγχωρήσας τῷ συνδούλῳ αὐτοῦ, οὐκέτι ἀνέσεως ἔτυχεν. ἀλλ' αἰωνίᾳ παρεδόθη γεέννῃ, καὶ ἴσχυσεν ἡ μνησικακία μόνη ἀπολέσαι αὐτὸν, ὑπὲρ πάντα ἐκεῖνα τὰ βαρέα τῶν μυρίων ταλάντων ἁμαρτήματα.

Διὰ

illum ſuſcipito. Dic ad illum: Noui Domine, me multorum ſcelerum & debitorum debitorem eſſe; at propter mandatum tuum ignoui fratribus, vt & ego Domine, veniam à te conſequar. Hæc tanta & talia ſubiicit animo noſtro ſacerdos per breui illa ſua proclamatione.

Quocirca fratribus noſtris ignoſcamus, & ex nobis ipſis omnẽ malitiam & improbitatem exterminemus; cum propoſito dignè ambulandi ea vocatione, in qua vocati ſumus. Ne dixeris: ſæpius ignoui fratri meo; rurſusq́ in me deliquit; quia illud ipſum à Domino tibi poteſt obiici. Ne dixeris; ingentia damna ille mihi intulit. Domui meæ inſidias tetendit; agrum meum ſibi vendicauit, filium meum occidit: multis incommodis me affecit; in carcerem compegit, in mortem tradidit; nequeo gratiam malè commiſſorum facere. Ne in hæc verba, chariſſime, erumpas. Quanta enim fratri tuo remiſeris, tanta, & maiora remittet tibi Dominus. Imitare & tu Stephanũ illum primum Martyrem. Quid enim ille dixit, cum lapidibus obrueretur. Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.

Imitare Iacobum fratrem Domini; de quo etiam Iudaici ſcriptores teſtantur, eum pro interfectóribus ſuis preces fudiſſe, & hæc protuliſſe, Domine, dimitte illis, non enim norunt, quid faciant. Imitare ipſum Dominum, qui ſalutis tuæ cauſa mortem ſubiit, & ſi frater tuus voluerit te in lignum tollere; clama cum Domino Pater dimitte illis hoc peccatum. Intuere illum, qui decem millia talenta Domino debet. Cum mille talenta audis, onera peccatorum intellige. Iſte vbi ad pedes Domini accidit, vbi obſecrauit & ſupplicauit, omnium illorum veniam obtinuit. At vbi mali ſibi illati memoriã renouauit, ſuoq́ conſeruo ignoſcere renuit; nullam amplius veniam impetrauit: ſed ſempiternis ſuppliciis traditus eſt. En ſola iniuriarum recordatio ex tot & tam grauibus criminibus, quæ decies mille talenta æquarent; ipſum perdere potuit.

Digitized by Google

Διὸ παρακαλῶ, φεύγωμεν τὸ πονηρὸν τοῦτο καὶ ἀσυγχώρητον ἁμάρτημα, καὶ εἰ βούλει μαθεῖν, ὅτι ὑπὲρ πᾶσαν ἄλλην ἁμαρτίαν χεῖρον ὑπάρχει ἡ τῆς μνησικακίας σκότωσις, ἄκουσον· πᾶσα ἁμαρτία πρὸς βραχὺ μὲν ἐπιτελεῖται, ταχέως δὲ καὶ τελειοῦται; οἷον πορνεύεις, καὶ μετὰ τοῦτο τὸ μέγεθος τοῦ ἁμαρτήματος ἐννοήσας, πρὸς ἐπίγνωσιν μεταβαίνει· ἡ μνησικακία δὲ ἄπαυστον ἔχει τὸ πάθος φλεγμαῖνον. καὶ γὰρ καὶ ἀνιστάμενος καὶ κοιταζόμενος, καὶ προσευχόμενος, καὶ ὁδοιπορῶν, ἄπαυστον καὶ ἀδιάλειπτον κέκτηται τὸν ἰὸν ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ ὁ τούτῳ τῷ πάθει κατεχόμενος. ὥστε τὸν τούτῳ δεδουλωμένον μήτε χάριτος θεοῦ ἀπολαύειν, μήτε ἀφέσεως ἁμαρτημάτων ἀξιοῦσθαι. ὅπου γὰρ μνησικακία πεφυτευμένη, ἐκεῖ οὐδὲν ὠφελεῖ, οὐ νηστεία, οὐ προσευχή, οὐ δάκρυα, οὐκ ἐξομολόγησις, οὐ δέησις, οὐ παρθενία, οὐκ ἐλεημοσύνη, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἀγαθόν. πάντα γὰρ καταλύει ἡ μνησικακία ἡ πρὸς τὸν ἀδελφόν.

Προσέχωμεν δὲ κἀκείνῳ μετὰ ἀκριβείας. οὐ γὰρ εἶπεν· ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ μνησθῇς ὅτι ἔχεις τι κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου. ἀλλά, μνησθῇς ὅτι ἔχει τι κατὰ σοῦ ὁ ἀδελφός σου. ὕπαγε πρῶτον, διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου· εἰ οὖν καὶ τὴν κακίαν καὶ πονηρίαν τοῦ ἀδελφοῦ ὀφείλομεν θεραπεύειν, ποίαν συγγνώμην ἔχομεν ἡμεῖς, οὐ μόνον τοῦτο μὴ ποιοῦντες, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν μνησικακοῦντες, καὶ τὸν πονηρὸν ἰὸν τοῦ ὄφεως ἐν ἑαυτοῖς ἀποκρύπτοντες; πολλῶν ἀκούω πολλάκις λεγόντων. οἴμοι πῶς ἔχω σωθῆναι. νηστεύειν οὐκ ἰσχύω, ἀγρυπνεῖν οὐκ ἐπίσταμαι, παρθενεύειν οὐ δύναμαι, κόσμου ἀναχωρῆσαι οὐ φέρω, πῶς λοιπὸν δύναμαι σωθῆναι; πῶς; ἐγώ σοι λέγω· ἄφες, καὶ ἀφεθήσεταί σοι, συγχώρησον, καὶ συγχωρηθήσεταί σοι· ἰδοὺ μία ὁδὸς σύντομος πρὸς σωτηρίαν. ὑποδείξω σοι οὖν, καὶ δευτέραν. ποίαν; μὴ κρίνετε φησί, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε. ἰδοὺ καὶ ἄλλη χωρὶς νηστείας, καὶ ἀγρυπνίας, καὶ κόπου.

Μὴ τοίνυν κρίνῃς τὸν ἀδελφόν, εἰ καὶ ἰδίοις ὀφθαλμοῖς ἴδῃς αὐτὸν ἁμαρτάνοντα. εἷς γάρ ἐστιν ὁ κριτὴς καὶ δεσπότης, ὃς καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ μία ἡμέρα τῆς κρίσεως ἐν ᾗ παρα-

στησόμε

Quocirca fugiamus, oro, nefarium hoc, & veniæ expers peccatum. Et ſi ſcire cupis iniuriarum recordationem tranſcendere omnium aliorum criminum enormitatē, id paucis docebo. Aduerte. Omne peccatum exiguo tempore perficitur, & abſq; mora perpetratur; exempli gratia, fornicatur quis & poſt flagitium peccati magnitudine in animum reuocata, culpam agnoſcit. At irrogati mali memoria indeſinenter ſub pectore feruet & gliſcit. Etenim qui hoc affectu diſtinetur, is irrequietū & perpetuum ſuo in corde venenum circumfert, ſiue ex lecto exſurgat; ſiue cubitum eat, ſiue oret, ſiue iter faciat: vt proinde hac peſte infectus, nec gratia diuina potiatur; nec delictorum remiſſionem conſequatur. Nam vbi iniuriarum recordatio radices egit; illic nihil prodeſt, non ieiunium, non lacrymæ, non confeſſio, non precatio, non virginitas, non eleemoſyna, non aliud quidquam, omnia enim diſſipat & diſſoluit iniuriarum recordatio erga fratrem.

Sed & illud cum cura notemus. Non enim dixit: ſi offers munus tuū ad altare, & recordatus fueris, quod aliquid habes aduerſus fratrem tuū; ſed ſi recordatus fueris, quod habet aliquid contra te frater tuus, abi primùm, & reconciliare fratri tuo; & tunc veniens offer munus tuū; ſi igitur fratris quoq; improbitati & malitiæ medicinam facere debemus; quam veniam nobis pollicebimur nos; qui non modò id non facimus, ſed & eorum, quæ fratres in nos commiſerunt, memoriam recentē conſeruamus, & pernicioſum hoc ſerpentis venenum in pectore noſtro abſcondimus. Multos non rarò dicentes audio: Heu mihi, quo pacto ſalutē conſequar. Ieiunare non valeo, vigilare neſcio. Virginitatē cuſtodire non poſſum, ex mundo excedere nequeo; quomodo ſalutē obtinebo? Quomodo? oſtendā tibi. Dimitte, & dimittetur tibi. cōdona, & cōdonabitur tibi. En breuis & expedita ad ſalutem via. Quin & alteram tibi monſtrabo. Qualem? Nolite iudicare, & non iudicabimini. Ecce alia via abſq; ieiunio, vigilia, & labore.

Ne itaq; fratrē iudices, licet propriis oculis delinquentē aſpicias. Vnus eſt enim Iudex & Dn̄s; qui vnicuiq; reddet ſecundū opera ſua.

Digitized by Google

παιρόμεθα. τετραχηλισμένοι καίτοι τὰς πράξεις ἡμῶν, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ἔλεον λαμβάνοντες. οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα. ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ. ὁ οὖν κρίνων πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, αὐτόχριστός ἐστιν, ὅτι τὸ ἀξίωμα τοῦ Χριστοῦ ἁρπάζει. μὴ τοίνυν κρίνωμεν τοὺς ἀδελφοὺς παρακαλῶ, ἵνα συγχωρήσεως ἀξιωθῶμεν· σὺ μὲν γὰρ ἴσως ὁρᾷς αὐτὸν ἁμαρτάνοντα, οὐκ οἶδας δὲ ποίῳ τέλει τὸν βίον παρέλθοι. ὁ λῃστὴς ἐκεῖνος ὁ τῷ Ἰησοῦ συσταυρωθεὶς φονεὺς ἦν καὶ ἀνθρωποκτόνος· ὁ δὲ Ἰούδας ἀπόστολος καὶ μαθητὴς τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τῶν γνησίων μαθητῶν· καὶ ἐν ὀλίγῳ καιρῷ ἡ ἐναλλαγὴ γέγονεν ὁ λῃστὴς εἰς βασιλείαν, ὁ δὲ μαθητὴς εἰς ἀπώλειαν. πλὴν ἔστω ὅτι καὶ ἁμαρτωλός ἐστιν ὁ ἀδελφὸς, πόθεν γινώσκεις τὰς λοιπὰς αὐτοῦ πράξεις. καὶ γὰρ πολλοὶ πολλάκις ἁμαρτήσαντες φανερῶς, μετενόησαν μεγάλως κρυπτῶς, καὶ ἡμεῖς μὲν ἁμαρτάνοντας αὐτοὺς εἴδομεν, τὴν δὲ μετάνοιαν καὶ ἐπιστροφὴν αὐτῶν οὐκ ἔγνωμεν, καὶ παρ' ἡμῖν μὲν ὡς ἁμαρτωλοὶ κρίνονται, παρὰ δὲ Θεῷ δεδικαιωμένοι τυγχάνουσι.

Διὸ παρακαλῶ, μὴ μνησικακῶμεν, μηδὲ κρίνωμεν μηδένα ἄνθρωπον, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ δίκαιος κριτὴς. ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. ἐξαιρέτως δὲ, μηδὲ ἱερέα Θεοῦ περὶ κρυπτῶν καὶ ἀδήλων πραγμάτων, ὧν εἰς αὐτὸν ἤκουσας, ἀνάκρινε. μὴ εἴπῃς ἁμαρτωλός ἐστιν ὁ προσφέρων. καταδεδικασμένος ἐστὶν, ἀνάξιός ἐστι, καὶ οὐκ ἐπιφοιτᾷ ἡ χάρις τοῦ παναγίου πνεύματος. μηδὲν τοιοῦτον ἐννοήσῃς. ἄλλος ἐστὶν ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης καὶ ἐξεταστής. ἐπίγνωθι σαυτὸν, ὅτι σὺ πᾶς ὑψηλότερος, καὶ παραχώρησον τῷ δικαίῳ κριτῇ τὴν κρίσιν· ἔστω δὲ ὁ ἱερεὺς εἰς τὰ περὶ Θεοῦ μὴ σφαλλόμενος δόγματα. τῶν δὲ λοιπῶν οὐκ εἶ σὺ δικαστὴς, εἰ ἄρα οὐκ ἐξέστης ἑαυτοῦ. ἀλλ' ἐπιγινώσκεις τὸ οἰκεῖον μέτρον τε καὶ ἀξίωμα. τί οὖν φησιν; οὐχ ὑπόκειται ἀνακρίσει καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κανόσιν ἀρχιερεύς; ναί φημι. ἀλλ' οὐ διὰ σοῦ οὗτος ἀνακριθήσεται, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἢ καὶ πολλάκις καὶ ὑπὸ τοῦ μείζονος ἀρχιερέως. τί τὸν ποιμένα ἀνακρίνεις πρόβατον ὑπάρχων; τί ἁρπάζεις φαρισαϊκῶς τὸ τοῦ Θεοῦ κριτήριον, καὶ τὸ ἱερὸν ἀξίωμα, ὅπερ σοι οὐκ ἐνεχειρίσθη, οὐδὲ ὑπὸ Θεοῦ πεπίστευται

vnaq; iudicij dies erit; in qua adſtabimus, cunctis actionibus noſtris patefactis, vt miſericordiam Dei obtineamus. Neq; enim pater iudicat quemquã ſed omne iudiciũ dedit filio. Qui igitur iudicat ante Chriſti aduentum is Antichriſtus eſt; quia officium Chriſti ſibi vſurpat. Ne ergo fratres iudicemus, quæſo; vt veniam impetremus. Tu fortaßis peccantem vides; at neſcis, quo fine vitam hanc ſis terminaturus. Latro ille cum Chriſto crucifixus homicida erat; at Iudas Apoſtolus, & diſcipulus IESV, *& vnus ex veris germaniſq; diſcipulis. Cæterum intra exiguum temporis ſpacium mutatio accidit: Latro in regnum introiuit, diſcipulus ad interitum ruit. Verùm eſto fratrem tuum peccatorem eſſe: vnde cæteras eius actiones compertas habes? Nã multi crebrò reperiuntur, qui palam peccarunt; Sed clam & occultè magnam pœnitentiam egerunt. Et nos quidem nouimus quando peccant; at verò pœnitentiam & conuerſionem illorum ignoramus: & à nobis quidem iudicantur peccatores: apud Deum autem iuſtificati ſunt.*

Quocirca moneo, vt memoriam iniuriarum non conſeruemus, neq; vllum iudicemus, quo adusq; venerit iuſtus iudex, qui illuminabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Ante omnia autẽ caue, ne ſacerdotem iudices iis in rebus occultis & incertis, quas de illo auditiõe accepiſti. Ne dixeris: peccator eſt, qui offert, damnatus eſt, indignus eſt, neq; gratia ſancti ſpiritus deſcendit. Nil huiuſcemodi in animum tuum admitte, alius eſt occultorũ iudex & examinator. Hoc in te agnoſce, quemlibet eſſe te ſublimiorem, & iuſto iudici iudicium permitte. Sit ſacerdos, qui circa diuina dogmata non aberret: cæterorum tu noli eſſe iudex; ſi quidem ex poteſtate mentis non abiiſti, modulumq; tuum officiumq; agnoſcis. Quid ergo? dixerit quiſpiam. An non iudicio & Eccleſiaſticis Canonibus ſubiectus eſt ſacerdos? Imò vel maximè. At ille non à te, ſed à Deo iudicabitur. Et ſæpè etiam à maiore Antiſtite. Cur tu cum ouis ſis, paſtorem iudicas? Cur Phariſæorum more arripis tibi partes munuſq; iudicandi, quod Deo competit; tibiq; non eſt conceſſum nec concreditum?

Διὸ παρακαλῶ, μὴ κρίνετε τινὰ ἐξαιρέτως δὲ ἱερέα θεοῦ. ἀλλὰ μετὰ πίστεως προσέλθε, καὶ μετανοίας ἐμπράκτου, καὶ συνειδότος καθαροῦ τοῖς θείοις μυστηρίοις, καὶ τοῦ ἁγιασμοῦ ἐπιτεύξεις πάντως. ἐπὶ κἂν ἄγγελος θεοῦ ἐστιν ὁ προσφέρων τὴν ἀναίμακτον θυσίαν, σὺ δὲ ἀναξίως προσέρχῃ, οὐδαμῶς σε ὁ ἄγγελος ἁμαρτημάτων καθαρίσει. καὶ ὅτι τὸ λεγόμενον ἀληθὲς, αὐτὸς ὁ ἰούδας μαρτυρεῖ. οὗτος γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν ἀχράντων χειρῶν τοῦ δεσπότου τὸν θεῖον ἄρτον δεξάμενος, ἐπειδὴ ἀναξίως τοῦτον ἐδέξατο, εὐθέως εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ σατανᾶς.

Καὶ εἰ βούλεσθέ τινος διηγήματος ἀκοῦσαι, ὅτι τὸ μὴ κρῖναί τινα τῶν ἁμαρτημάτων ἐλευθεροῖ, καὶ πάλιν τὸ κρῖναι τὰ ἁμαρτήματα ἐπισφραγίζει, ἀκούσατε. ἔτι γὰρ, μαρτυροῦντος τοῦ χριστοῦ καὶ δεσπότου, ἐν σαρκὶ ζῶσιν οἱ τοῦτο θεασάμενοι. ἀνήρ τις τῶν ἐν τῷ μοναχικῷ σχήματι διαπρεπόντων, ἐν ἀμελείᾳ πάσῃ καὶ ῥαθυμίᾳ τὸν ἑαυτοῦ βίον διατελέσας, ἠσθένησε τὴν πρὸ θάνατον αὐτοῦ ἀρρωστίαν, καὶ ἐλθόντος αὐτοῦ εἰς τὰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς, οὐδαμῶς τὸν ἑαυτοῦ θάνατον ἐφοβήθη, ἀλλὰ μετὰ πάσης εὐχαριστίας καὶ προθυμίας τοῦ σώματος αὐτοῦ ἐχωρίζετο. εἷς οὖν τῶν συγκαθεζομένων θεοφιλεστάτων πατέρων ἠρώτησεν αὐτὸν λέγων, ἀδελφὲ πίστευσον, ὡς ἡμεῖς ἐθεωροῦμεν, ἐνομίζομεν, ὅτι ἐν πάσῃ ῥαθυμίᾳ καὶ ἀμελείᾳ τὴν σεαυτοῦ ζωὴν διήνυσας, καὶ πόθεν σοι ἡ τοιαύτη ἀμεριμνία κατὰ τὴν ὥραν ταύτην οὐκ οἴδαμεν: πρὸς ταῦτα ὁ ἀδελφὸς ἀπεκρίθη. ὄντως τίμιοι πατέρες, ἀληθῶς ἐν πάσῃ ῥαθυμίᾳ τὸν ἐμαυτοῦ βίον διήνυσα, καὶ νῦν ἤγαγον τὸ χειρόγραφον τῶν ἐμῶν ἁμαρτιῶν οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ. πρὸς μὲ τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, καὶ ὑπαναγνώσαντες τὰ ἁμαρτήματα ἅπερ ἔπραξα ἀφ᾽ οὗ ἀπεταξάμην, εἶπον πρὸς μὲ. γνωρίζεις ταῦτα; καὶ εἶπον· ναὶ, ἀκριβῶς ἐπίσταμαι αὐτά· ἀλλ᾽ ὅμως ἀφ᾽ οὗ ἀπεταξάμην καὶ γέγονα μοναχὸς, οὔτε ἔκρινά τινα τῶν ἀνθρώπων. οὔτε ἐμνησικάκησα. καὶ παρακαλῶ φυλαχθῆναι καὶ ἐπ᾽ ἐμοὶ τὸν λόγον τοῦ χριστοῦ. εἶπε γὰρ, μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε. καὶ ἄφες, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· καὶ ὡς ταῦτα εἶπον πρὸς τοὺς ἀγγέλους, ἐσχίσθη εὐθέως τὸ χειρόγραφον τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ ἰδοὺ μετὰ πάσης

χαρᾶς

Propterea, moneo, ne quenquam iudicetis, maximè verò, ne ſacerdotem Dei; ſed cum fide, pœnitentia efficaci, puraq; conſcientia accede ad diuina myſteria, omniumque ſanctificationem conſequeris; Et quamuis Angelus ſit, qui incruentum ſacrificium offert, tu autem indignè accedas, nequaquam te Angelus ille à peccatis expiabit: Et hoc verum eſſe, ipſe Iudas teſtatur. Iſte enim, cùm ex ipſis immaculatis Domini manibus diuinum panem accepiſſet; quia tamen indignè accepit, ſtatim in eum introiuit Satanas.

Et ſi lubet narrationem quandam audire; quæ probatur, quod abſtinere à iudicio liberat à peccatis, iudicare autem peccata quaſi obſignat; audite. Adhuc enim, Chriſto Domino teſte, in carne viuunt; qui hoc ſuis oculis adſpexerunt. Monachus quidam, cum vitam ſumma negligentia & deſidia exegiſſet, in lethalem morbum incidit; cumq; ad extremum vſque ſpiritum proceſſiſſet, mortem nequaquam exhorruit: ſed ſumma cum gratiarum actione, & alacritate ex corpore excedebat. Quidam igitur ex aſſidentium patrũ numero interrogauit illum. Frater, aiebat, crede, nos, prout videbamus, exiſtimaſſe, te vitam tuam ingenti negligentia & ſocordia traduxiſſe; vnde ergò tibi tantum ſecuritatis hac hora acceſſerit, ignoramus. Ad quæ frater ille: Verè Reuerendi Patres, verè negligentiſſimè vitam meam traduxi, & nunc hac ipſa hora attulerunt ad me Angeli Dei chirographum peccatorum meorum; cumq; legiſſent peccata ab eo tempore, quo mundo valedixi, dixerunt ad me: Agnoſcis hæc? Reſpondi. Vtiq; agnoſco. Attamen ex quo rebus mortalibus nuncium remiſi, monachusq; factus ſum, neque quenquam hominum iudicaui, neque iniurias alta mente repoſui, cupioque, vt & in me ſeruetur præceptum Chriſti, qui dixit: Nolite iudicare, & non iudicabimini. *Et,* Dimittite, & dimittetur vobis. *Et vt hæc ad Angelos dixi, è veſtigio diſcerptum eſt peccatorum meorum chirographum. Et ecce omni cura ſolutus, quin & plenus*

χαρᾶς καὶ ἀμεριμνίας ἀπέρχομαι πρὸς τὸν χριστόν. καὶ ὡς ταῦτα ὁ ἀδελφὸς τοῖς πατράσι διηγήσατο, παρέδωκε τὸ πνεῦμα ἐν εἰρήνῃ τῷ κυρίῳ, πᾶσιν ὠφέλειαν καὶ οἰκοδομὴν τοῖς παρεστῶσιν αὐτῷ ποιησάμενος. ἧστινος ὠφελείας καὶ οἰκοδομῆς, καὶ μερίδος ἐκ τοῦ φυλάττειν ἑαυτοὺς ἀτρώτους ἀπὸ πάσης κατακρίσεως καὶ μνησικακίας, καὶ ἡμεῖς ἀξιωθείημεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ παναγίου καὶ ἐλεήμονος θεοῦ ἡμῶν, ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις σὺν τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ υἱῷ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ἀμήν.

gaudiis abſcedo ad Chriſtum. Et vt hæc frater ille patribus expoſuit, Spiritum Domino in pace tradidit: Præſentibus exemplo ad omnem vtilitatem & ædificationem relicto. Cuius vtilitatis & ædificationis & partis ab omni iudicio & iniuriarum recordatione immunes perſtandi vtinam & nos participes fiamus; gratia & benignitate ſanctiſsimi & miſericordis Dei noſtri; quia ei conuenit omnis gloria, honor, & adoratio cũ vnigenito filio ſuo; ſanctoq; & viuifico ſpiritu, nunc & ſẽper & in ſæcula ſæculorum, Amen.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

Ἀναστασίου μοναχοῦ, τοῦ Σινᾶ ὄρους, λόγος εἰς τὸν ἕκτον ψαλμόν.

ΕΥΛΟΓΗΣΟΝ πάτερ.

Πρέπουσαν τῇ τῶν νηστειῶν ἀρχῇ εἰλικρινοῦς μετανοίας ὑπόθεσιν τῇ ἐκκλησίᾳ περιέχει ἐν τῷ ἕκτῳ ψαλμῷ ἡ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου παραίνεσις. ἐν γὰρ τούτῳ τῷ ψαλμῷ διδασκόμεθα ποίῳ τρόπῳ τὸν θεὸν ἐξιλεωσόμεθα. ἔχει γὰρ τὴν τῶν μετανοούντων ἀληθῶς ἀψευδῆ ταπείνωσιν, τὴν ἐξομολόγησιν, τὰ δάκρυα, τὸ πένθος, τὴν ἐπιστροφὴν, τὸν στεναγμὸν, τὴν τοῦ συνειδότος ταραχὴν, τὴν ἀσθένειαν. τὴν ἐξ ἀμυθήτων πταισμάτων συντριβὴν, τὴν ἐξ ἐλέους θεοῦ σωτηρίαν, τὴν ἐννυχὴν πρὸς θεὸν προσεδρείαν, τὴν ἐν τῇ κλίνῃ καὶ στρωμνῇ γινομένην πολλάκις συναίσθησιν

ORATIO S. PATRIS NOSTRI ANAſtaſij Monachi montis Sina.

IN SEXTVM PSALMVM.

INTERPRETE
R.P. PHILIPPO SVEVENzellio Brugenſi, Societatis IESV.

BENEDIC PATER.

Conueniens admodum Eccleſiæ (maximè ieiuniorũ initio) ſinceræ pœnitentiæ argumentum complectitur Spiritus ſancti adhortatio, ſexto Dauidis Pſalmo. In eo enim docemur, quonam potiſsimùm modò Deum placabimus, quando verè pœnitentium nobis proponit non fictam demiſsionem, confeſsionem, lacrymas, dolorem, conuerſionem gemitum, conſcientiæ perturbationem, infirmitatem, ob innumerabilia peccata contritionem, ex Dei miſericordia ſalutem, nocturnam cum Deo aſsiduitatem, & illum in cubili & lecto frequenter perceptum ſenſum,

atq;

καὶ τὴν δι' αὐτῆς τοῦ ἀληθοῦς πνεύματος τοῦ ἁγίου διὰ δακρύων ἐπίσκεψιν. καὶ οὐ ταῦτα μόνον τῆς ἀληθοῦς μετανοίας τεκμήρια, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ τούτων προσγινομένην ἄφεσιν, καὶ τὴν τελείαν συγχώρησιν, καὶ τὴν πρὸς αὐτοῖς ἐπιτίμησιν, καὶ τὴν τῆς εὐχῆς παρὰ θεοῦ ἰσχύν, καὶ τὴν ἐκ ταύτης γινομένην τοῖς δαίμοσιν αἰσχύνην, καὶ τὴν τοῦ παλαιωθέντος ἀνθρώπου ἐν ἁμαρτίαις σωτηρίαν καὶ ἀνάπλασιν.

Περιέχει δὲ ἡ ὀγδόη τοῦ ψαλμοῦ ἐπιγραφὴ οὕτω, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, περὶ τῆς ὀγδόης. ὀγδόην ὀφείλει ἡ γραφὴ ὀνομάζειν τὴν μετὰ τὴν ἑβδόμην τοῦ παρόντος αἰῶνος ζωὴν καὶ διαγωγήν. ἣν προεμήνυσεν ἡ ὀκταήμερος περιτομή· περὶ τῆς ὀγδόης καὶ ὁ σοφὸς Σολομὼν ἡμᾶς νουθετεῖ λέγων· δὸς μερίδα τοῖς ἑπτὰ, καί γε τοῖς ὀκτώ. ὡσανεὶ λέγων, φρόντισον ἐν τῷ βίῳ τούτῳ τῆς ἑβδόμης χιλιοντάδος ἀγαθῆς τῆς μελλούσης καὶ μενούσης ζωῆς αἰωνίου. ἀλλ' ἴδωμεν αὐτοῦ τοῦ ψαλμοῦ τὸ προοίμιον.

Κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. ὄμμασι νοεροῖς ὁ προφήτης ὡσανεὶ γυμνὸς καὶ τετραχηλισμένος πρὸς τὸ φοβερὸν ἐκεῖσε παρεστὼς δικαστήριον, καὶ αὐτῶν τῶν τοῦ κυρίου ποδῶν ἐφαπτόμενος ὡς οἷα τις ἀπαῤῥησίαστος καὶ κατηφὴς καὶ ἀπρόσωπος ὑπάρχων, καὶ μηδεμίαν ἀπολογίαν ὑπὲρ τῶν ἰδίων πλημμελημάτων εὐπορῶν, οὐδὲν λοιπὸν μετὰ τὸν δικαστὴν ἐξαιτεῖ, ἀλλ' ἢ τοῦτο λέγων· κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. οἶδα δέσποτα ὅτι πᾶν δεινὸν καὶ φρικτὸν ἀναμένει με, ὅτε συστήσασθαι μέλλεις δικαστήριον ἐνώπιον ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων, καὶ πάσης κτίσεως ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ καὶ ἐπηρμένου θρόνου εἰς κρίσιν προκαθήμενος, καὶ πάντων τῶν πεπραγμένων ἡμῖν ἁμαρτημάτων φανέρωσιν, καὶ ἀποκάλυψιν ποιούμενος· καὶ οὐ τολμῶ, οὐδὲ εὐπροσωπῶ τελείαν τὴν συγχώρησιν τῶν πολλῶν μου ἁμαρτιῶν παρὰ σοῦ αἰτήσασθαι δέσποτα, ὅτι μείζων ἡ ἁμαρτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με· ὅτι ἐνώπιον παντὸς ἀνθρώπου εἰς σὲ ἐπλημμέλησα· ὅτι ὑπὲρ μέτρον τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον παρώξυνα: ὅτι ὑπὲρ τὸν ἄσωτον ἐγὼ ὁ ἄσωτος ἐβίωσα. ὅτι ὑπὲρ τὸν τὰ μύρια τάλαντά σοι χρεωστοῦντα χρεωφειλέτης σοι γέγονα. ὑπὲρ τὸν τελώνην ὁ ἐχθρὸς κακῶς με ἐτελώνησεν· ὑπὲρ τὸν λῃστὴν ὁ φονοκτόνος ἐμὲ κακῶς ἐθανάτωσεν.

ὑπὲρ

atq; per hunc verè ſancti ſpiritus cum lacrymis viſitationem. Neq; hæc ſolum, quæ veræ pœnitentiæ ſigna & indicia, Hic Pſalmus complectitur, ſed etiam quæ ex his proueniunt; peccatorum remiſſionem & perfectã condonationem, ſui ipſius reprehenſionem, orationis apud Deum efficaciam, & per eam illatam Dæmonibus ingominiam, hominis deniq;, qui in peccatis conſenuerat, ſalutem ac reformationem.

Continet autem octaua Pſalmi inſcriptio iſthac: Pſalmus Dauidi, de octaua. Octauam *ſolet appellare ſcriptura vitam illam quæ poſt ſeptimam huius ſeculi ſubſequetur; quam & octauo die facta circumciſio præſignificauit. Iam de octaua etiam ipſe ſapientiſſimus Salomon nos admonet, vbi dicit:* Da partem ſeptem nec non & octo, *quaſi dicat: Solicitus in hac vita ſeptimi millenarij boni eſto de futura & permanentis æternæ vitæ. Sed iam videamus ipſiuſmet Pſalmi exordium.* Eccleſ. 11.

Domine ne in furore tuo arguas me. *Mentis ſeſe oculis tanquam nudum atq; proſtratum ante terribile illud tribunal conſtituens, ac ipſos Domini pedes complexus, (velut aliquis, qui liberè loqui non audet, ſed præ verecundia vultum demittit atq; abſcondit, nec quidquam habet excuſationis, quod pro ſuis criminibus adferat) nihil iam magnũ à Iudice poſtulat, hoc tantũ dicit:* Domine ne in furore tuo arguas me. *Scio, Domine, intolerabile illud atq; horrendũ iudicium manere me, ꝙ corã Angelis & Archangelis atq; omni creatura inſtitues, quãdo in terribili & excelſo throno ad iudicandum ſedens, omnia quæ admiſimus peccata manifeſtabis ac reteges. Nõ audeo Domine (nec enim tibi conſpectꝰ meus gratꝰ eſt) integrã plurimorũ meorũ peccatorum veniã abs te petere: nam maior eſt mea iniquitas, quã vt mihi cõdõari debeat; q̃a ſupra modũ nomen tuũ ſanctũ ad iram prouocaui: Supra prodigũ illũ prodigè & luxurioſe vixi: Supra eum qui decẽ talentorũ millia debebat, debitor tibi factus ſum: Supra publicanũ illũ inimicus meꝰ à me vectigalia accepit: Supra latronẽ me homicida ille ſupplicio malo affecit:*

Lucæ. 15.
Matth. 18.

Digitized by Google

ὑπὲρ τὴν πόρνην ἐγὼ ὁ φιλόπορνος, ἐκ θεοῦ ἐπόρνευσα. ὑπὲρ τὴν νινευῆ ἀμετανόητα ἐπλημμέλησα. ὑπὲρ τὸν μανασσῆ αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου· ὑπὲρ τὴν χαναναίαν, ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ. καὶ ταλαιπωρήσας κατεκάμφθην ἕως τέλους· τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον παρώργισα. τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐλύπησα· τῶν ἐντολῶν σου παρήκουσα· τὸν πλοῦτον σου κακῶς διεσκόρπισα. τὸν θησαυρόν σου κακῶς ἐδαπάνησα. τὸν ἀῤῥαβῶνα ὅν μοι δέδωκας, εἰς ἀνομίας ἀνήλωσα. τὸν ναόν σου τοῦ σώματός μου ἐσπίλωσα. τὴν κατ' εἰκόνα σου ψυχήν μου μολύνας ἐχρείωσα. τὸν χρόνον ὅν μοι δέδωκας, μετὰ τῶν ἐχθρῶν σου ἐβίωσα. τὴν φωνὴν τῆς ἐντολῆς σου οὐκ ἐφύλαξα. τὸν χιτῶνα ὅν με ἐνέδυσας, ῥυπώσας ἐσπίλωσα· τὴν λαμπάδα, ἥν μοι ἐσκεύασας, νυστάξας, ἀπέσβεσα. τὸ πρόσωπόν μου ὃ ἐφαίδρυνας, ἁμαρτήσας κατήσχυνα· τοὺς ὀφθαλμούς μου οὓς ἐφώτισας, κακῶς πάλιν ἐτύφλωσα· τὰ χείλη μου ἅπερ ἡγίασας, πάλιν ἐρύπωσα. καὶ οἶδα ὅτι πάντως τὰ πεπραγμένα μοι ἐλέγξεις, καὶ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν οὗ διαφεύξομαι, ἀλλὰ πάντως ἐλεγχθήσομαι· καὶ εἰ ὅλως ἐλέγχομαι, κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. κἀγὼ κερδήσω παρὰ σοῦ τοῦτο τοῦ μόνου φιλανθρώπου. οἶδας αὐτὸς ἀκριβῶς ἅπαντα τὰ κρύφια πλάσματα, ἀλλὰ μὴ ἐλέγξῃς με, μὴ δημοσιεύσῃς με, μὴ φανερώσῃς αὐτὰ πᾶσιν, ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις εἰς ἐμὴν αἰσχύνην καὶ ἐμὸν ὄνειδος.

Κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. εἰ γὰρ φθαρτοῦ βασιλέως θυμὸν οὐδεὶς δύναται ὑποφέρειν, πόσῳ γε μᾶλλον θεοῦ θυμὸν οὐχ ὑποστήσεται πᾶσα κτίσις; μὴ δὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. αἴτιος γὰρ ἐγώ εἰμι πάσης παιδεύσεως καὶ κολάσεως. ἀλλὰ παιδεύων μὴ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. οἶδα λῃστὴν αἰτησάμενον καὶ κομισάμενον συγχώρησιν παρὰ σοῦ. οἶδα πόρνην ὁλοψύχως προσελθοῦσαν καὶ μετανοήσασαν· οἶδα τελώνην στενάξαντα καὶ δικαιωθέντα. οὐ γάρ εἰμι ὡς αὐτοί. οὐ γὰρ ἔχω δάκρυον ἐκτενές· οὐκ ἔχω ἐξομολόγησιν ἀληθινήν· οὐκ ἔχω ἐκ βάθους καρδίας στεναγμόν· οὐκ ἔχω καθαρὰν τὴν ψυχήν· οὐκ ἔχω νηστείαν εἰλικρινῆ· οὐκ ἔχω ἀγάπην πρὸς ἀδελφόν. οὐκ ἔχω πτωχείαν πνευματικήν· οὐκ ἔχω προσ-

ευχὴν

Supra meretricem ego fornicarius à Deo deficiens fornicatus ſum:
Supra ipſam Niniuen ſine pœnitentia peccaui: Supra Manaſſen
iniquitates meæ ſuperarunt caput meum: Supra Chananæam ſicut Pſalm. 37.
onus graue grauatæ ſunt ſuper me; & miſer factus incuruatus ſum
vſq; in finem. Nomen ſanctum tuum irritaui: Spiritum ſanctum
tuum contriſtaui: mandatis tuis non obtemperaui: opes tuas malè
diſsipaui: theſaurum tuum malè expendi: pignus quod mihi dediſti
in peccata conſumpſi: templum tuum, quod eſt corpus meum, contaminaui:
animam meam, quam ad tuam imaginem creaueras,
commaculatam obligaui: tempus à te mihi datum cum hoſtibus tuis
traduxi: vocem præcepti tui non obſeruaui: veſtem, qua me indueras
iniectis ſordibus fœdaui: lampadem mihi abs te præparatã dormitans
exſtinxi: vultum illum meum, quem tu ornaras, ego peccando
contumelia affeci: oculos meos abs te illuſtratos nequiter ego Matth. 25.
excæcaui: labia mea, quæ tu ſanctificaueras, ego rurſum infeci ſordibus.
Et ſcio, quod quæ à me geſta ſunt, redargues; nec habeo tamen,
quò confugiam, ſed omnino coarguar. At licet plane arguendus,
Domine ne in furore tuo arguas me; Et hoc ſaltem lucri
abs te feram, qui ſolus benignus es. Noſti ipſe accuratè omnia
mea quantumuis occulta peccata: verùm ne arguas me; ne publicè
prodas me: ne manifeſta feceris ea omnibus Angelis & hominibus
in dedecus ac probrum:

Ne Domine in furore tuo arguas me. nam ſi perituri
Regis furorem nemo ſuſtinere poteſt: quanto magis ipſum etiam
creaturarum vniuerſum Dei iram non poterit ſuſtinere? Neq; in Pſalm. 6.
ira tua corripias me. Dignus quidem ego omni caſtigatione &
pœna; ſed cum caſtigabis, ne in ira tua caſtigaueris me. Memini Latronem Luc. 23.
abs te petiiſſe veniam, & obtinuiſſe: memini peccatricem ex Luc. 7.
animo acceßiſſe, & ad pœnitentiam adductam: memini publicanum Luc. 18.
ingemuiſſe, & iuſtificatum eſſe. At non ſum illis ego ſimilis. Non enim
habeo perpetuas lacrymas: non confeßionem veram; non ex
imo corde gemitum; nõ mundam animam; non ieiunium ſincerum;
non fraternum amorẽ, non paupertatem ſpiritualem, non aßiduam

σευχὴν διηνεκῆ. οὐκ ἔχω συμπάθειαν, ἵνα συμπαθηθῶ. οὐκ ἔχω κατάνυξιν, ἵνα συγχωρηθῶ. οὐκ ἔχω καθαρότητα λογισμῶν· οὐκ ἔχω προαίρεσιν θεοπρεπῆ. ποίῳ λοιπὸν προσώπῳ, ποίᾳ παρρησίᾳ αἰτήσω συγχώρησιν; πολλάκις σοι δέσποτα μετανοεῖν συνεταξάμην, καὶ ψεύστης πρὸς σὲ τῆς συνταγῆς ἐγενόμην. πολλάκις σοι ἐν ἐκκλησίᾳ προσπίπτω· εὐθέως ἐξερχόμενος ἐν ἀνομίαις συμπίπτω. πολλάκις με ἠλέησας, κἀγώ σε ἠθέτησα. πολλάκις με ἐβάστασας, κἀγὼ οὐκ ἐπέστρεψα· πολλάκις με ἀνέστησας, κἀγὼ πάλιν κατέπεσον. πόσα με συνεκρότησας, κἀγώ σε ἠγνωμόνησα; ποσάκις μου εἰσήκουσας, κἀγὼ σου παρήκουσα; ποσάκις μοι συνεπάθησας, καὶ οὐδαμῶς σοι ἐδούλευσα; πόσα δέ με ἐτίμησας, ἐγὼ δέ σε ἠτίμασα; ποσάκις ἁμαρτήσαντός μου, ὡς πατὴρ παρεκάλεσας; ὡς ἀγαθὸς ἐβάστασας· ὡς υἱὸν κατεφίλησας· ὡς τέκνῳ μοι ἐλάλησας. ὡς πατὴρ ἐνουθέτησας· ὡς νήπιον ἐκάλεσας. τὰς ἀγκάλας ἀφήπλωσας. καὶ πεσόντα με ἐκράτησας. καὶ εἶπας μοι, μὴ φοβοῦ, ἐγείρου· πάλιν στῆθι, πάλιν δεῦρο· πάλιν μὴ φοβοῦ· οὐ διώκω σε, οὐκ ἀποστρέφω σε· οὐκ ὀνειδίζω σε. οὐκ βδελύσσομαι τὸ ἐμὸν πλάσμα· οὐκ ἀπορρίπτομαι τὸ ἐμὸν ποίημα. οὐ σκληρυνῶ τὰ σπλάγχνα μου πρὸς τὸ ἐμὸν τέκνον· οὐ γὰρ δύναμαι μισῆσαι ὃν ταῖς χερσὶ ταῖς ἐμαῖς διέπλασα ἄνθρωπον, ὑπὲρ οὗ ἑαυτὸν ἐταπείνωσα· ὑπὲρ οὗ τὸ ἐμὸν ἐξέχεα αἷμα· πῶς οὐ προσδέξομαι πρὸς ἐμὲ ἐπιστρέφοντα καὶ προσπίπτοντα; διὸ δέσποτα ὡς ἔμφυτον καὶ ἀχάριστον ἔχων τῆς φιλανθρωπίας τὴν ἄβυσσον, καὶ τῆς μακροθυμίας τὸ πέλαγος. μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. ἀλλ᾽ ἔτι καὶ ἔτι μακροθύμησον ἐπ᾽ ἐμοί. μὴ σπεύσῃς τοῦ ἐκκόψαι με ὡς τὴν συκῆν τὴν ἄκαρπον· ἀλλ᾽ ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος δέσποτα, μετὰ πάντων καὶ τὸ ἔτος τοῦτο ἔασόν με πρὸς τὴν μετάνοιαν. καὶ μὴ ἀκηδιάσῃς βαστάζων τὴν ἀκηδίαν μου καὶ τὴν ῥαθυμίαν μου. μὴ ἁρπάσῃς με ἀνέτοιμον ὑπάρχοντα. μὴ λάβῃς με τὴν λαμπάδα μὴ ἅψαντα. μὴ λάβῃς με μὴ ἔχοντα ἔνδυμα γάμου. μὴ παραστήσῃς γυμνὴν τὴν ψυχήν μου τῷ βήματι σου στηλίτευμα. μὴ λάβῃς με τέως μηδὲν προσενέγκαι σοι ἔχοντα. ἀλλὰ μακροθύμησον. ἀλλὰ ἀνάμεινον. ἀλλὰ φιλαν-

θρωπεύ-

precationem;non commiſerationem,vt doleam alienis incommodis; non compunctionem,vt mihi condonetur;non puritatem cogitationum;non propoſitum Deo placens. Qua igitur fronte,qua licentia venicam poſtulabo? Frequenter tecum Domine de pœnitentia agenda pactum inij;ſed fidem tibi datam feſelli: Frequenter ante te in Eccleſia procido:Sed mox egreſſus in peccata incido: Frequenter te mei miſertum eſt; Sed ego te reieci: Frequenter me ſuſtinuiſti;ſed nihil me emendaui: Frequenter me erexiſti;ſed ego rurſus concidi Quàm me variis rebus inſtruxiſti, & ego ingratus fui:Quoties tu me exaudiſti, & ego tibi nolui auſcultare. Quoties mihi conſenſiſti & ego tibi nequaquam ſeruiui? Quàm multis me tu rebus honoraſti,& ego te inhonoraui? Quoties peccantem me tanquam pater hortatus es? tanquam bonꝰ toleraſti,tanquam filium exoſculatus es,tanquã vnum è liberis tuis allocutꝰ es,tanquam pater admonuiſti,tanquã paruulum aduocaſti,vlnas expandiſti,lapſum tenuiſti,ac mihi dixiſti: Ne metue,erigere;rurſũ conſiſte,rurſũ age:rurſum ne metue:non perſequor te,non auerſor,non increpo te, non execror opus quod formaui; non obduro viſcera mea erga filium meum: nec enim odiſſe poſſum hominem, quem meis ipſe manibus effinxi, pro quo meipſum depreſſi,pro quo ſanguinem meum fudi. Quomodo non ſuſcipiam ad me conuerſum, mihi accidentem? Propterea Domine,cum innata tibi ſit,quæ nulla gratitudine compenſari poteſt benignitatis abyſſus, & tolerantiæ pelagus, Ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me: *Sed iterum atque iterum leni in me eſto animo. Ne properaueris exſcindere me vt ficum illam infrugiferam: Sed tanquam bonus & clemens Dominus etiam hoc anno præter cæteros relinque me,vt pœnitentiam agam. Ne tædeat te ferre meam pigritiam atq; ſegnitiem; nec abripias me imparatum: ne aggrediaris me, qui lampadem meam non accendi; ne me aggrediaris carentem veſte nuptiali: ne nudam meam animam infamiæ nota ſignatam tribunali tuo ſiteris:ne me aggrediaris interea dum nihil habeo quod tibi offeram: Sed patiens eſto; exſpecta; benigne mecum age: miſe-*

Luc. 13.

Matth. 25.
Matth. 22.

θεραπευθῆναι. ἀλλὰ συμπάθησον κἀμοὶ τῷ πτωχῷ, τῷ γυμνῷ, τῷ ῥαθύμῳ, τῷ ἀμελεῖ, τῷ ἐλεεινῷ, τῷ ἀπόρῳ, τῷ πόρνῳ, τῷ ῥυπαρῷ, τῷ ἀσώτῳ, τῷ ἀγνώμονι· τῷ ἀσπλάγχνῳ· τῷ πεπωρωμένῳ, τῷ βεβυθισμένῳ, τῷ κατακεκριμένῳ καὶ ἀπροσώπῳ καὶ ἀπαρρησιάστῳ, καὶ ἀναπολογήτῳ, τῷ ἀναξίῳ πάσης φιλανθρωπίας· τῷ ἀναξίῳ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς· τῷ ἀξίῳ πάσης τιμωρίας, καὶ γεέννης, καὶ κολάσεως.

Ἀλλὰ κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με· ἐλέησόν με κύριε ὅτι ἀσθενής εἰμι. ἀσθενὴς εἰμὶ τῇ σαρκί, ἀσθενὴς εἰμὶ τῇ ψυχῇ· ἀσθενεῖ μου ἡ γνώμη· ἀσθενεῖ μου ὁ λογισμός· ἐξέλιπέ μου ἡ ἰσχύς. ἐξέλιπεν ὁ χρόνος· ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι μου· καὶ θεωρῶ τὸ τέλος ἐγγίζον. ἀλλὰ ἄνοιξον κἀμοὶ δέσποτα τῷ ἀναξίως κρούοντι· καὶ μὴ ἀποκλείσῃς κατ' ἐμοῦ τὴν θύραν τοῦ ἐλέους σου· ἄνοιξόν μοι τὴν θύραν, καὶ ἔκτεινόν μοι τὴν χεῖρα, τῷ ἐν βυθῷ τῶν ἡδονῶν χειμαζομένῳ· καὶ μὴ κλείσῃς κατ' ἐμοῦ. ἐὰν γὰρ σὺ κλείσῃς, τίς ἄρα ἀνοίξει; ἐὰν μὴ σὺ φθάσῃς, τίς ἄρα ἀνοίξει; ἐὰν μὴ σὺ φθάσῃς, τίς ἵνα φθάσῃ; ἐὰν μὴ σὺ σπεύσῃς, τίς λοιπὸν βοηθήσει ἡμῖν; οὐδεὶς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ φύσει θεός. δὸς ἡμῖν καιρὸν ζωῆς, καὶ καιρὸν ἐπιστροφῆς· νίκησον τὴν πώρωσιν, καὶ ποίησον τὴν διόρθωσιν. σὺ δός μοι ἔτι μικρὸν χρόνον, καὶ ποίησόν μοι σωτηρίας τρόπον. ἐὰν γὰρ σὺ μὴ ποιήσῃς τρόπον. ὅσα ἂν ἐγὼ ποιήσω σαθρά εἰσι καὶ ἀβέβαια. ὅσα ἂν δοκιμάσω, ἀδύναμά εἰσι καὶ ἀκατάλυτα. ὅσα ἂν ἐπιχειρήσω, ἀνωφελῆ εἰσι καὶ ἀπλήρωτα. λοιπὸν μὴ ἀναβάλῃ δέσποτα, ἀλλὰ φθάσον τὸ πλάσμα σου. σὺ γὰρ εἶπας δέσποτα, ὅτι οὐ δύνασθε χωρὶς ἐμοῦ ποιῆσαι οὐδέν. πρόλαβε τῇ ἐπιστροφῇ τῆς ψυχῆς μου τὸν χρόνον τῆς ζωῆς μου. τυραννοῦμαι γὰρ ὑπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου. τυραννοῦμαι ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ. τυραννοῦμαι ὑπὸ τῆς φύσεως. τυραννοῦμαι ὑπὸ τῆς κακῆς προαιρέσεως. ἐπιπλέον δὲ τυραννοῦμαι ὑπὸ τῆς κακῆς συνηθείας· διὸ ἐλέησόν με κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι. ἐξενεύρωσε γάρ με ὁ ἐχθρὸς; ἀσθενῆ με καὶ συντετριμμένον ἐποίησεν. ὁ δὲ ἀσθενὴς καὶ συντετριμμένος οὐ δύναται ἐλεῆσαι ἑαυτόν. λοιπὸν ἐλέησόν με

κύριε

reat te mei pauperis, nudi, ſocordis, incurij, miſerabilis, inopis, impudici, ſordidi, laſciui, ingrati, inhumani, obdurati, demerſi, damnati, qui nec vultum oſtendere, nec liberius eloqui, nec excuſare me poſſum; mei te miſereat, indigni omnis humanitatis; indigni cœli & terræ; ſed digni omnis pœnæ, & tormenti atq; ſupplicij.

At, ô Domine, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Miſerere mei, Domine, quoniam infirmus ſum. *Infirmus ſum carne, infirmus anima; languet mihi mens; languet mihi cogitatio. Defecit virtus mea: defecit tempus: defecerunt in vanitate dies mei, & video appropinquantem finem. Sed aperi etiam mihi, Domine, licet indigne pulſanti; nec ianuam tuæ miſericordiæ mihi præcluſeris. aperi mihi ianuam, & porrige manum mihi in profundo voluptatum tempeſtate iactato: ne (quæſo te) hanc mihi præcluſeris. Nam ſi tu clauſeris, quis tandem aperiet? Niſi tu effeceris, quis aperiet? Niſi tu effeceris, quis eſt qui efficiat? Niſi tu feſtinaueris, quis præterea nobis ſuccurret? Nemo, niſi tu qui ſolus es Deus. Da nobis & vitæ, & conuerſionis tempus. Contunde duritiem meam, & me corrige. Tu mihi paululum adhuc temporis concede, & operare mihi ſalutis modum. Ni enim tu hunc confeceris, quæcunq; ego fecero, infirma ſunt atq; incerta: quæcunq; ego probauero, ſine viribus erunt facilèq; euaneſcent: quæcunq; ego aggreſſus fuero, inutilia & imperfecta erunt. Ne vltra diſtuleris, Domine; ſed figmento tuo maturius ſuccurre. Tu enim dixiſti, Domine, aliquando:* Sine me nihil poteſtis facere. *Præuerte igitur conuerſione animæ meæ tempus vitæ meæ. Nam & aduerſarius meus, & mens ipſa atq; natura, & vitioſa cum voluntas cum conſuetudo vim mihi inferunt. Ea propter* Miſerere mei, Domine, quoniam infirmus ſum. *Eneruauit iam me inimicus, & infirmum me atque contritum effecit: infirmus autem atque contritus, in ſeipſum miſericordiam exhibere nullam poteſt. Supereſt itaque, Domine, vt te mei miſereat, quoniam infir-*

Pſal. 7.

Ioan. 15.

Pſalm. 6.

κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι. ὁ ἀσθενῶν οὐ δύναται ἐργάσασθαι. ἐλέησόν με κύριε ὅτι ἀσθενής εἰμι· ἴασαί με κύριε ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου. ἐταράχθη καὶ συνετρίβη μου τὰ ὀστᾶ τῆς ψυχῆς. ὁ δὲ συντετριμμένος τὰ ὀστᾶ, οὐ δύναται ἀναστὰς ἐπιζητῆσαι ἰατρόν. οὐ δύναται δραμεῖν καὶ ῥυσθῆναι τὸν ἐχθρόν. λοιπὸν σὺ ζήτησόν με δέσποτα, ὁ ἐλθὼν ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός· σὺ πάλιν πρὸς ἐμὲ τὸν περιπεσόντα λῃσταῖς κατάλαβε, καὶ προκατάλαβε. οὐ γὰρ ἡμιθανῆ ἀλλ᾽ ὁλοθανῆ με πεποίηκε. λοιπὸν ἴασαί με κύριε καὶ ἰαθήσομαι. σῶσόν με καὶ σωθήσομαι. ἴασαί με κύριε, ὅτι ὁ ὄφις ὁ πονηρὸς ὅλον με ἀσθενῆ καὶ σεσηπότα πεποίηκεν. ὁ δὲ ἀσθενὴς καὶ σεσηπώς, ὅλος χαμαικεῖται· ὅλος ἔρριπται πτῶμα· ὅλος ἀργεῖ· μόνον ὅτι βοᾷ, καὶ τὸν ῥυόμενον ζητεῖ. μόνον ὅτι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνυψοῖ, καὶ περισκοπεῖ πότε ἥξει, πότε ἐπισκέψεται αὐτὸν ὁ δεσμεύων τοὺς συντετριμμένους· καὶ σώζων τοὺς ἀπεγνωσμένους. ἴασαί με κύριε ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου· καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. ψυχικὸς φησὶν ὦ δέσποτα κατέλαβέ με τάραχος· ψυχικοῖς περιέπεσον πάθεσι, τὴν σάρκα καὶ τὴν ψυχὴν ποιησάμενος παίγνιον. ἴασαί με κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου, τὰ συνδεσμοῦντα καὶ ἀνορθοῦντα τὸν ἔσω μου ἄνθρωπον· ποῖα ταῦτα; ἡ πίστις, ἡ φρόνησις· ἡ ἐλπίς· ἡ ἀγάπη· ἡ σωφροσύνη· ἡ ἐγκράτεια· ἡ δικαιοσύνη. ἡ εὐσέβεια· ἡ πραότης· ἡ ταπεινοφροσύνη· ταῦτα τὰ ὀστᾶ ἐπ᾽ ἐμοὶ συνετρίβησαν, καὶ ἐταράχθησαν, καὶ ἐσαθρώθησαν. ἐπὶ δὲ τῶν σῶν ἁγίων κύριε φυλάττεις πάντα τὰ ὀστᾶ αὐτῶν, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ συντριβήσεται, εἰ καὶ τὰ τοῦ σώματος τῶν σῶν μαρτύρων συνετρίβησαν. ἴασαί με κύριε ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου, καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. ὁρῶ γὰρ ἤδη λοιπὸν τὴν ὥραν τῆς ψυχῆς μου προκόψασαν· τὸν χρόνον ἐκλείψαντα· τὸ τέλος ἐγγίσαν· τὸ γῆρας ἀκμάσαν. τὸ θέρος μου κλῖναν, καὶ πρὸς τὴν τομὴν ἐπεῖγον, τὸν θεριστήν μου προσιδόντα, τὴν δρεπάνην δεικνύοντα, ἀξίνην βαστάζοντα, τὴν ἐκκοπὴν μηνύουσαν, καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. ὁρῶ τὰ κατ᾽ ἐμαυτὸν ἀδιόρθωτα, καὶ καθ᾽ ἡμέραν εἰς τὸ χεῖρον ἐρχόμενον. καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. ὁρῶ τὸν κλέπτην λοιπὸν προσεγγίζοντα, καὶ τοῦ

βίου μου

infirmus ſum; & eiuſmodi quiſquis eſt, nõ poteſt operari quidquam.
Miſerere mei Dñe, quoniã infirmus ſum: Sana me, Dñe,
quoniã turbata ſunt oſſa mea. *Turbata & comminuta ſunt*
oſſa animæ meæ: cuius autẽ oſſa comminuta ſunt, is nequit ſurgere,
vt ſibi medicũ quærat: nec poteſt currere, vt hoſtẽ euadat. Tu itaq;
Dñe, quære me, qui veniſti quærere & ſaluũ facere, ꝙ perierat. Luc. 19.
Tu rurſum ad me in latrones delapſum accede atq; anteuerte. Luc. 10.
nõ enim me iam ſemimortuũ duntaxat, ſed plane mortuũ effecerũt.
Itaq; ſana me, Dñe, & ſanabor: Saluũ me fac, & ſaluus ero.
Sana me, Dñe, quoniam ſerpens ille malus totũ me infirmũ & corruptum
reddidit: infirmus verò & corruptus qui eſt, totꝰ humo adflictus
iacet: totꝰ abiectus eſt inſtar cadaueris; totus iners: Clamat
duntaxat & qui liberet, aliquem inquirit: Oculos tantum attollere
poteſt atq; circumſpicere, quando veniet, & quando inuiſet eũ ille,
qui obligat contritos, & ſaluos facit, de quibꝰ deſperatũ erat. Sana
me, Dñe, quoniã cõturbata ſunt oſſa mea, & anima mea
turbata eſt valde. *Animæ, inquit, ô Domine, turbatio inuaſit me:*
in animi perturbationes incidi, poſtquam animam & corpus pro ludicro
habui. Sana me, Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea,
quæ interiorem meum hominẽ vinciunt atq; corrumpunt. At quænã
hæc ſunt oſſa? Fides, prudentia, ſpes, charitas, temperantia, continẽtia,
iuſtitia, pietas, manſuetudo, humilitas; hæc oſſa in me contrita
ſunt, cõturbata ſunt, corrupta ſunt. Verũtamẽ in ſanctis tuis,
Domine, cuſtodis *tu* oĩa oſſa eorum, & vnũ ex eis non conteretur; Pſal. 33.
quantumuis corporis oſſa in Martyribꝰ tuis contrita fuerunt.
Sana me, Dñe, quoniã conturbata ſunt oſſa mea & anima
mea turbata eſt valde. *Iã enim video vigorẽ animæ meæ*
præteriſſe; tempus defeciſſe; finem aduenisse; ſenium maturuiſſe; Matth. 13.
meſſẽ meam inclinatã & ad demeſſionẽ perductam; meſſorẽ meum, Luc. 13.
oſtenſa falce feſtinantẽ, aſciam geſtantẽ, ac mihi exciſionẽ indicantem.
Et anima mea turbata eſt valde. *Video res meas non eſſe*
emendatas, ſed quotidie in deterius delabi: & anima mea turbata Matth. 24.
eſt valde. *Video furem iam propius accedentem, & è vita abri-*

Digitized by Google

βίου με ἁρπάσαι ἀπειλοῦντα. καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. ὁρῶ τὴν ἔξοδον τοῦ βίου πρὸς τὰ ἐκεῖσε χαλεπὴν καὶ μακράν· καὶ ἐμὲ ἐφόδια μὴ ἔχοντα.

Καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα· ὁρῶ τὸν θάνατον ἐγγίσαντα, κἀμὲ φυράσαντα. ὁρῶ τὴν προθεσμίαν πληρωθεῖσαν, καὶ ἐν ἀπορίᾳ με φθάσαντα. ὁρῶ τὸν λογοθέτην τὸ χειρόγραφόν μοι ἐπισείοντα, καὶ τοὺς δεσμίους βρύχοντας· ὁρῶ πολλοὺς κατηγόρους, καὶ οὐδένα ξυνήγορον· καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα· θροοῦμαι καὶ ἀγωνιῶ· φρίττω καὶ προκατασείομαι, καὶ τί πρᾶξαι οὐκ ἐπίσταμαι. χρόνον ζωῆς αἰτήσομαι; ἀλλὰ φοβοῦμαι μήπως πάλιν ἁμαρτημάτων ποιήσωμαι προσθήκην, καὶ ἀνετοίμως πορεύσωμαι, καὶ ποίῳ προσώπῳ τὸν κριτὴν θεάσωμαι ἀμηχανῶ, ὅτι ἐν ἄκροις τὰ κατ' ἐμαυτὸν ὁρῶ· ὁ πονηρὸς διενοχλῶν μοι οὐ παύεται· οἱ ἐχθροὶ τοῦ πολεμεῖν οὐκ ἀφίστανται· ὁ ἐμφύλιος τῆς σαρκὸς πόλεμος ἐκταράττων οὐ φείδεται· οἱ πονηροὶ λογισμοὶ οὐδαμῶς ἡσυχάζουσι. καὶ σὺ κύριε ἕως πότε; τὸ μὲν ὑπεσήμανεν οὐκ εἶπεν, ἀλλ' ἐξ ἄκρας ἀθυμίας καὶ περὶ στάσεως φρικτὸν δὲ καὶ τολμηρὸν βουληθεὶς εἰπεῖν πρὸς θεόν, ἐπέσχεν ἑαυτόν, καὶ τοῦτο ἀγαγεῖν οὐκ ἐτόλμησεν· ἀλλά φησι. καὶ σὺ κύριε ἕως πότε; ἰδοὺ φησίν, οἶδας δέσποτα κατ' ἐμὲ πανάθλια καὶ ταλαίπωρα καὶ ἐλεεινά. ἰδοὺ βλέπεις τὴν κατ' ἐμὲ σύστασιν, καὶ τὴν κάμινον τῆς σαρκός, καὶ τὴν ἀντίστασιν, καὶ τὸν πόλεμον τῶν ληστῶν. καὶ τὴν ἔκλειψιν τοῦ χρόνου. καὶ ἀτονίαν τῆς* ἐμῆς δυνάμεως. λοιπὸν κύριε ἕως πότε οὐ συμπαθεῖς; ἕως πότε οὐκ ἐκδικεῖς; ἕως πότε παρορᾷς; ἕως πότε μακροθυμεῖς; ἕως πότε οὐ παιδεύεις; ἕως πότε οὐκ ἐπιβλέπεις; ἕως πότε οὐ ῥύσῃ; εἰ γὰρ κἀγὼ ἄξιός εἰμι πάσης ἐγκαταλείψεως, ἀλλὰ τῷ ἐλέει σου τεύξομαι τῆς ἀφέσεως· ἡ γὰρ σὴ παρόρασις, γίνεται ἡμῖν κατάπτωσις. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πρὸς θεὸν ὁ προφήτης ἐξ ἀθυμίας, φθέγξασθαι λογισάμενος, ἐπέσχεν ἑαυτόν, ἵνα μὴ μαχόμενος ἔνθεν φανῇ· καὶ λοιπὸν ἀπὸ τούτων εἰς ἱκεσίαν μᾶλλον πρὸς θεὸν μεταφέρει τὸν λογισμόν, καὶ φησίν· ἐπίστρεψον κύριε ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου· σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου· κατὰ τὰ ἰδιώματα τοῦ δεσπότου, οὕτω καὶ ὁ προφήτης ἀνωτέρω προσάγων, εἶπεν·

* σῆς.

ἐλέησ

pere properantẽ: & anima mea turbata eſt valde. *Video quàm difficilis & longa futura ſit profectio ex hac vita ad ea quæ ibi ſūt; & viaticū inſuper mihi deeſſe: & anima mea conturbata eſt valde. Video fœneratorem acceſsiſſe, ac me ſubegiſſe ad inſtar farinæ: Video vaticinium impletū, & conſilij inopia me oppreſſum: Video rationum perſcriptorē chirographum mihi meum obumbrantem, vinculaq; ſtridentia: Video multos accuſatores, ſed nullum patronum:* Et anima mea turbata eſt valde. *Turbor, & anxius ſum: horreo, & concutior, neq; expedio quid agā. Viuendi ſpatiū petam? At vereor ne quid rurſum ad peccatorū cumulū adiiciā, & imparatus hinc abeā. Nec ſat ſcio quo vultu Iudicē intueri poſsim, quod in extremis res meas conſtitutas videā. non deſinit me perturbare malꝰ genius; non hoſtes oppugnare, non carnis meæ inteſtinū bellum moleſtiā inferre; cum interea nec improbæ cogitationes vllā quietem concedant.* Et tu, Dñe, vſquequo? *Quidnā (Propheta) indicare vellet, non expreſsit: Sed cum ex maxima ægritudine animi atq; neceſsitate horrendum qđ & audax voluiſſet Deo indicare, cohibuit ſe, nec id efferre auſus eſt, ſed dixit;* Et tu, Dñe, vſquequo? *Ecce, inquit, Domine, tibi notum, quàm ſint mea oīa laboribus, ærumnis atq; miſeriis plena. Ecce tu vides, quā mihi inſtēt aduerſarij; vides carnis incendiū ac repugnantiam, & Latronū bellum; vides temporis defectionem, & remiſsionem virium mearum. Itaq; Domine, quouſq; non moueberis erga me miſericordia? quouſq; non vlciſceris? quouſq; negligēs me? quouſq; hæc tolerabis? quouſq; non corripies? quouſq; non inſpicies? quouſq; nō liberabis? Etſi enim ego dignꝰ ſum, qui penitus deſerar, at tua miſericordia veniam conſequar. nam ſi tu deſpexeris certiſsimo labimur. Hæc atq; his ſimilia cum Propheta proloqui ad Deum præ animi mœrore cogitaſſet, coërcuit ſeipſum, ne cum Deo pugnare vllo modo velle videretur. Itaq; ab his ad ſupplicandum Deo cogitationem transfert, dicens:* Conuertere, Domine, eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. *Ita pro Domini ingenio ſuprà etiam Propheta agens, dicebat:*

Matth. 5.

Pſalm. 6.

N 2 Miſe-

Staatliche Bibliothek Bamberg

Digitized by Google

Ἐλέησόν με κύριε, ἴασαί με. εἶτα ἐπίστρεψον, ὡς ποιμὴν. ὡς ὁδηγὸς ῥῦσαι. ὡς δυνατὸς σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. οὐχ ἕνεκεν τῶν ἔργων μου, πονηρὰ γάρ εἰσιν. οὐχ ἕνεκεν τῶν λόγων μου, μάταιοι γάρ εἰσιν. ἀλλὰ σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. εἰ δὲ δικαιῶσθαι βούλει πρὸς με δέσποτα, ἐγὼ κατ' ἐμαυτοῦ ἐκφέρω τὴν ἀπόφασιν. καὶ ὁμολογῶ ὅτι ἄξιος θανάτου ἐγώ. εἰς τὸ ἔλεός σου καταφεύγω. οὐδὲν ἔχω προσαγαγεῖν σοι. ἐλεημοσύνην ζητῶ παρὰ σοῦ. μὴ ζητήσῃς τὴν ταύτης τιμήν. οὐδεὶς γάρ ποτε ἐλεημοσύνην πιπράσκει, ἀλλὰ δῶρον παρέχει. διὸ σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. μνήσθητι τῶν λόγων σου ὧν ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς εἴρηκας. μνήσθητι δέσποτα ὅτι ἐπιμελῶς ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος αὐτοῦ. μνήσθητι δέσποτα ὅτι πηλόν με ἔπλασας * πυρὰν καὶ αἱματώδη. μνήσθητι ὅτι ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη. μνήσθητι ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν. μνήσθητι ὅτι ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, οὐδεὶς ὑποστήσεται. μνήσθητι ὅτι οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' ἂν μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστι. μνήσθητι ὅτι ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκύησέ με ἡ μήτηρ μου. μνήσθητι ὅτι οὐδὲ αὐτὸς ὁ οὐρανὸς καθαρὸς ἐνώπιόν σου. οὐδὲ αὐτὰ τὰ στρατεύματα τῶν ἀγγέλων ἄμεμπτα ἐνώπιόν σου εἰσίν. εἴγε καὶ ἐξ οὐρανοῦ ἔπεσόν τινες διὰ τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν. διὸ σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου, ἐμὲ τὸν ἐλέους δεόμενον. ἐὰν τὸν ἄξιον διασώσῃς, οὐδὲν θαυμαστόν· ἐὰν τὸν δίκαιον ἐλεήσῃς, οὐδὲν ξένον, ἄξιος γάρ ἐστι· καὶ ἐὰν τὸν σπουδαῖον δοξάσῃς, οὐδὲν μέγα. δίκαιον γὰρ τοῦτό ἐστιν· ἀλλὰ μᾶλλον εἰς μὲ θαυμάστωσον τὰ ἐλέη σου, ἵνα ἐν ἐμοὶ δοξασθῇ ἡ φιλανθρωπία σου. ἐπεὶ καὶ ἰατρὸς δόκιμος τότε ἐπαινεῖται καὶ θαυμάζεται, ὅτε νόσους ἀνιάτους καὶ ἀπηλπισμένας ἰᾶται. καὶ βασιλεὺς ἀγαθὸς τότε δοξάζεται καὶ εὐφημεῖται, ὅτε τοῖς ἀναξίοις δωρεὰ χαρίζεται. οἶδας γὰρ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως ὡς πλάσας. καὶ οἶδας αὐτὴν ὡς ἐνδυσάμενος αὐτήν, καὶ σώσας αὐτήν.

*Fort. φυρὰν pro φύραμα: vt ſenſus ſit: feciſti me maſſam ſanguineam.

Διὸ καὶ νῦν σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. μὴ νικήσῃ ἡ ἐμὴ κακία τὴν σὴν εὐσπλαγχνίαν, μὴ νικήσῃ ἡ ἐμὴ ῥαθυμία τὴν ἀνείκαστόν σου φιλανθρωπίαν. εἰ γὰρ καὶ κριθῆναι βουληθῇς πρὸς ἡμᾶς, πᾶν

στόμα

Miſerere mei, Domine; ſana me. *deinde conuertere, velut* Pſal. 6.
paſtor: eripe me velut itineris dux: velut potens autem ſaluum
me fac propter miſericordiam tuam. non propter opera mea, quæ
mala ſunt: non propter verba mea, quæ vana ſunt: Sed ſaluum
me fac propter miſericordiam tuam. *Quod ſi iudiciũ aduerſum*
me inſtituere velis, Domine, ego contra meipſum profero ſententiã;
& me dignum morte pronuncio. ad miſericordiam tamen
tuam confugio. Nihil habeo quod tibi offeram: ac proinde abs te eleemoſynam
peto. pro qua ne (quæſo) pretium exigas. Nemo enim
eleemoſynam ſuam vnquam vendit; ſed pro munere gratis elargitur.
Quare ſerua me propter miſericordiã tuam. Memento verborum
tuorũ, quæ in ſacris literis prolocutus es. Memento, Domine, Gen. 8.
quod mens hominis aſſiduè propendet in malũ à iuuentute ſua. Memento, Gen. 2.
Domine, quod lutum me finxeris, buſtum & ſanguineum. Tob. 8.
Memento quod homo vanitati aſſimilatus ſit. Memento quod non Pſal. 143.
iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Memento quod ſi iniquitatem Iob. 9. Rom. 3.
obſeruaueris, nemo ſuſtinebit. Memento quod nemo mundus Galat. 2. Pſal. 129.
à ſorde, ne ſi vnius tantummodo dies fuerit eius vita. Memento
quod in iniquitatibus conceptus ſim, & in peccatis conceperit me Pſal. 50.
mater mea. Memento quod ne ipſum quidum cœlum mundum ſit Iob. 15.
coram te, nec ipſi Angelorum exercitus ſine culpa, quandoquidem Iob. 25. Iob. 4.
è cœlo ceciderunt ipſorum aliqui ob peccatum ſuum. Ea propter 2. Pet. 2.
ſerua me propter miſericordiam tuam; me, inquam, miſericordiæ tantopere indigentem. Quod ſi ſalutem promeritum, nihil hoc mirum: Sin iuſti te miſertũ fuerit, neq; hoc nouum; dignus enim eſt. Si etiam bonum & probum virum laudaueris, non eſt hoc magnum aliquid, cum ita æquum ſit. Sed erga me potius mirifica miſericordias tuas, vt in me laudetur tua benignitas. Nam & probatus medicus tunc demum laudatur atq; admirationi eſt, quando incurabiles ac deſperatos morbos curat. Et bonus Rex tunc commendatur atq; celebratur, cum in ipſos etiam immeritos munificus eſt. Tu noſti naturæ noſtræ imbecillitatem, cum eam ipſe formaris: noſti & ex eo quod eandem ipſe aſſumpſeris atq; ſeruaris.

Propterea nunc quoq; ſaluũ me fac propter miſericordiã

Digitized by Google

στόμα φράζεσθαι μὴ ἔχειν τι ἀπολογήσασθαι. ὑπὲρ πόσων γὰρ εὐεργεσιῶν δυνάμεθα ἐξομολογήσασθαι τῇ ἀνεκδιηγήτῳ σου ἀγαθότητι. μὴ ὄντας ἡμᾶς ἐποίησας. καὶ ποιήσας ἐπλήθυνας. ἐσκέπασας· ηὔξησας· πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν ἡμῶν. εἶτα πλανηθέντας ἰδίῳ αἵματι ἐξηγόρασας, ἀπολεσθέντας ἐζήτησας, ηὗρες, ἐβάστασας. γυμνωθέντας ἐνέδυσας. ταπεινωθέντας ἐπλούτισας· υἱοὺς ἡμᾶς καὶ ἀδελφοὺς καὶ κληρονόμους θεοῦ καὶ συγκληρονόμους πεποίηκας. καὶ τί πρὸς ταῦτα ἡμεῖς ἀπολογήσασθαι οὐχ εὑρίσκομεν. διὸ μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου. μὴ ἐπισταθμήσῃς ταῖς ἡμῶν ἁμαρτίαις τὴν ἀπειλήν. ἀλλὰ ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν ἡμῶν, καὶ μὴ στήσῃς δικαίως τὸν ζυγόν σου· ἀλλὰ φιλανθρώπως ῥέψον καὶ κλῖνον ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. ἐκ τοῦ ἡμετέρου φορτίου βάρησον εἰς τὸ ἔλεός σου. καὶ πάριδε ἑκουσίως τὸ βάρος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. καὶ ὑπέρβηθι τὸ πλῆθος τῶν ἀνομιῶν ἡμῶν. καὶ σῶσον ἡμᾶς ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου· δι᾽ οὗ πάντες οἱ σωθέντες ἐσώθησαν. κἂν γὰρ μωσέα εἴπω, ἀλλ᾽ οὐδὲ αὐτὸς ἀναμάρτητος, ὡς ἡ γραφὴ ἐμαρτύρησε. κἂν ἀαρὼν, κἂν τὸν δαβὶδ κατανοήσω, κἂν αὐτὸν ἐκεῖνον πέτρον τὸν κορυφαῖον καὶ μέγαν, οὐδὲ αὐτὸς ἀναμάρτητος, οὐδὲ ἄμεμπτος. διὸ πίστει ζητῶ σωθῆναι. πίστει. οὐ πράξει. ἵνα καὶ πρὸς ἐμὲ ὁ φιλάνθρωπος εἴπῃς. ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. πορεύου εἰς εἰρήνην. ὅσοις γὰρ συνεχώρησας δέσποτα, οὐδενὶ εἴρηκας, τὰ ἔργα σου σεσώκασί σε, πορεύου εἰς εἰρήνην. ὅτι πᾶσα ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν ἐνώπιόν σου, ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης. διὸ πάλιν λέγω, σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξει με πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου· Χριστὲ διώξει με τὸ ἔλεός σου, τὸν κακῶς ἀπὸ σοῦ ἀποφυγόντα, τὸν δραπέτην, τὸν ἀεὶ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν τρέχοντα. τὸ ἔλεός σου Χριστὲ διώξεται, καὶ ἐμποδίσει καὶ ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ ἄγξει με τὸν ἐγγίζοντα πρὸς σέ. σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. διὸ θαυμάστωσον καὶ ἐπ᾽ ἐμοὶ τὰ ἐλέη σου, ὁ σώζων τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σοί. ὁ ποιῶν ὑπὲρ ὃ ἐλπίζομεν καὶ ὑπὲρ ὃ αἰτούμεθα ἔλεος. προσῆλθέ σοι δέσποτα, ποτὲ χρεοφειλέτης σου μυρίων ταλάντων, προθεσμίαν μόνην μικρὰν ἄλλην αἰτούμενος, καὶ ὡς φιλάνθρωπος τελείαν αὐτῷ τὴν συγχώρησιν δέδωκας τῶν μυρίων ταλάντων ὁ μὴ κακῶς μετὰ ταῦτα τῷ ἀδελφῷ ἐμνησικάκησεν. ἐπέστρεψέ ποτε πρὸς

σὲ

tuam. *Ne vincat, quæſo, tuam miſericordiam mea malitia: ne mea*
ſegnities tuam benignitatem inſuperabilem. nam ſi in iudicium vo-
cari aduerſus nos volueris, omnium ora obſtruentur, nec erit quo ſe
excuſent. quî enim pro tantis in nos beneficiis poſſim⁹ ſatis laudare
inexplicabilẽ tuã bonitatẽ? Feciſti nos ex nihilo, & factos abũdare
feciſti, protexiſti, auxiſti, eĩa ſubiiciens pedibus noſtris. Poſt hac in Pſal. 8.
errorẽ inductos tuo ipſi⁹ ſanguine redemiſti: perditos quæſiuiſti, in-
ueniſti, baiulaſti; nudatos veſtiſti: extenuatos ditaſti: filios nos Dei
& fratres ac hæredes, atq; cohæredes (Chriſti) effeciſti. nec quid-
quam ad iſta ſuppetit, quo nos defendamus? Quare ne intrane- Pſal. 142.
ris in iudiciũ cum ſeruo tuo, neq; examinaueris tuas comminationes
ad noſtra delicta: Sed auerte faciẽ tuã à peccatis noſtris, ne etiã iuſtã Pſal. 50.
ſtatueris ſtaterã tuã, ſed fac vergat ac declina eã ô miſericors, ex hoc
latere in illud: cõmuta onus noſtrũ in pond⁹ miſericordiæ tuæ, negli-
ge ſtudio grauitatẽ peccatorũ noſtrorũ: multitudinẽ iniquitatũ no-
ſtrarũ tranſcẽde, & ſerua nos propter miſericordiã tuã. ꝑ quam oẽs
quotquot ſalui facti, ſeruati ſunt. Nã ſiue Moſen dixero, nõ eſt abſq;
peccato, vt ſcriptura teſtata eſt; ſiue Aaronẽ, ſiue Dauidẽ cogitâro; Deut. 32.
ſiue ipſum Petrũ magnum illũ Principẽ, neq; hic peccato aut culpa 2. Reg. 12. Matth. 26.
vacuus. Hinc ꝑ fidẽ cupio ſaluus fieri. ꝑ fidẽ, inquã, non ex meo ope-
re: vt & ego tua benignitate audiã, Fides tua te ſaluũ fecit, vade Luc. 18.
in pace. *Nemini enim oĩum, quibus veniã dediſti, Dñe, dixiſti: O-*
pera tua te ſaluũ fecerunt, vade in pace. quia noſtra oĩs iuſtitia tan- Eſai. 64.
quã pann⁹ menſtruatæ in cõſpectu tuo, Itaq; rurſum aio, Saluũ me
fac ꝓpter miſericordiã tuã: Et miſericordia tua ſubſeque Pſal. 22.
tur me omnib⁹ dieb⁹ vitæ meæ. *Miſericordia tua ſubſequetur*
me, qui turpiter abs te aufugi, me ſeruũ fugitiuũ, qui ſemper ad pec-
catum confugio. miſericordia tua ſubſequetur me, & comprehen-
det, ac in camo & freno ducet me appropinquantem ad te. tu enim Pſalm. 31.
es Deus ille qui facis mirabilia ſolus. Quapropter mirifica & in me Pſal: 71. Pſalm. 16.
miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te: qui facis miſeri-
cordiã ſupra quã ſperare aut petere audeamus. Acceſſit ad te ali-
quando tuus decẽ milliũ talentorũ debitor, & cum diem condictum
prorogari duntaxat aliquantiſper peteret, tu etiã pro tua benigni- Luc. 13.

tate

Digitized by Google

τε ὁ ἄσωτος δυσωπῶν γενέσθαι ὡς εἷς τῶν μισθίων σου, σὺ αὐτὸν υἱὸν καὶ κληρονόμον πεποίηκας.

vel αὐτῷ.

ᾐτήσατό σε λῃστὴς μνήμην μόνον λαβεῖν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, σὺ δὲ ὅλον * αὐτὸν ἐδωρήσω τὸν παράδεισον. προσῆλθέ σοι πόρνη μόνον δακρύσασα μηδὲν αἰτήσασα, καὶ ἔλαβεν ὑπὲρ ὧν ἤλπισε καὶ ἐζήτησεν. ἐδάκρυσέ ποτε Πέτρος τὴν συγχώρησιν αἰτούμενος, σὺ δὲ κλειδοῦχον αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς βασιλείας πεποίηκας. τοιοῦτον γάρ σου τὸ ἔθος, ἐν τοῖς ἄκρως ἀπεγνωσμένοις, ἐν τοῖς μηδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας ἔχουσιν· ἐν τοῖς εἰς αὐτὸν τὸν πυθμένα τοῦ ᾅδου τῇ ἁμαρτίᾳ φθάσασιν, εἰς αὐτοὺς ἐνδείκνυσθαι τὸ μέγεθος τῆς φιλανθρωπίας σου. διὰ τοῦτο πάλιν λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι. σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου κύριε, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου: ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; διὰ τοῦτο σπεύδω· διὰ τοῦτο τρέμω· διὰ τοῦτο ἀγωνιῶ, γινώσκων ἀκριβῶς ὅτι ἐπ' ἂν τὸ πέρας τῆς ζωῆς μου φθάσῃ, ἐν τῷ ᾅδῃ οὐδαμῶς τῷ θεῷ ἐξομολογήσομαι· οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῷ ᾅδῃ μετάνοια. οὐκ ἔστι θανάτου συγχώρησις. οὐκ ἔστιν ἐν τῷ μνήματι ἄφεσις. πανήγυρις γάρ ἐστιν ὁ βίος ὁ ἡμέτερος. καὶ ἐπ' ἂν λυθῇ ἡ πανήγυρις, οὐδεὶς οὐκέτι ἐκεῖ πραγματεύσασθαι δύναται. ἐὰν τὸ στάδιον παρέλθῃ, οὐδεὶς ἐκεῖ ἀγωνίζεται καὶ στεφανοῦται. ἐπ' ἂν ἡ νὺξ καταλάβῃ, ἡ ἀγορὰ καὶ τὸ κέρδος οὐ φαίνεται. ἄκουσον τί φησιν ἡ γραφὴ περὶ παντὸς ἀνθρώπου τὸν βίον πλουτήσαντος· θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, οὗ ἡ ὁδὸς ἀπεκρύβη· συνέκλεισε γὰρ ὁ θεὸς κατ' αὐτοῦ. ὅπου δὲ θεοῦ συγκλεισμός, ποία λοιπὸν ἐκεῖ μετάνοια; οὗτος ὁ βίος τῶν καμνόντων, ἐκεῖνος τῶν στεφάνων. οὗτος τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας, ἐκεῖνος ὁ βίος τῆς ἀληθοῦς δικαιοκρισίας. διὸ σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου· ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; τίς; οὐδείς. διὰ τοῦτο καλὸν τῷ προλαβόντι εὐτρεπίζειν ἑαυτὸν πρὸς τὴν ἐκεῖσε ὁδοιπορίαν, τὰ διαρκοῦντα ἐφόδια. ἵνα καὶ ἡμᾶς ἐκείνη ἡ νυκτερινὴ καὶ σκοτεινὴ τῶν μωρῶν παρθένων μὴ καταλάβῃ τῆς ἀπορίας ἡ δυστυχία, ἣν γινώσκων καὶ ἄλλος τις σοφὸς διανίστησιν ἡμᾶς. καὶ διυπνίζει τὴν προθυμίαν, καὶ λέγει· ἑτοίμαζε εἰς τὴν

tate ipſum vniuerſum decẽ milliũ talentorũ debitũ ipſi condonaras, niſi improbe poſt hæc acceptas olim à fratre iniurias vlciſci voluiſſet. Reuerſus olim ad te filius prodigus rogabat tantũmodo, vt eſſet ſicut vnus de mercenariis tuis; at tu illũ & filiũ & hæredem feciſti.

Rogabat te latro, vt ſaltem meminiſſes ipſius in regno tuo; tu verò totum illi paradiſum donaſti. Venit ad te meretrix cum lacrymis, nihil omnino abs te poſtulans; Sed maiora tulit, quàm aut petiſſet aut ſperaſſet. Fleuit Petrus veniam petens, cui tu mox claues Eccleſiæ atq; adeo regni (cælorum) commiſiſti. Hæc nempe tua eſt conſuetudo, vt in deſperatos, quibus nulla ſalutis ſpes reliqua, & qui ad ipſum vſq; inferni fundũ per peccatum peruenerunt, benignitatis tuæ magnitudinẽ oſtẽdas. Propterea repeto, nec deſinã vnquam repetere: Saluum me fac propter miſericordiã tuam Dñe, quoniã non eſt in morte, ꝗ memor ſit tui, in inferno autẽ ꝗs confitebitur tibi? *Propterea feſtino; propterea tremo; propterea ſum anxius, ꝙ ſciam certò nequaquã me in inferno confeſſurũ Deo, ſi fortè me vitæ finis occupauerit. non enim eſt apud inferos pœnitentia, nõ mortis condonatio, nõ eſt in monumento venia delictorũ. Nundinæ ſunt vita noſtra, quibus ſemel ſolutis nemo illic ampli⁹ poteſt mercari. Stadij curſu peracto, nemo illic certat, nemo coronatur. Poſtquam nox aduenit, deinceps nec forũ, nec lucrũ vllum apparet. Audi quid Scriptura dicat de omni homine, qui iam vita functus ſit: Mors viro requies, cuius abſcondita eſt via; Deus enim concluſit aduerſus illum. vbi autem Deus concluſit, quæ poteſt ibi ſupereſſe pœnitentia? Hæc vita laborantium eſt, illa coronarum: hæc ipſius clementiæ, illa veri iuſtiq; iudicij. Quare* ſaluum me fac propter miſericordiam tuam, quoniam non eſt in morte ꝗ memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? *Quiſnam?* Nemo. *Quapropter rectè fecerit, qui hocce tempus præoccupans, parauerit ſibi quæ ad hoc iter ſunt neceſſaria: ne nos etiam nocturna illa & tenebroſa fatuarum virginum inopiæ calamitas opprimat. Quam cum agnoſceret alius item ſapiens vir, excitat ille nos ad alacritatem ac diligentiam, dicens:*

Luc. 23.
Luc. 7.
Matth. 26.
Ioan. 21.
Matth. 16.
Pſal. 6.
1. Cor. 9.
Iob. 3.
Matth. 25.

τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου, καὶ παρασκεύαζου εἰς τὸν ἀγρόν. ἀγρὸν λέγων τὸν ἀνθρώπινον βίον, ἐπεὶ πᾶσα σὰρξ ὁ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου, ὡς ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως ἐξανθήσει, καὶ κληθήσεται, καὶ ξηρανθήσεται. καὶ ὑπὸ τὴν φωνὴν τοῦ στρουθίου πᾶσα βοτάνη ἀναστήσεται. τουτέστιν ὑφ' ὧν ἀρχαγγέλου, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι πᾶσα σὰρξ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται. ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου, καὶ παρασκεύαζου εἰς τὸν ἀγρόν. καὶ πάλιν φησίν. ὑπομιμνήσκου τὰ ἔσχατά σου, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἁμαρτήσεις. τούτων γὰρ τῶν ἐσχάτων ὑπομιμνησκόμενος ὁ προφήτης ἀεὶ καὶ τῆς ὥρας ἐκείνης τῆς φοβερᾶς, ἀδιαλείπτως ἔχων τὸν φόβον, διηνεκῶς ἐν κατανύξει διάγων ἐν πένθει καὶ ἐν κλαυθμῷ διενυκτέρευεν.

Διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου. λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου. βρέξω, γινώσκοντος ἀκριβῶς ὅτι οἱ σπείροντες ἐπὶ τῆς γῆς ῥανίδα ὕδατος ἐξ ὀφθαλμῶν, ἐν ἀγαλλιάσει θερίσουσι τὴν βοτάνην τῶν οὐρανῶν. καὶ ἔκλαιον βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν. ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, ἐν τῇ ἀναστάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν. καὶ γὰρ ὥσπερ δι' ὕδατος, καὶ πνεύματος, οὕτως δι' ὕδατος τῶν δακρύων καὶ πυρὸς καὶ θερμῆς κατανύξεως καταβαπτιζόμεθα καὶ καθαιρόμεθα· καὶ πνεύματος ἁγίου μέτοχοι γινόμενοι· οὔτε γὰρ τὸ βάπτισμα, οὔτε ἡ ἀληθὴς τῶν δακρύων κατάνυξις ἄνευ τοῦ ἁγίου πνεύματος δίδοταί ποτε· καὶ μὴ θαυμάσῃς, πολλάκις γὰρ ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ τοῦ βαπτίσματος εὑρέθη ἐν ἡμῖν ἡ κατάνυξις. τὴν γὰρ χάριν καὶ τὴν ἄφεσιν τὴν ἐν τῷ βαπτίσματι νήπιοι ἡμεῖς λαμβάνοντες ἐν ἁμαρτίαις αὐξόμενοι κατερρυπώσαμεν ταύτην καὶ ἐσβέσαμεν. διὰ δὲ δακρύων καὶ ἕως γήρως καὶ ἐσχάτης ἀναπνοῆς καθημέραν βαπτίζεσθαι καὶ ἀνακαθαίρεσθαι δυνάμεθα, καθὼς λέγει τὰ ἀκόλουθα τοῦ ψαλμοῦ. λέγει γάρ· ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου· ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου. τουτέστι κατερρυπώθην. συνηύξησα, συνεγήρασα ταῖς ἁμαρτίαις. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ εἰπεῖν. ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου· ἀλλ' ὅρα· μετὰ τὴν ἔγχρονον ἐν ἁμαρτίαις παλαίωσιν, κατὰ τὴν ἐν πάσῃ ἀνομίᾳ συμβίωσιν, οὐκ ἀπέγνω ὁ προφήτης αὐτός, οὐκ ἀπήλπισε τοῦ ἐλέους τοῦ θεοῦ.

Compone ad egreſſum opera tua, & accingere in agrum. Agrum dicit humanam vitam; quia omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis tanquam flos agri ſic marceſcet: & vocabitur, & ſiccabitur: & ſub vocem ſtruthij omnis herba reſurget: hoc eſt ad vocem Angeli in nouiſſima tuba omnis caro ex mortuis reſurget. Compone ad Eſai. 40. egreſſum opera tua, & accingere in agrum. Ac rurſus ait: Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Eccleſ. 7. Hæc itaq; nouiſſima ſemper memorans Propheta, & ſine interruptione terribilem illam horam metuens, in aſſidua cordis compunctione viuens, in dolore & luctu noctes ipſas tranſigebat.

Quamobrem etiam hæc ſubiicit, dicens: Laboraui in gemitu meo; lauabo per quamlibet noctem lectum meum, Rigabo * nouerat enim certo quomodo qui ſeminant in terra guttam aquæ ex oculis, in exultatione metent herbam cælorum. Et flebant Pſal. 125. mittentes ſemina ſua: venientes autem venient cum exultatione in reſurrectione, portantes manipulos ſuos. Etenim quemadmodum per aquam & ſpiritum; ſic per aquam lacrymarum, & ignem atq; æſtum compunctionis baptizamur ac purgamur, Spiritus etiam ſancti participes effecti. Non enim aut baptiſmus, aut vera lacrymarum compunctio ſine ſpiritu ſancto vnquam dari ſolet. Nec mireris. quia non raro ipſa baptiſmatis hora inuenta fuit in nobis compunctio * vnam gratiam atq; remiſſionem peccatorum, cum infantes in baptiſmate accipiamus, dum in peccatis ſuccreſcimus fœdamus hæc ipſa atque extinximus. Iam verò per lacrymas vel ad ſenectam vſq; & extremum ſpiritum quotidie baptizari iterumq; purgari poſſumus, quemadmodum ea quæ deinceps in pſalmo ſequuntur teſtatum faciunt. ita enim ait: Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. hoc eſt, Contaminatus ſum, ſuccreui, conſenui in peccatis. id enim eſt dicere: Inueteraui inter omnes inimicos meos. Sed vide mihi, vt poſt diuturnam in peccatis inueterationem, poſt vitam in omni iniquitate traductam, nondum tamen de ſe deſperaris Propheta, nec de diuina miſericordia diffiſus ſit.

οὐκ ἔδωκεν ἑαυτὸν εἰς ῥαθυμίαν, ἀλλὰ διὰ κατανύξεως ἐσώθη· διὰ δακρύων ἐκαθαρίσθη· δι' ἐξομολογήσεως ἐδικαιώθη· ἅπερ πάντα καὶ ἐν αὐτῷ τῷ γήρᾳ, καὶ ἐν ἐσχάτῃ πολιᾷ ποιῆσαι δυνάμεθα· λέγω δὴ δακρῦσαι, στενάξαι, ἐξομολογήσασθαι, δεηθῆναι. τί δὲ ἡμῖν ἐκ τούτων προσγίνεται, ἄκουσον· εἰπὼν γὰρ ὅτι ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου· εἶτα, διὰ μετανοίας καὶ τῆς κατανύξεως θείας τινὸς ἀντιλήψεως καὶ ἀφέσεως καὶ παρρησίας καὶ ἐλλάμψεως αἰσθόμενος, ἐπιτιμᾷ λοιπὸν τοῖς πολεμοῦσιν αὐτὸν μετ' ἐξουσίας, καὶ λέγει,

Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. παύσασθε, αἰσχύνεσθε, ἀναχωρεῖτε· διότι εἰσήκουσε κύριος τῆς ἐν γήρᾳ δεήσεώς μου. εἰσήκουσε κύριος τῆς φωνῆς τοῦ κλαυθμοῦ μου· κύριος τὴν προσευχήν μου προσεδέξατο. αἰσχυνθείησαν πάντες οἱ ἐχθροί μου· ἀποστραφείησαν σφόδρα διὰ τάχους. εἶδες τῶν δακρύων τὴν ἰσχύν; εἶδες τῆς ἐξομολογήσεως τὸν καρπόν; εἶδες τὴν ἐν πάσῃ ἁμαρτίᾳ παλαίωσιν, καὶ ἀναζώωσιν. λοιπὸν μή μοι εἴπῃς, γέρων εἰμί· ἀσθενής εἰμι· ἐπαλαιώθην λοιπὸν καὶ * συνήθησα ἐν πάσῃ ἁμαρτίᾳ καὶ οὐκ ἔτι ἰσχύω τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ ποιῆσαι· μηδὲν τοιοῦτον εἴπῃς, μὴ προφασίσῃ ἐν ἁμαρτίαις· οὐδὲ προφασίζῃ ἀσθενείας συνεδέξω, ὅτι ἐὰν μόνον θελήσῃς ἐν αὐτῷ τῷ γήρᾳ ὑπὲρ τὴν νεότητα ἔχεις φυλάξαι τὰ τοῦ θεοῦ προστάγματα. ἀλλ' ἐρωτῶ σε, δός μοι ἀψευδῆ τὴν ἀπόδειξιν. μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. καὶ πότε μᾶλλον ταπεινότερόν ἐστιν ἡμῶν τὸ φρόνημα, ἐν νεότητι ἢ ἐν γήρᾳ; σύμφυτος γάρ ἐστιν ὁ τῦφος ἐν νεότητι. μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. ἄρτι σύ μοι εἰπέ, τί ἐστι πρὸς πένθος καὶ δάκρυα εὐχερέστερον, νεότης, ἢ τὸ γῆρας; μακάριοι οἱ πρᾳεῖς. ἆρα οὐ πάντες ὁμολογοῦμεν, ὅτι ἡ νεότης ὀξυτέρα ἐστὶ καὶ θερμοτέρα πρὸς ὀργάς· τὸ δὲ γῆρας πρᾳότερον; καὶ ταῦτα ἐὰν σαφῶς καταμάθῃς, εὑρήσεις συνεργέστερόν σοι τὸ γῆρας πρὸς [illegible] πολλῷ ὑπὲρ τὴν νεότητα. ἐν γὰρ τῇ νεότητι καὶ ὁ τῶν σωμάτων ἔρως ἐν ἡμῖν ἀνάπτεται· ἐν νεότητι, καὶ ὁ τῆς φιλαργυρίας κάμινος πολεμεῖ καὶ τὰ ἄλλα πάθη, ἤγουν ἡ κενοδοξία,

καὶ

* Fort. συνήθισα.

Non in [illegible], ſed per compunctionem ſaluus factus eſt: per lacrymas mundatus eſt: per confeſſionem iuſtificatus eſt. Quæ quidem omnia in ipſa etiam ſenectute, & extrema canicie præſtare poſſumus; lacrymari dico, gemere, confiteri, obſecrare. Verùm audi, quid nobis ex his accidat emolumenti. Cum enim dixiſſet, Inueteraui inter omnes inimicos meos: *ac mox per pœnitentiam atque compunctionem ſenſiſſet à Deo ſe ſuſceptum cum remiſſione peccatorum, addita loquendi libertate atq; illuſtratione, increpat hoſtes ſuos magnis viribus, dicitq;:*

Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. *Ceſſate, erubeſcite, ſecedite; Quoniam exaudiuit Dominus in ſenectute fuſam precationem meam:* Exaudiuit Dominus vocem fletus mei; Dominus orationem meam ſuſcepit: Erubeſcant omnes inimici mei: auertantur valde velociter. *Vidiſtin' lacrymarũ potentiam? Vidiſtin' confeſſionis fructum? Vidiſtin' inueterationem in omni peccatorum genere, atq; ex iis regenerationem? Ne mihi poſthac dixeris, ſenex ſum; infirmus ſum; inueteraui iam & peccatis omnibus aſſueui, nec poſſum amplius Dei facere mandata: nihil mihi tale dixeris; ne excuſaueris in peccatis. Quod ſi pergas excuſare, confeſtim tibi demonſtrauero, quod in ipſa ſenectute melius quã in iuuentute mandata Dei obſeruare poſſis, ſi modo volueris. Ceterũ interrogãti mihi verũ reſponde.* Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlorum. Matth. 5. *At quando (rogo te) demiſſior nobis eſt animus, in iuuentutene, an in ſenio? etenim iuuentuti innat' eſt faſtus.* Beati qui lugent, quoniã ipſi conſolabuntur. *Hic tu mihi dic, quænã ad luctũ ac lacrymas eſt apta ætas? iuuentus, an ſenium?* Beati mites. *At nunquid omnes fatemur, quod ad iram propenſior ſit atq; calidior iuuentus; mitior verò ſenectus? Perinde, ſi recte expẽderis, inuenies ſenectam longe aptiorem tibi adiutricẽ eſſe ad quoduis aliud Dei mandatum perficiendũ, præ ipſa iuuentute. Nam in iuuentute etiã rerũ corporearũ amor in nobis identidẽ reſuſcitatur, in iuuentute, & auaritiæ ardor impugnat, & quàm plurima præterea vitia: vana videlicet*

Digitized by Google

καὶ ἡ φιλαργυρία, καὶ ἡ γαστριμαργία, καὶ ἡ μνησικακία, καὶ ἡ πλεονεξία. καὶ καθάπερ δύο ἱκανῶν παλαιόντων, ἐὰν ὁ εἷς ἀσθενὴς ᾖ, ὁ ἕτερος δυνατώτερος πάντως εὑρίσκεται. οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος τῶν ὀρέξεων, καὶ τῶν δυνάμεων τῆς σαρκὸς παλαιουμένων καὶ γηρώντων. ἐὰν ὅλως βουληθῇ ἡ ψυχὴ, ἔχει ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν τῶν θείων ἐντολῶν τήρησιν ἰσχὺν καὶ δύναμιν, καὶ μάλιστα πρὸς κατάνυξιν καὶ δάκρυα. δάκρυα δὲ ἐγὼ τὰ κατὰ θεὸν φημί. εἰσὶ γὰρ δάκρυα φυσικὰ, οἷα ἐπὶ τοὺς νεκροὺς ἐπιχέομεν. καὶ εἰσὶ δάκρυα σατανικὰ, ὥσπερ τινὲς διὰ κενοδοξίαν καὶ δι' ἔρωτα σατανικὸν κλαίουσιν. εἰσὶ δὲ δάκρυα ἐκ μέθης καὶ πολυύγρου τρυφῆς. εἰσὶ δὲ δάκρυα καθαρτικὰ ἐκ φόβου θεοῦ, καὶ ἐννοίας θανάτου καὶ κολάσεως ἡμῖν γινόμενα, ἐν οἷς ἂν χρονίσωμεν, καὶ πονήσωμεν, εἰς δάκρυα πνευματικὰ ἐρχόμεθα. οὐκ ἔτι φόβον, ἀλλὰ πόθον πρὸς θεὸν ἔχοντες διὰ παρακλήσεως καὶ ἐλλάμψεως, καὶ ἀγαλλιάσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος. τοιαῦτα δάκρυα ἐκ πόθου θείου ἐδάκρυσε πρὸς θεὸν ὁ εἰπὼν, ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου·

Καὶ ἀλλαχοῦ λέγων, ἐξεκαύθη ἡ καρδία μου, καὶ οἱ νεφροί μου ἠλλοιώθησαν, ὁ θεὸς τῆς καρδίας μου. καὶ ἡ μερίς μου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα. ὅτι ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ κυρίου, ἡ καρδία μου καὶ ἡ σάρξ μου ἠγαλλιάσαντο ἐπὶ θεῷ ζῶντι. τοσοῦτον πρὸς θεὸν πόθον καὶ δάκρυα εἶχεν ἡ ψυχὴ τοῦ ψάλλοντος. ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ ὁ θεὸς ἡμῶν. τάχα ἀγνοεῖται τοῖς πολλοῖς ἡμῶν τὰ λεγόμενα· ἀλλ' οὐκ ὠφελεῖ· οὔτε γὰρ περὶ πράγματος ὑμῖν διαλεγόμεθα εἰς τὴν ἄβυσσον ὄντος, οὐδὲ περὶ εἴδους εἰς τὰς τῶν βαρβάρων ἐρήμους εὑρισκομένου σπανίως, ἀλλὰ περὶ πράγματος ὑμῖν λαλουμένου ἔνδον ἐν καρδίᾳ ὑποχειρίου ἡμῖν δοθέντος τοῦ εἰπόντος ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ἡμῶν ἐστιν, ἤγουν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τίκτον ὑμῖν κατάνυξιν. καὶ δάκρυα, πρὸς ἄφεσιν καὶ ἀναγλύνησιν καὶ λύτρωσιν ἁμαρτιῶν. μεγάλη τοίνυν τῶν κατὰ θεοῦ δακρύων ἡ ἰσχὺς, μεγάλη αὐτῶν ἡ ἐνέργεια, καὶ μάρτυρες ἐν τῇ παλαιᾷ Νινευῖται, Ἐζεκίας, Ναβουχοδονόσορ. Μανασσῆς. ἀδιήγητον τὸ βάθος, καὶ ἀκατάληπτον τὸ πλάτος καὶ τὸ πλῆθος.

gloria, amor pecuniæ, gula, iniuriæ recordatio, ſtudium excellendi. Ac quemadmodum cum duo in palæſtra lactantur, ſi unus æger ſit, neceſſe eſt alterum eſſe fortiorem: eodem modo in anima & corporis cupiditatibus accidit. nam cum carnis vires veteraſcunt atq; ſeneſcunt, habet, ſi omnino voluerit, anima vires ac facultatem ad diuinorum mandatorum obſeruationem, ac potiſſimum ad compunctionem & lacrymas. ſed lacrymas ego Deo gratas loquor. nam & naturales lacrymæ inueniuntur, quales mortuorum amicorum cauſſa fundimus: & ſatanicæ aliæ, quas ob vanam gloriam, vel diabolicum amorem quidam emittunt: itemq; ex ebrietate quadam, & deliciarum nimio humore prorumpunt: atque purgatrices illæ, quæ cum ex Dei metu, tũ ex mortis ſuppliciorumq; meditatione nobis oboriuntur; in quibus ſi perſeueremus atq; laboremus, haud dubie ad ſpirituales illas perueniemus, non iam metum, ſed deſiderium Dei ſecum adferentes per conſolationem, illuſtrationẽ atq; exultationem ſpiritus ſancti. Tales lacrymas ex vero Dei deſiderio fudit ad Deum ille qui dixit: Adhæſit anima mea poſt te. Pſal. 62.

Et alibi dicens; Inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Pſal. 72. *quoniam præ deſiderio etiam deficit anima mea in atria Dñi: cor meũ & caro mea exultauerunt in Deum viuũ.* Pſalm. 83. *tantum deſiderij ac lacrymarum ad Deum habebat pſallentis anima. Quemadmodũ deſſiderat anima mea ad fontes aquarum, ita deſiderat anima noſtra ad te Deus noſter.* Pſalm. 41. *Ignota ſunt fortaſſis pleriſq; veſtrũ quæ dicuntur. Verùm id nihil illis prodeſt. non enim vobiſcũ de re aliqua valde profunda diſputamus, aut quæ nonniſi in barbarorũ ſolitudinibus, idq; admodũ raro, inueniatur: Sed de re quæ nobis int⁹ in corde data eſt à Chriſto dicente: Regnum cœlorum intra vos eſt,* Luc. 17. *ſpiritus nempe ſanct⁹, qui vobis parit compunctionẽ & lacrymas ad remiſſionẽ, & regenerationẽ atq; ſolutionẽ peccatorum. Magna igitur lacrymarũ, quæ quidẽ Deo acceptæ ſunt, vis; magna efficacia. Teſtes in veteri ſaltẽ teſtamẽto Niniuitæ, Ezechias, Nabuchodonoſor, Manaſſes.* Ionæ. 2. Eſai. 38. Dan. 4. 2. paral. 33. *Quo explicari nequit diuinarũ miſerationũ altitudo & lati-*

lati-

θος, καὶ τὸ πέλαγος τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ· Μανασσῆς διὰ τῆς μετανοίας σώζεται. καὶ τίς λοιπὸν μετανοῶν ὁλοψύχως οὐ σώζεται; τί μοι λέγεις; ἐπόρνευσα· ἐμοίχευσα· ἐφόνευσα· ἐν ἀνομίαις ἐγήρασα, καὶ σωθῆναι οὐ δύναμαι· τί ταῦτα λέγεις; εἰ Μανασσῆν ὁ θεὸς διὰ μετανοίας ἐδέξατο, τάχα τολμῶ εἰπεῖν, ὅτι καὶ τὸν διάβολον μετανοοῦντα ὁλοψύχως δέξεται. τίς ἄρα ἥμαρτεν, ὅτι Μανασσῆς ἥμαρτεν; πεντηκονταδύο χρόνους ποιήσας τὸν λαὸν ὅλον τοῦ Ἰσραὴλ λατρεύειν, καὶ προσκυνεῖν τοῖς ἰδόλοις· πόσαι μυριάδες εἰπέ μοι ἀπέθανον ἐν τοῖς πεντηκονταδύο χρόνοις, καὶ ἀπῆλθον εἰς ἀπώλειαν; ὧν τὸ κρίμα ὁ βασιλεὺς Μανασσῆς ἔλαβε, καὶ χρεωστεῖ οὐκ ἐνίκησε τοσοῦτον πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ θεοῦ. Φασὶ γὰρ οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἱστοριογράφων, ὅτι ἀπενεχθεὶς Μανασσῆς ὁ βασιλεὺς Ἰσραὴλ ὑπὸ Χαλδαίων αἰχμάλωτος ἐν Βαβυλῶνι τῆς Περσίδος, κατεκλείσθη. εἰς ζώδιον χαλκοῦν, ὑπὸ βασιλέως Περσῶν· καὶ ἔσω ὢν ἐν τοιούτῳ ζωδίῳ, προσηύξατο μετὰ δακρύων τὴν προσευχὴν τῆς ᾠδῆς αὐτοῦ· καὶ προστάξει καὶ φιλανθρωπίᾳ θεοῦ διεῤῥάγη τὸ ζώδιον· καὶ ἐξῆλθεν ὁ Μανασσῆς καὶ ἐσώθη ὑπὸ ἀγγέλου θεοῦ εἰς Ἱερουσαλήμ, κἀκεῖ ἐτελεύτησεν ἐν μετανοίᾳ καὶ ἐξομολογήσει· ὅρα πῶς τὸ πέλαγος ἀδιήγητον τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ ἐλέους τοῦ μόνου ἀγαθοῦ καὶ φιλανθρώπου θεοῦ, τοῦ σώζοντος καὶ ἐλεοῦντος δωρεὰν τοὺς εἰς αὐτὸν καταφεύγοντας, δωρεὰν ἀληθῶς. τί γὰρ εἰπέ μοι καὶ προσήγαγε Μανασσῆς τῷ θεῷ ἀντάξιον τοῦ κρίματος, καὶ τῆς ἀπωλείας τῶν τοσούτων μυριάδων ψυχῶν τῶν ἐν γεέννῃ κατακριθέντων καὶ ἀπολωλότων; οὐδέν. καὶ προσέφυγε καὶ ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν εἰς τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ θεοῦ, καὶ ἠξιώθη φιλανθρωπίας παρ' αὐτοῦ.

p. ἢ τί.

Εἰ δὲ βούλει, καὶ ἔτι τάξομαί σε ἱστορικὰς διηγήσεις διεγειρούσας ἡμᾶς πρὸς μετάνοιαν, καὶ ἐπιστροφὴν πρὸς θεόν. γράφει γὰρ Κλήμης ὁ ἱστορικὸς Ἀλεξανδρείας, περὶ Ἰωάννου τοῦ θεολόγου, ὅτι περὶ ἐπί τινα τόπον τῆς Ἀσίας ἐλθὼν ἐν ταῖς αὐτοῦ περιόδοις ὁ μαθητὴς τοῦ Χριστοῦ Ἰωάννης, καὶ τίνα νεανίαν εὑρὼν, κάλλει τε καὶ ἰσχύι καὶ μεγέθει κεκοσμημένον, τῆς τούτου ψυχῆς ἐρασθεὶς, νουθετεῖ τοῦτον γενέσθαι πιστὸν· καὶ δὴ πεισθέντος αὐτοῦ, τοῦτον τὸν νέον προσάγει εἰς τὸ κατηχεῖσθαι αὐτὸν

ὑπὸ

latitudo, non multitudo, non pelagus cõprehendi. Manaſſes propter ſuã pœnitentiã ſeruatur. quis etiã deinceps quem peccatorũ ex toto corde pœnitet nõ ſeruatur? Quorſum mihi dicis: fornicatꝰ ſum, adulteriũ commiſi, homicidium perpetraui, in peccatis conſenui, & ſaluari nequeo? Quorſum hæc tu loqueris? Si Manaſſen Deꝰ ob pœnitentiam in gratiam recepit, fortaßis (audeo dicere) ipſum etiam Diabolum, ſi toto animo ipſum pœniteret ſcelerũ ſuorum, in gratiam reciperet, Quis certo peccauit, ſi quid Manaſſes * peccauit? qui effecit, vt vniuerſus populus Iſraeliticus ꝑ totos ſeptuaginta duos annos idola coleret atq; adoraret. Quot, putas, hominũ myriades bis ſeptuaginta duobus annis mortui, abierunt in interitum, quorum iudicium Rex Manaſſes ſuſtinuit ac debet. At non exceßit tanta ſcelerum multitudo Dei benignitatem. Teſtantur enim antiquißimi hiſtorici Manaſſen Regem Iſrael captiuum à Chaldæis Babylonem in Perſiæ auectum, ibique à Perſarum Rege æneo incluſum tormento: in eo cum iaceret, cum lacrymis fudiſſe orationem cantici ſui ac mox Dei iuſſu & clementia fractum tormentum, vt egreſſus Manaſſes ab Angelo Dei ſaluus perductus ſit in Ieruſalem, vbi in pœnitentia & confeßione vitam finierit. Hic mihi obſerua pelagus inenarrabile miſerationũ eius, qui ſolus bonus ac benignus eſt Dei; qui ſaluos facit, & gratis miſericordia proſequitur, quotquot ad ipſum confugiunt vere. gratis, nã quid mihi Manaſſen obtuliſſe Deo dicere poßis, quod (vlla ex parte) conferendũ ſit cũ iudicio & interitu tot myriadum animarũ quæ in gehenna damnatæ perierunt? Nihil. Confugit tantum ad Deum, & in miſerationes eius ſe præcipitauit; ac dignus eſt habitus qui eius benignitatem experiretur.

Fort. deeſt non.

De Manaſſe vide Ioſeph. lib. 10. Antiq. cap. 4.

Quod ſi velis adferam tibi inſuper hiſtoricas narrationes, quæ nos ad pœnitentiã & conuerſionẽ ad Deum excitant. Scribit enim Clemens Alexandrinus hiſtoricus de Ioanne Theologo, quod Chriſti hic Diſcipulus Aſiam obiens, ad locum quendam peruenerit aliquando, vbi in adoleſcentem eleganti oris ſpecie, corporiſq; viribus ac magnitudine præſtantẽ inciderit. huius itaq; animã cũ adamaret hortatus eſt eum, vt ad fidem conuerteretur, perſuaſumq; adoleſcen-

Citat Eſebius lib. 3. hiſt. c. 17. S. Chryſoſt. Caßianus, & Antiochus monachus apud Baron. tom. 1. Anno 98.

Digitized by Google

ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως ὁ ἰωάννης, λέγων· τοῦτόν σοι παρακαταπίθημι τὸν ἄνδρα ὦ ἐπίσκοπε, μαρτυροῦντος τοῦ θεοῦ καὶ ταύτης πάσης τῆς ἐκκλησίας· καὶ τοῦτο ὁ ἰωάννης εἰπὼν, ἐξῆλθε καὶ ἐπὶ τὰς ἑτέρας χώρας, ποιούμενος τὸ τῆς πίστεως κήρυγμα. ὁ δὲ ἐπίσκοπος τὸν παῖδα παραλαβὼν, ἐνουθέτει καὶ κατήχει. ἐφρούρει, ἐδίδασκεν, ἐπεμελεῖτο· καὶ δὴ μετ' ὀλίγα χρόνον ἐβάπτισε, καὶ χριστιανὸν αὐτὸν ἐποίησε. καὶ λοιπὸν, ὡσανεὶ τῷ βαπτίσματι τοῦτον ἀσφαλισάμενος. καὶ περιτειχίσας. οὐκ ἔτι ταῖς προτέραις κέχρηται πρὸς αὐτὸν νουθεσίαις. καὶ δὴ ἄδειαν λοιπὸν λαβόντος τοῦ παιδὸς, προσκαλοῦνται αὐτὸν τινὲς νεωτερισταί. φθόροι τε καὶ ἐξώλεις, καὶ ἐθελόκακοι ἄνδρες· καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ δεῖπνα πολυτελῆ καὶ νοῦς, καὶ ἐπὶ τινὰς πορνικοὺς αὐλοὺς, καὶ διανυκτερεύσεις. εἶτα καὶ ἐπὶ κλοπάς τινας, καὶ λωποδυσίας αὐτὸν παραφθείραντες. τὸ δὲ δὴ πέρας, ἐπὶ τὰ ὄρη αὐτὸν παραλαβόντες ὡς παμμεγέθη ὄντα τῷ σώματι καὶ τῇ δυνάμει, λῄσταρχον αὐτὸν χειροτονήσαντες, ὅλον ἀνελεῆ καὶ ἀπάνθρωπον, ὅλον πικρὸν καὶ δεινὸν, καὶ ἄθεον αὐτὸν ἀποκατέστησαν· εἶτα χρόνοι ἐν τῷ μέσῳ διίπτασαν πλεῖστοι· καὶ ἐπανελθὼν ἰωάννης ὁ θεολόγος, ἐπὶ ἐφεσίων πόλιν, φησὶν ἐπὶ πάντων τῷ ἐπισκόπῳ, ἄγαγε δήμοι ὦ ἐπίσκοπε τὴν παρακαταθήκην, ἣν παρεθέμην σοι, τοῦ θεοῦ προσμαρτυροῦντος καὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας σου. ὁ δὲ ἐπίσκοπος ἐπὶ τῷ ῥήματι θαμβηθεὶς, ἐνόμιζε χρήματός τινος παρατεθέντος παρὰ ἰωάννου εἰσπράττεσθαι. ὡς οὖν εἶδεν αὐτὸν ἀπορούμενον ἐν ἀμηχανίᾳ ὁ ἰωάννης, φησὶ πρὸς αὐτὸν ἄγαγε δήμοι ὦ ἐπίσκοπε τὸν νεανίαν, ὅν σοι ὡς πιστῷ κατεπίστευσα. ὁ δὲ ἐπίσκοπος ἀκούσας, στενάζει μέγα ἐκ βάθους, εἶτα δακρύει εἰπὼν πρὸς ἰωάννην. τέθνηκεν ἐκεῖνος φησίν. ὁ δὲ ἰωάννης πρὸς αὐτὸν, πῶς, φησὶν, ἢ ποίῳ θανάτῳ; ὁ δὲ ἐπίσκοπος, τὸν τῆς ψυχῆς τέθνηκε θάνατον: ἀπέβη γὰρ πονηρὸς ἐξώλεστατος. καὶ τὸ δὴ πέρας λῃστὴς ἀπηνὴς κατέστη. καὶ πρὸς ταῦτα ὁ ἰωάννης τῷ ἐπισκόπῳ φησί. καλόν σε ὦ ἐπίσκοπε φύλακα τῆς τοῦ παιδὸς ψυχῆς κατεπίστευσα· καλόν σε ποιμένα τοῦ προβάτου τοῦ χριστοῦ πεποίηκα. ἀλλὰ εἰ πάρεστιν ὑμῖν νῦν ἵππος, καὶ τῆς ὁδοῦ τινες ὁδηγοὶ, τῆς ἀπαγούσης ἕνεκεν τοῦ παιδὸς; λοιπὸν ὡς εἶχεν ἰωάννης αὐτόθι ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας τῷ ἵππῳ ἐπιβὰς, ἀκρατῶς ἤλαυνε, τὸ πλανηθὲν πρόβατον ἀνακα-

λούμεν

tem hunc, quo ab vrbis Epiſcopo fidei rudimentis imbueretur, adducit in mediũ ita dicens: Hunc apud te pro depoſito colloco virum, ô Epiſcope, teſtibus Deo cum vniuerſa Eccleſia. His dictis abiit Ioannes ad alias regiones, prædicans fidem in Chriſtum. Epiſcopus autem aſſumptum ad ſe puerum hortabatur, inſtituebat, obſeruabat, docebat, curabat: & aliquanto etiam poſt tempore baptizauit, Chriſtianumq; fecit. Poſt quæ non iam amplius adhibebat ſolitas monitiones, cum putaret ſe hunc per baptiſmũ in tuto collocaſſe, ac ſatis communiſſe. Itaq; libertatem nactum adoleſcentem aduocant ad ſe factioſi quidam ac pernicioſi & perditi viri. Ac principio quidem ad ſumptuoſa conuiuia, ad compotationes & ad meritorios fornices atq; pernoctationes ſeducunt: poſt etiam ad furta quædam & veſtium prædationes: donec tandem ad montes eductum, &, quod vaſto eſſet corpore validiſq; viribus, latronum principem creatum, plane immitem atq; inhumanum, planeq́; acerbum, truculentum & impium effecerunt. Poſt multos inde annos interiectos reuerſus Epheſum Ioannes Theologus dicit coram omnibus huic Epiſcopo: Age adduc iam mihi depoſitum meum, quod apud te depoſui Deo teſte & vniuerſa tua Eccleſia. Epiſcopus verò hoc verbo perculſus, putabat pecuniam aliquam, quam apud ſe ad ſeruandam depoſuiſſet, exigi. Vt igitur vidit Epiſcopum in dubio hærentem Ioannes, ait ad eum: Age adduc illum iuuenem, Epiſcope, quem tibi tanquam fideli cuſtodi curandum credidi. Epiſcopus ad hæc ex imo corde ingemit, deinde ad Ioannem cum lacrymis ait: Iam mortuus ille eſt, inquit. Ad quem Ioannes: quonam ait modo, aut qua tandem morte? Et Epiſcopus: Animæ morte mortuus eſt, factus improbus ac perditiſſimus, ac tandem etiam latro immanis. Ad quæ Ioannes ſic eſt Epiſcopo locutus: Egregium ſcilicet te, Epiſcope, huius pueri animæ cuſtodem conſtitui: egregium te Paſtorem ouiculæ Chriſti effeci. Sed nunquid equum nunc aliquem habetis & itineris duces, qui me ad iuuenẽ deducant? Mox Ioannes ibidem ab Eccleſia, vt erat, equum conſcendit, & cum vehementer impulit errabundam ouiculam

λόμενος. καὶ δὴ φθάσας τὰ ὄρη ἔνθα τὸ λῃστήριον ὑπῆρχε, κρατεῖται ὑπὸ τῆς φυλακῆς μηδὲν ἀντιλέγων, μηδὲ λυπούμενος, ἀλλὰ βοῶν, ἐπὶ τοῦτο ἐλήλυθα, πρὸς τὸν ἄρχοντα ὑμῶν ἀγάγετέ με. ὁ δὲ εἱστήκει ὡπλισμένος· καὶ ὡς μόνον ἐθεάσατο τὸν ἰωάννην πρὸς αὐτὸν ἐρχόμενον, αἰδεσθεὶς εἰς φυγὴν ἐτρέπετο. ὁ δὲ ἰωάννης ὥσπερ τοῦ γήρως ἐπιλαθόμενος, ἀκρατῶς τὸν παῖδα κατεδίωκε λέγων. τί φεύγεις τέκνον τὸν σὸν πατέρα; τί μοι κόπους παρέχεις, ἐλέησόν με τὸν ξένον, τὸν γυμνὸν, τὸν γέροντα. τὸν ἀδύνατον, τὸν πτωχόν. στῆθι, μὴ φοβοῦ· ἔχεις ἐλπίδα σωτηρίας. ἐγὼ ὑπὲρ σοῦ ἀπολογήσομαι. ἐγὼ τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω, ὡς ὁ κύριος ὑπὲρ ἡμῶν. μὴ φοβοῦ τέκνον, στῆθι, πίστευσόν μοι, ὁ χριστός με ἀπέστειλεν, ἄφεσίν σοι ἐπιφερόμενον. ἐγὼ ὑπὲρ σοῦ ὑπομένω θάνατον. ἐπ' ἐμοὶ τὸ αἷμα ὅπερ ἐξέχεας. ἐπ' ἐμοὶ τὸ φορτίον τῶν ἁμαρτιῶν σου ἐπὶ τὸν τράχηλον· εἶτα ἔστη ὁ παῖς· ἔρριψε τὰ ὅπλα τρέμων ὁμοῦ τε καὶ σφοδρῶς κλαίων. καὶ δὴ προσελθὼν τῷ ἰωάννῃ ἠσπάζετο ταῖς οἰμωγαῖς τῶν δακρύων αὐτοῦ, μηδὲν πρὸς ἀπολογίαν φθέγξασθαι δυνάμενος. μόνος δὲ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα ἔτι αὐτὴν ᾑμαγμένην ἐκράτει. ὁ δὲ ἰωάννης παρὰ τῷ ἑαυτοῦ στόματι τὴν δεξιὰν τοῦ λῃστοῦ κατεφίλει, ὡς ἤδη βαπτισθεῖσαν τοῖς δάκρυσι· καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη ἕως αὖ τὸν παῖδα μεθ' ἑαυτοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συνήγαγεν. διδοὺς πᾶσιν ὑπόδειγμα μετανοίας ἀληθινῆς, καὶ τρόπαιον ἀναστάσεως βλεπομένης.

Καὶ ὅτι ἀξιόπιστον ἀληθῶς τὸ εἰρημένον, μαρτυρεῖ μὲν καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ λῃστὴς διὰ τοῦ ῥήματος σωθείς· μαρτυροῦσι δὲ καὶ ἕτεροι πλείονες διὰ μετανοίας σωθέντες πονηροὶ, ἐν οἷς καὶ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς ἐπὶ μαυρικίου τοῦ τῶν χριστιανῶν βασιλέως γεγονότος· ἐγένετό τις ἀρχιλῃστὴς περὶ τὰ μέρη τῆς θρᾴκης ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος καὶ τοιοῦτος ἦν ὡς καὶ τὰς ὁδοὺς ἐκείνας ἀβάτους ἐποιήσε· τοῦτον χειρώσασθαι πολλῶν στρατιωτῶν καὶ λῃστοδιωκτῶν πάσῃ μηχανῇ ἐπιχειρησάντων, καὶ μὴ δυνηθέντων, ἀκούσας ὁ θειότατος βασιλεὺς μαυρίκιος, διά τινος νεανίσκου παιδὸς τὰ ἴδια φυλακτὰ ἀπέστειλε τῷ ἀρχιλῃστῇ, καὶ ὥσπερ ἐξ ἐνεργείας θεοῦ αἰδεσθεὶς

τὸν

quæritans. Cum iam ad montes perueniſſet, in quib⁹ latronum latibula, corripitur ab excubitoribus non inuitus, nullaq; ſua moleſtia; ſed inclamans tantùmodo, Ad hoc veni huc: ad Principem veſtrum me perducite. ille autem ſtabat in armis. qui vt intuitus eſt ſolum Ioannem ad ſe venientem, pudore ſuffuſus in fugam ſe coniecit. At Ioannes, tanquam oblitus ſuæ ætatis acriter iuuenem perſecutus eſt dicens: Quid fugis, fili, patrem tuum? Quorſum me his laboribus exerces? Miſereat te peregrini, inermis, ſenis, imbellis & pauperis. Sta; nihil metue. Supereſt tibi ſpes ſalutis; ego pro te reſpondebo: ego animam meam pro te ponam, quo modo Dominus pro nobis. Ne metue, fili: Sta: Crede mihi Chriſtus me miſit, vt tibi veniam peccatorum adferrem. Ego pro te mortem ſubire paratus ſum: in me veniat ſanguis, quem effudiſti: in me ſuſcipio onus peccatorum tuorum, in meam ceruicem. Poſt hæc ſubſtitit iuuenis: arma proiecit tremens ac ſimul vehementer plorans; & cum ad Ioannem acceßiſſet, ſalutabat illum gemitu lacrymarum ſuarum, nec quidquam ad ſe excuſandum eloqui poterat; dexteram verò ſuam ſanguine etiamnum cruentatam abdebat. Verùm Ioannes latronis dexteram exoſculabatur, cum iam lacrymis baptizata eſſet; neq; deſtitit prius quàm iuuenem ſecum in Eccleſiam induxiſſet, dato omnibus exemplo ſinceræ pœnitentiæ, & conſpecto reſurrectionis trophæo.

Quàm autem verè fide digna ſint, quæ iam diximus, teſtantur tum qui in cruce latro per fidum verbum ſeruatus eſt, tum & alij improbi plures per pœnitentiam ſeruati; in quibus & ille, qui noſtra ætate ſub Mauricio Chriſtianorum Imperatore fuit. Erat latronum Princeps quidam in Thraciæ finibus crudelis & inhumanus, ac talis quidem vt itinera illa infeſta redderet. Hunc cum multi milites ac Latrunculatores omnibus adhibitis machinis comprehendere fruſtra tentaſſent, eo audito diuiniſsimus Imperator Mauricius per quendam adoleſcentem Latronum duci ſacra, quæ de collo ferebat, mittit. Et ecce tanquam diuinam virtutem reueritus Regis ſermonem abiectis Latronis moribus,

τὸν λόγον τοῦ βασιλέως, ἀποβαλὼν τὸ ἦθος τὸ λῃστρικόν, ἐν πραΰτητι δίκην προβάτου κατελθὼν ἐν τοῖς ποσὶ τοῦ βασιλέως μετ' ἐξομολογήσεως προσέπεσεν. εἶτα μικρῶν τινῶν ἡμερῶν διελθουσῶν, εἰς ἀσθένειάν τινα ὁ λῃστὴς πυρετικὴν ἐμπεσών, ἔκειτο ἐν τῷ νοσοκομείῳ τῷ λεγομένῳ τοῦ Σαμψῶ. καὶ χρησάμενος οἰνοποσίᾳ, εἰς φρενιτικὴν ἔκστασιν μετέπεσεν. εἶτα ἀνανήψας καὶ εἰς ἑαυτὸν ἐλθών, καταλαβούσης λοιπὸν τῆς νυκτός, ἤδη ὡς εἶδεν ἑαυτὸν βαρούμενον, εἰς ἱκεσίαν τοῦ πανοικτίρμονος θεοῦ ἐτρέπετο σὺν δάκρυσιν ἐξομολογούμενος, καὶ συγχώρησιν τῶν αὐτοῦ ἁμαρτημάτων αἰτούμενος, καὶ λέγων. οὐ ζητῶ τι ξένον παρὰ σοῦ δέσποτα φιλάνθρωπε· ὡς γὰρ εἰς ἕνα τῶν πρὸ ἐμοῦ λῃστῶν, οὕτως καὶ εἰς ἐμὲ τὸν λῃστὴν τὰ ἐλέη σου θαυμάστωσον, καὶ δέξαι μου τοῦτον τὸν ἐπιθανάτιον κλαυθμόν, ὃν ἐν τῇ κλίνῃ κατακείμενος ποιοῦμαι. καὶ ὡς ἐκείνους τοὺς μετὰ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν μηδὲν ἄξιον ἐργασαμένους, οὕτως καὶ ἐμοῦ τὰ μικρὰ πρόσδεξαι δάκρυα. καθαίρων με καὶ βαπτίζων ἐν αὐτοῖς. ἐνθανάτιον συγχώρησιν ὡς βάπτισμα, μὴ ἀπαιτῶν με τι πλέον. οὐ γὰρ ἔχει ἡ ὥρα, τῶν ἐκπηλθυη τῶν μου ἐγγισάντων. ἀλλὰ μὴ αὐτείνῃς, μὴ σιβαρήσῃς ἐν ἐμοὶ τὸ ἀγαθόν. προκατέλαβον γάρ με αἱ ἀνομίαι μου πρὸς ἑσπέραν φθάσαντα καλῶς. ὅτι ἀμύθητά μου τὰ χρέη· ἀλλ' ὡς ἐδέξω Πέτρου τοῦ ἀποστόλου σου τὸν πικρότατον κλαυθμόν, οὕτως πρόσδεξαι καὶ τὸν ἐμὸν φιλάνθρωπε, ἐπιχέων ταῦτα τὰ δάκρυα ἐπὶ τὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου χειρόγραφον. καὶ τῷ σπόγγῳ τῆς εὐσπλαγχνίας σου ἐξαλείφων τὰ αἰσχιστά μου πλημμελήματα. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ πλείστας ὥρας ὁ λῃστὴς ἐξομολογούμενος, καὶ τῷ ἰδίῳ φακιολίῳ τὰ δάκρυα ἐκμάσσων, παρέδωκε τὸ πνεῦμα, καθὼς καὶ οἱ πλησίον αὐτοῦ κοιμώμενοι διηγήσαντο. ἀρχιητρὸς δέ τις ἐκεῖνον τὸν ξενῶνα ἐπισκεπτόμενος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ καθεύδων, ὁρᾷ κατ' ὄναρ κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν ἐν ᾗ ὁ λῃστὴς ἐτελεύτησε, τινὰς αἰθίοπας πολλοὺς ἐλθόντας πρὸς τὴν κλίνην τοῦ λῃστοῦ, μετὰ πλείστων χαρτῶν περιεχόντων τὰ ἁμαρτήματα τοῦ λῃστοῦ. εἶτα καὶ δύο τινὰς φωτεινοὺς ἄνδρας. ἤνεγκαν οὖν ζυγόν, βαλόντων τῶν αἰθιόπων πάντα τὰ χειρόγραφα τοῦ λῃστοῦ, κατεβάρησεν ἡ μία πλάστιγξ. ἡ δὲ ἑτέρα ἐφ' ὕψους ἦν ἀνακεκουφισμένη. λέγουσιν οὖν οἱ διὰ τοῦ φω

τὸς

oniculæ in morem manſuetus Regi ad pedes cum ſcelerum confeſſione accidit. Poſt dies non multos febre tentatus latro in valetudinario, quod Sampſonis dicunt, decumbebat, vbi ex vini potu in phreneſin etiam incidit. Cum autem compos mentis factus ad ſe rediſſet, ruenteq; iam nocte ſentiret ſe vehementius premi, ad familiam miſericordis plane Dei conuertebatur, cum lacrymis confitens, & veniam ſuorum peccatorum petens ac dicens: Nihil peto noui à te Domine benigniſſime: vt enim in alium quendam ante me latronem, ita & in me æquè latronem mirificam eſſe tuam miſericordiam oſtende; ac ſuſcipe meas lacrymas, quas hic morti vicinus in lectulo iacens emitto. Quo verò modo illos, qui poſt vndecimam horam venientes nihil dignũ mercede effecerant admiſiſti; eodẽ & meas haſce exiguas lacrymas excipe, purgans me atq; baptizans in eis, in morte ſaltem mihi peccatorum condonationem (tribue) tanquam baptiſmum aliquem; nec quidquam poſtules præterea; non enim patitur hæc hora qua iam. . . . , ad me propius acceſſerunt. Verùm ne mihi relucteris: ne difficiliorem mihi exhibeas tuam bonitatem (præoccuparunt enim me iniquitates meæ) qui veſperam feliciter præueni. nam infinitate inexplicabilia ſunt mea debita. At vt admiſiſti Apoſtoli tui Petri amariſſimum fletum, ita & meum recipe, benigniſſime, effundens has lacrymas in peccatorum meorum chirographum; ac commiſerationis tuæ ſpongia deleas delicta mea quæ nulla imagine adumbrari queunt. Hæc & his ſimilia ad multas horas confitens latro, ac ſudario ſuo lacrymas extergens efflauit ſpiritum, quemadmodum qui prope ipſum iacebant narrarunt. Inſignis autem medicus quidam, valetudinarium illud viſitare ſolitus, domi ſuæ dormiens videt in ſomnis circa hanc ipſam horam, qua latro mortuus eſt, æthiopes multos venientes ad latronis lectum cum multis chartis, quibus eius ſcelera continebantur; poſtea etiam duos ſplendidos viros. Cum itaque allata ſtatera conieciſſent æthiopes omnia latronis chirographa in eam, depreſſa eſt vna lanx, altera in altum ſubleuata. Aiunt autem duo lucis Angeli; nihilnè hic nos habe-

τὸς ἄγγελοι, εἶτα ἡμεῖς οὐδὲν ἔχομεν ὧδε; λέγει ὁ εἷς πρὸς τὸν ἄλλον, τί ἔχομεν ἔχειν. οὗτος δεκάτην ἡμέραν ἔχει ἐλθὼν ἐκ τῶν φόνων καὶ τῆς λῃστείας αὐτοῦ, καὶ τί ἀγαθὸν ζητοῦμεν ἐκ τούτου; καὶ ὡς ταῦτα ἔλεγον, προσεποιήσαντο ψηλαφᾶν ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ. εἴ πως εὕρωσι καὶ αὐτοὶ τι ἀγαθόν. καὶ εὑρὼν εἰς τὸ φακιόλιον ἔνθα τὸν κλαυθμὸν ἐξέμαξεν ὁ λῃστής, λέγει πρὸς τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ, ὄντως τὸ φακιόλιον τῶν δακρύων αὐτοῦ ἦν. ἀλλὰ βάλωμεν αὐτὸ εἰς τὴν ἑτέραν πλάστιγγα, καὶ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ θεοῦ σὺν αὐτῷ, καὶ πάντως γίνεταί τι πλε. καὶ ὡς μόνον ἔβαλον αὐτὸ εἰς τὴν πλάστιγγα τὴν ἀνακεκουφισμένην, κατεβάρησε, καὶ ἐσκορπίσθησαν ὅλα τὰ χειρόγραφα τὰ ὄντα εἰς τὴν ἄλλην πλάστιγγα· καὶ ἐβόησαν μιᾷ φωνῇ οἱ ἄγγελοι λέγοντες· ἐνίκησεν ἡ φιλανθρωπία τοῦ δεσπότου. καὶ λαβόντες τὴν ψυχὴν τοῦ λῃστοῦ, ἀπήγαγον αὐτὴν μεθ' ἑαυτῶν. οἱ δὲ αἰθίοπες ἔφυγον, καταισχυνόμενοι· καὶ ταῦτα ἰδὼν ὁ ἰατρός, εὐθέως ἔξυπνος γενόμενος, ἐνεδύσατο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. καὶ δρομαίως ἦλθεν εἰς τὸν ξενῶνα· καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν κλίνην τοῦ λῃστοῦ, εὗρε τὸ μὲν σῶμα αὐτοῦ ζέον· τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἀπελθοῦσαν πρὸς κύριον. τὸ δὲ φακιόλιον ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ κείμενον μεστὸν τῶν δακρύων· καὶ δὴ μαθὼν παρὰ τῶν πλησίον κοιμωμένων τὴν ἐξομολόγησιν ἣν ἐποίησεν ὁ λῃστὴς πρὸς θεόν· λαβὼν τὸ φακιόλιον εἰσῆλθε πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, δεικνὺς αὐτῷ καὶ διηγούμενος ἅπερ κατ' ὄναρ ἐθεάσατο. καὶ ἅπερ παρὰ τῶν κοιμωμένων ἀκήκοεν, λέγων τῷ βασιλεῖ· εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ εὐσεβέστατε δέσποτα, ἠκούσαμεν λῃστὴν σωθέντα δι' ἐξομολογήσεως ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ οὐρανίου βασιλέως καὶ ἴδομεν λῃστὴν σωθέντα δι' ἐξομολογήσεως ἐπὶ τῆς σῆς βασιλείας· καὶ ταῦτα μὲν ἀκούοντες ἐπιστεύομεν ἀληθῆ εἶναι· ὅμως καλὸν τὸ προλαβεῖν τὴν φοβερὰν ὥραν θανάτου καὶ προετοιμάσαι ἑαυτοὺς διὰ μετανοίας· πόσοι γὰρ εἰπέ μοι ἐξαίφνης ἁρπάζονται; μή τι λαλῆσαι, μήτε δακρῦσαι. μήτε διαθήκην ποιῆσαι ἰσχύοντες· τίς δέ σοι καὶ ὁ ἀντιφωνῶν, ὅτι εὑρήσεις δάκρυα κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην τῷ θεῷ προσαγαγεῖν, ὅσα ἐκεῖνος ὁ λῃστὴς προσήγαγε. διὸ μὴ ἀναμείνωμεν μηδὲ ἐκδεξώμεθα ἐν τῷ θανάτῳ τῷ θεῷ ἐξομολογήσασθαι· ἀλλὰ μᾶλλον προφθάσωμεν

τὸ πρό-

habemus reliquum? Reſpondit alter, Ecquid poſſumus habere? nondum decimus dies eſt, cum cædem & latronum antrum reliquit: quid boni ex illo requirimus? Hæc vt dixerunt, viſi ſunt veſtigare manibus in lecto ipſius: ſi fortè inuenirent aliquid boni. At cum ſudarium reperiſſet alter, quo latro lacrymas ſuas deterſerat; ait ad ſocium ſuum: Profectò hoc ſudarium lacrymarum eius adhuc ſupererat. agedum alteri hoc lanci, addita illi Dei benignitate, imponamus, atq; aliquid tandem erit. Mox autem vt illud ſolum in lancem ſublatā iniecerunt, & hæc depreſſa eſt, & chirographa quæ in altera erāt disiecta fuère. Exclamarūt itaq; iunctis vocibus Angeli dicentes: Viuit Dei benignitas, correptaq́ latronis anima ſecū eam abduxerunt. Verum æthiopes cum ignominia fugerūt. Hæc vbi vidiſſet medicus, cum primū euigilauit aſſumptis veſtibus curriculo venit ad valetudinariū, & accedens ad lectū latronis, reperit corpus eius etiamnum calidum, anima iam ad Deū profecta, ſudariūq́ plenum lacrymis oculis impoſitum iacebat. Ex iis verò, qui in propinquo decūbebāt, cum intellexiſſet, qualemnam cōfeßionem ad Deū latro inſtituißet, arripuit ſudariū, & rectà ad Imperatorē pientißimū cōtendit, oſtendens ei illud narrāsq́ omnia quæ & in ſōnis viderat, & à decumbentibus in vicino loco audiuerat. Dixit itaque Imperatori, Gratias agimus Deo, pientißime Domine. nam accepimus latronem quidem olim ſaluum eſſe factum per confeßionē cæleſtis Regis in cruce factā: at vidimus etiam tui Imperii tēporibus latronem per confeßionem ſaluum eſſe factum. Hæc etſi audientes vera eſſe credimus; conſultum tamen putamus terrificam mortis horam præuenire, & per pœnitentiam antea ſe præparare. Quàm enim multi, putas, de repente abripiuntur, qui neq; loqui, neq; flere, neq; teſtamentum condere poſſunt? Quisnam autem pro te etiam reſpondebit, conſecuturum te illa hora lacrymas, quas Deo offeras, quemadmodum latro ille obtulit? Eapropter ne expectemus, nec in mortis horam differamus DEO confiteri peccata noſtra: quin potius præueniamus fa-

σωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει. οὐ γὰρ ἵνα χαυνώσω τὰς ὑμετέρας ψυχὰς ταῦτα συνέγραψα. ἀλλὰ μᾶλλον, ἵνα διεγείρω. οὐχ ἵνα ἀμελεστέρους ποιήσω, ἀλλὰ προθυμοτέρους, ὅπως ἐν τῷ σταδίῳ τῶν νηστειῶν καλῶς ἀγωνισάμενοι, στεφανῖται γινόμενοι, τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀξιωθῶμεν. χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Teſtatur Nicephorus hanc orationem habitam initio Quadrageſimæ.

faciem eius in confeſſione. Neque verò iſthæc eò à me ſcripta ſunt, vt molliores ac remiſsiores animos veſtros efficiam; ſed vos excitandi gratia potius. non vt negligentiores reddam, ſed vt alacriores; quò poſtquam in hoc ieiuniorum curriculo egregiè certauerimus, victores facti peccatorum remiſſione, atq; adeò cœlorũ regno digni habeamur gratia & benignitate Domini noſtri Iesv Chriſti, cum quo ſit Patri gloria, ſimulq; ſancto ac viuifico Spiritui nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Amen.

ANASTASII ABBATIS LIBER CONTRA IVDÆOS.

INTERPRETE FRANCISCO TVRRIANO, SOCIETATIS IESV.

REGNVM, quod Deus promiſit ſe daturum Chriſto propter nos facto homini, regnum Chriſtianorum eſt, quod tradidit Imperatoribus Chriſtianis, cum quibus Chriſtus regnat, quo regno nullum aliud eſt ſplendidius, neq; diuturnius vnquam fuit. Regnum enim Iſraëlitarum non durauit mille annis, tot alioqui miraculis illuſtre ab exitu ex Ægypto vſq; ad Titum ac Veſpaſianum. Item Babyloniorum & Medorum & Perſarum regnum conſumptum occupatumq; eſt à barbaris Turcis. Similiter regnum Macedonum ſublatum eſt de medio. Imperium Romanorum, id eſt, Chriſtianorum, vtpote, in quo Dominus Chriſtus ſimul regnat, vſq; ad conſummationem ſeculi non præteribit, quin potius, vt Rex regum & Dominus dominantium, hoc regno reget populum ſuum vſq; ad ſecundum aduentum, cuiuſmodi ſecundus aduentus non erit reliquus alteri populo: tunc hoc regnum tanquam pater futuri ſeculi ſolus obtinebit, quando omnes reſurgemus, ſicut ſcriptum eſt: Surgent mortui, & excitabuntur à monumentis & ſiſtemur ante tribunal Iudicis incorrupti, quando inimicos ſuos, qui noluerant eum regnare, neq; credere ei, diſſipabit & puniet, & regnabunt cum eo, quicunq; crediderunt ei,

Initium deeſt in m.ſ.

Eſai. 9.
Rom. 14.
1. Cor. 15.

Sap. 3.
Dan. 7.

& præcepta eius rectè ſeruarunt, ſicut ait Salomon in prouerbiis: & regnabit in eis Dominus in ſæculum, & ecce cum nubibus cæli veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & ipſi adhibitus eſt honor, & regnum & omnes tribus ſeruient ei, regnum eius regnum perpetuum, & poteſtas eius in generationes & generationes, quod non præteribit.

Sed fortaſſe dicat Iudæus, nondum veniſſe Chriſtum, ſed extremis temporibus venturum. Sed quid quæſo facturus, cum iam erunt tempora ſublata? Si reſpondeat Iudæus, quod inſtauraturus ſit gentem Iudaicam; quæ ratio eſt, aut quod conſilium, quæ ipſius iuſſu & authoritate deleta ſunt, ea reſtituere ac renouare? nuſquam enim dictum eſt, poſt interitum mundi, fore aliam Iudæorum conſtitutionem huiuſmodi ac fabricationem, hoc verò Propheta dicit: Mittam vobis Eliam Theſbiten, priuſquam veniat dies Domini magnus, *non veniens affligam vniuerſam terram. *Si quem expectatis Chriſtum, * Elias eſt, qui non ad inſtaurandum, ſed ad affligendum & percutiendum venturus eſt, quemadmodum non Chriſtus, ſed Elias dicitur, neque in Bethlehem naſcitur, vt Propheta de Chriſti ortu prædixit, ſed Thesbis?*

Malach. 4.
*μὴ ἐλθών.
Hinc patet cur S. Gregorius lib. 2. ep. 37. Naſatem Iudæum puniri iuſſerit, quod Eliæ altare erexerit, Chriſtianos ad cultum Eliæ inuitando.
Malachiæ 4. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ ὑμῖν ἠλίαν τὸν Θεσπίτην, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν κυρίου, καὶ μεγάλην, καὶ ἐπιφανῆ, μὴ ἔλθω καὶ κατάξω τὴν γῆν ἄρδην.

Præterea, qui dixit mittam, &c. *ſane alius eſt ab eo, qui mittitur; quod autem dixit,* non veniens percutiam terram totam, *nempe per Eliam facturum ſe hoc teſtatur, quo perfecto hanc mundi conſtitutionem ſoluet, & interitum ac conſummationem adducet; quorſum ergo naſceretur poſtea Chriſtus, ad cuius vtilitatem aut voluptatem? Quod autem alius ſit Chriſtus, alius Elias, perſpici poteſt ex interpretatione Danielis regi Babyloniorum facta de lapide, qui factus eſt ingens mons;* In diebus illis (*inquit*) regum illorum ſuſcitabit Deus regnum, quod in ſæculũ non interibit, & ipſum ſuſcitabitur in ſæcula; *& quod vidit rex ex monte lapidẽ abſq; manib⁹ ſciſſum* *qui perfregit imaginem, & factus eſt lapis mons ingens & repleuit terram; quatuor regna dicit, Babyloniorum, Medorum, Macedonum id eſt, Græcorum; quartum regnum audax & fortiſſimū, quod Daniel vocauit ab interitu & ſucceſſione liberum & alienum,* ἀφθαςτον καὶ ἀδιάχοκον, *Chriſti regnum eſt, quod tribus illis ſubſtitutum.*

Si verò dixerit Iudæus, regnum illud ferreum, Auguſti regnum fuiſſe, quæro, quid confecit aut domuit Auguſti regnum, aut aliorum regum, qui victi fuerunt? tametſi enim Romani Iudæos, aliaſque gentes vicerunt ac deleuerunt, tamen iidem rurſus victi ſunt, eorumque imperium & principatus ſublatus eſt. At regnum Chriſti nullum interitum vnquam capiet, neque deſinet eſſe. illud enim λεπτύνον *apud Danielem inuictum remanet, indomitum, nullumque habens ſucceſſorem, quod quidem eſt nomen & regnum Chriſti, & fides noſtra in eum.*

Quot gentiles & reges atque Imperatores fidem noſtram, id eſt, Chriſtianorum oppugnarunt? quam tamen extinguere non potuerunt, quin potius illi interierunt; hæc verò quotidie magis ſplendet ac dilatatur. Itaque ſi velit Iudæus limatè atque ſubtiliter intelligere illud prophetæ tempus, cum ait; in diebus illis ſuſcitabit Deus regnum, *accipiat neceſſe eſt dictum hoc de regno inter illa quatuor oſtenſa; non enim deinceps poſtea reperietur. Vt enim maiores veſtros, ô Iudæi, expectantes iam præteritum tempus fefellit, ſic vobis eueniet. quare ſi creditis Chriſtum eſſe, hinc quærite, id eſt, ab hoc regno: poſt illud enim non reperietis. Ex his igitur conſtat, quod Propheta dixit;* Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te, poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, *& quæ ſequuntur, de œconomia, & humanitatis filij Dei myſterio dicta eſſe, quæ ad effectum perducta ſunt, & hoc Veritas ipſa atq; prophetæ teſtantur.*

Notandum ſicut regnum Babyloniorū & Medorum ac Macedonū accipiendum eſt regnum ſucceſſorum in Babyloniis, Medis & Macedonibus, ſic regnum Romanorum. Vnde pro regno Chriſtianorum, quod Romanis ſucceſſit, accipiendū eſt, quaſi vnum idemq; ſit, vnde quæ Daniel de regno quarto Romanorum dicit, verius conueniunt in regnum Chriſti, quod eſt idem quartum ratione ſucceſsionis.

Dan. 2.

Pſal. 2.

Nunc autem oſtendam, Chriſtum hunc, ante mundi fabricationem genitum eſſe, eſſeq; Deum, ſed prius quæram à Iudæis, Dauid Rex, idemq; Propheta quem habuit dominum? nempe quod omnes confitentur, eum, qui cœlum terramq; fecit, & præter eum neminem alium Dominum, vide ergo, quemadmodum filium Dei Dominum ſuum appellat, cui pater dixit; poſtquam humanitatem ex Maria Virgine ſumpſit, poſt paſſionem ac reſurrectionem & aſcenſum in cælos, dixit, inquam, ſede à dextris meis, donec ponam, &c. *Dauid enim non aſcendit in cælum.*

Verùm fortaſſe dicet Iudæus, ſedere Chriſtum ad dexteram Dei vſq; ad extremum aduentum temporalem per Prophetas promiſſum, tanquam non antè venerit. Sed quemadmodum, quæſo, ſi ita eſt, ſede *dicitur ſedenti? & quomodo, aut cur inimici & infenſi ei, qui nondum venerat? hoc enim quod dixit,* ſede, *tanquam redeunti à terra in cælum rurſus dixit, quatenus etiam ante ſecundum aduentum ſuper inimicos* ſedet, *ita vt ſint Iudæi, Chriſti inimici, & ſubter pedes Chriſtianorum, ab eis calcati vſq; ad extremum tempus, quando eos conculcatio iuſta manebit, tempus enim quod expectant citiſſimè adfuturum, illud erit, quo ipſi vnà cum deceptore ſuo in ignem coniicientur.*

Pſalm. 21 *Rurſus Dauid in eodem pſalmo ſuſtinens perſonam patris de filio & verbo Dei ſic ait:* Ex vtero ante Luciferum genui te, *quod quidem de Adam non poteſt accipi, qui ſexto die effectus eſt, Lucifer verò quarto. Quid ſi de veſtro ἠλειμμένῳ accipiatis Iudæi, at hunc non dicetis filium Dauid eſſe, qui diu poſt Luciferum natus eſt, reſtat ergo vt Deus de filio ſuo dicat,* ante Luciferum genui te. Prou. 8. *Conuenit, quod ait Salomon de hac generatione æterna filii Dei; antequam montes fierent, antequam fontes, &c, & quem genuit Deus ante mundi effectionem, miſit filium ſuum. Item Dauid* Pſal. 77. *Pſal. 77.* Deus, *inquit,* iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio regis, *quod quidem non poſſe de Salomone accipi, probat quod paulò pòſt ſequitur:* dominabitur à mari vſque ad mare; &, ante ſolem permanet nomen eius, & ante lunam in generatione & generationem. *Ecce ergo quemadmodum Dauid & Salomon docent genitum eſſe ex patre filium antemundum effectum, modo autem quo ipſe ſolus nouit.*

Adhæc quæritur à Iudæis, vtrum hominem tantum dicant ſuum ἠλειμμένον, velut vnum è numero Prophetarum, ſi concedant, vt quidem concedunt, nos enim accuſant, quaſi plures deos introducamus; conferamus in medium dicta Prophetarum. & ſi Deum eſſe prædicarunt eum, qui expectabatur adfuturus, profectò qui venit, & à nobis Chriſtianis colitur, cui credimus, is verus Chriſtus eſt, & quem Iudæi expectant, Antichriſtus. Ait ergo Propheta, Benedictus, qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & illuxit nobis; *Deum & Dominum appellat, ſiue ergo venerit & apparuerit, ſiue venturus ſit, non iam veſter Chriſtus eſt, ſed noſter, id eſt, Chriſtianorum, ſiquidem vos non Deum ſed hominem ſolum ponitis. Item Eſaias; non Angelus, non legatus, ſed ipſe Dominus veniet & ſaluabit nos. & illud: Puer natus eſt nobis & filius datus eſt nobis, & vocatur magni conſilij Angelus, admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, poteſtatem habens, præſes pacis, &c. At qua ratione homo, vt Iudæi volunt, eſſe poteſt Deus fortis, præpotens, princeps pacis, pater futuri ſæculi? Item Abacum.* Deus à Themam veniet*. *Et Hieremias clamat, Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum. Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Poſthæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Et Dauid: Viderunt omnes gentes ſalutare Dei noſtri, &: dicite inter gentes, quoniam Dominus regnauit, Dominus, inquam, regnauit per fidem. Eſaias: Ab ortu ſolis vſq; ad occidenem glorioſum nomen meum in gentibus, & Oſeas. Vocabo non populum meum, populum meum, id eſt, gentes, & miſericordiam conſecutam. non miſericordiam conſecutam, id eſt, Synagogam Iudæorum*

Pſal.117.

Eſai.35.

Eſai.9.

* Citat Hierē. pro Barucho more Græcū conſueto.

Baruch.3.

Pſal.66.

Pſal.95.

Eſai.59.

Oſeæ.2.

Item Iacob benedicens filiis, ſic de Chriſto vaticinatus eſt; Gen. 49. Non deficiet princeps de Iuda, neq; dux de femoribus eius, donec veniat, cui repoſitum eſt, *id eſt, Chriſtus,* & ipſe eſt expectatio gentium; *prouidebat enim animo cæcitatem Iudæorum. quare fruſtrà expectant Iudæi, quem expectant. quem enim Chriſtum gentes expectabant, venit: idcirco defecit princeps ex Iuda & dux. Quod verò, quem Iudæi expectant, impoſtor ſit, non ſolum verba & dicta ſcripturæ ſanctæ, ſed res ipſa teſtatur in cuncto orbe. Dixit enim Dominus:* Matth. 24. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.

Videamus, quæ iſta verba ſint, quæ dixit non tranſitura. Dixerat de templo Iudæorum, Luc. 19. *Amen dico vobis non manebit lapis ſuper lapidem in ipſo. hoc perductum eſt ad exitum. an non dixit venturos eſſe Romanos, & gentem Iudæorum, & ciuitatem & regnum ſublaturos?* Matth. 23. *quod quidem perfectum eſt à Veſpaſiano & Tito. præterea dixit:* Luc. 16. lex & Prophetæ vſq; ad Ioannem Baptiſtam, *& ceſſabunt: quæro, an non hoc perductum eſt ad effectum? Certè eſt. proferant aliquem poſt Baptiſtæ tempus Prophetam. oſtendant aliquem poſt paſsionem ex Iudæis Prophetam. Vbi regia, vbi Iudices, vbi principes, vbi templum, vbi tabulæ, vbi ſacrificia, vbi altare, quod fecit Moyſes, vbi virga quæ floruit, vbi arca & manna, vbi illa in templo* ἐπισκίασις, κατασκίασμα τοῦ ἁγιάσματος. *vbi luſtratio ſanctificationis, vbi ignis de cœlo deſcendens, vbi vel vnum habent Prophetam hodie in cuncto orbe? certè habent neminem. vt trium puerorum verbis vtar, non eſt in tempore hoc, princeps aut Propheta,* Dan. 3. *aut dux, & quem ſequantur coram Deo, &c. Quem denique locum habent ex iis, quos Deus dedit illis? Certè nullum, quin potius ex omnibus eiecit eos, nobiſq; dedit illos. ſi enim montem Sinai dicas, vbi lex data eſt; at illic Chriſtus colitur hodie. ſi Iordanem, quem* NB. *tranſiuit olim populus Iſraël; at Chriſto illic baptizato, nobis eſt ſanctus & religioſus. Similiter in Ieruſalem & Sion, Chriſti tormenta & cruciatus adorantur. Item mons Oliueti in* *honore habetur poſt Chriſti ex eo loco aſcenſum in cælum, & in Bethlehem, poſt Chriſtum in eo loco ortum; idem ibi, ſicut in cælo, celebratur ſemper; imò ſi orientis, occidentis, totiuſque mundi partes ac regiones luſtremus, vbiq; reperire licet, ritum falſamq; religionem gentilium atque Iudæorum ſublatam, Chriſtum verò, & quæ ad Chriſtum pertinent, credi, teneri & coli ac confirmari.*

Quod ſi Chriſtiani vexamur perſecutionibus, & captiui tenemur, non eſt exprobrandum hoc aut mirandum, illud potius eſt admiratione dignum, quod fides noſtra à tot hoſtibus oppugnata non labefactatur, ſed ſtat, imò neque imperium noſtrum ceſſat, neq; Eccleſiæ clauduntur, quin potius inter medias gentes, mediosq; perſecutores eccleſias tenemus & ædificamus, CRVCESQVE *figimus ac ponimus, & ſacris operamur. Præterea dixit Dominus Chriſtus,* prædicabitur Euangelium in vniuerſo mundo. *an non perductum eſt ad exitū? Itē illud:* & portæ inferi non præualebunt aduerſus eccleſiā, *id eſt, aduerſus fidē noſtrā. an hoc falſum extitit? an non extiterunt plurimi hæreſiarchæ, tyranni potentiſſimi, & Reges impii, qui fidem oppugnarunt, neq; tamen potuerunt vincere eam, & extinguere?*

Matth. 14.
Matth. 16.

Dixit quoq; nobis, qui in eum credimus, eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. *an non omnes gētes propter nomen Chriſti nos odio habent & abominantur? Etſi hæc taceant Iudæi, tamē lapides clamabunt. Videmus enim non extitiſſe à ſæculo gentem vllam diutius ab omnibus oppugnatā, neq; tamē vnquam deletā, præter gentem Chriſtianorum, quæ non ſuperaſſet, neq; emerſiſſet, niſi manus Domini ſeruaſſet, & ſeruaret nunc. Eſtque illud admirabile, quòd nullus Chriſtianorum Imperator traditus eſt in manus barbarorum, ab iisq; occiſus, cùm tamen tàm multæ gentes imperium eorum oppugnarent. neq; ſolum nō potuêre Imperatorem tollere, ſed neq; imaginem ac ſignum crucis ex numiſmate Chriſtianorum, quanquam id non pauci Tyranni conati*

Matth. 10.

nati fuerint. Eſt autem hoc maximum argumentum veritatis noſtræ, quam tenemus. etenim niſi fidem noſtram inter cæteras omnes elegiſſet & comprobaſſet, nunquam eam inter medias gentes, velut lupos, ſeruaſſet integram & ſaluam, neq; permiſiſſet Deus, vt falſa fides vbiq; terrarum dominaretur, niſi eſſet œconomia aduentus in carne Chriſti filij Dei: vnde Euangelium vbiq; gentium receptum creditumq; eſſe, certiſſimum atq; veriſſimum teſtimonium eſt, non eſſe aliam fidem religioſam ſubter cœlum præter noſtrã. Quod ſi fides noſtra eſt æterna, inuicta, & quæ deleri non poteſt, idem de Chriſtianorum imperio affirmandum erit; idq; deſignat ſignum Chriſti, quod ex numo deleri nunquam potuit; quemadmodum Iudæi qui crucem Chriſti odio proſequuntur & contumeliis, ceciderunt & iacent quemadmodum crucem ex nummis tollere non poſſunt, Imo verò ſi cruce carent, improbant & reiiciunt, quod teſtatur crucem Chriſti fidemq; eius dominari in æternum quicunq; enim illam oppugnarunt, & delere voluerunt, quæſo vbi ſunt? Vbi Diocletianus, vbi Nero, vbi Veſpaſianus, vbi Herodes, vbi Maximinianus, & cæteri omnes qui Martyres occiderunt, fidem verò labefactare non valuerunt?*

* videtur aliquid deeſſe.

Inter alia præterea quæ Dominus Chriſtus dixit, quæ quotidie impleri videmus, illud eſt etiam quod dixit, qui non reliquerit patrem & matrem, &c. *nos autem videmus innumerabiles, relictis parentibus & fratribus, cæteriſq; bonis externis, mũdo renunciantes Chriſtum ſequi. Item dixit,* Vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſæculi, *quod quidem quotidie præſtat non ſinens fidem noſtram euacuari. Quis igitur eſt, qui cernat tam multa ante 800. annos prædicta, eademq; quotidie ad exitum perducta, qui non credat, aut qui in eum ſcandalizetur?*

Secunda quæſtio.

Si quærant Iudæi, cur Prophetæ de Chriſto loquentes non ſunt de eo apertè loquuti? Nempe quia cùm Chriſtus finem legi & ſacrificiis allaturus eſſet, ſi apertè de his dixiſſent Prophetæ, ſtatim eos Iudæi lapidibus obruiſſent, eorumq; libros propheticos com-

bußiſſent, ex quo magnum incommodum caperemus. Iam diu enim
Iudæos refellimus dictis Prophetarum pudoreq; afficimus, Ait enim
Dauid: Inclinauit cælos & deſcendit. Et Eſaias: Ecce virgo Pſal.17.
concipiet & pariet filium. Item Propheta: hic eſt Deus noſter, non Eſai.7. Baruch.3.
eſtimabitur alius aduerſus eum. Et paulò poſt: In terris viſus eſt,
& cum hominibus conuerſatus eſt, atq; aliter cerni non poterat Deus
niſi corpore ſumpto. & Dauid: Dominus regnauit, decorem indutus Pſal 92.
eſt.

Adhæc Moyſes poſtquam vidit gloriam Dei, ita vt non poſſent Exod.34.
filii Iſraël intendere in faciem eius reuelatam dixit eis. Prophetam Deut 18.
ſuſcitabit Dominus Deus ex fratribus veſtris tanquam me;
ideſt, quemadmodum facies Moyſis ſplendore affecta eſt, & quia
non poterant ſplendoris vim ferre filij Iſraël, faciem velauit,
atq; ita cum illis colloquebatur: ſic Chriſtus filius Dei pro veſte
habuit templum corporis, tegens diuinitatem ſuam, factus mediator
Dei & hominum, melior mediator, inquam, quàm Moyſes, excellentior
enim eſt dominus ſeruo. Conciliauit ergo homines Deo, &
Deum hominibus. igitur: tanquam me, dixit, tum propter velamẽtum
carnis, tum propter mediationem, tum quia, qui non audierit
Prophetam illũ, peribit de populo anima eius, tum quia ipſe eſt, qui
liberauit Iſráëlem, qui factus eſt homo & cum hominibus verſatus,
& non alius. Eſaias etiam: non Angelus, non legatus; ſed ipſe Dominus Eſai.35.
veniet, & ſaluabit nos. & quod crediture eſſent gentes, Iudæi
verò defecturi, Oſeas ait: & vocabo non populum meum; populum Oſeæ.2.
meum, nempe populum gentilium in eum credentium. Et Dauid,
quia Deus propter gentes erat humanitatem ſumpturus, dixit: Pſal. 95.
Regnauit Deus ſuper gentes. at cur non dixit, Regnauit ſuper Iudæos?
Quod ſit Deus omnium Rex, perſpicuum eſt; verùm à gentibus
non cognoſcebatur, antequam crederent, idq; propter idolorũ
cultum, quo tenebantur, in quos dæmones tyrannidem exercebánt.
at per myſterium incarnationis liberauit nos ab Idolis, fuſo ſuo ſanguine
in cruce, atq; ita regnauit ſuper nos, q̃ in eũ credidimus. Idcirco Pſal. 85.
ait, omnes gentes quaſcunq; feciſti veniẽt, & adorabũt coram te

R 2 Domine,

Digitized by Google

Domine, nempe, quicumq; ad eum per baptiſmum accedunt, ſicuti i-
Pſalm. 33. *dem Propheta dixit; Accedite ad eum & illuminamini, & facies*
Eſai. 1. *veſtræ non confundentur. Et Eſaias ait: lauamini & mundi eſto-*
te, & auferte iniquitates veſtras ex cordibus veſtris: & qui ita
accedunt, mercedem fidei accipiunt, nempe ſine cultura legis per fi-
dem ſaluati. quicunque autem nunc accedere ad eum noluerint, in
altero ſeculo vel inuiti eum cum magno pudore, metu & tremore
adorabunt, ſicuti Propheta dixit, Domine excelſum brachium tu-
um, & non cognouerunt, id eſt, nunc non crediderunt, cum verò
cognouerint, reuereantur, id eſt, in futuro ſeculo quem nunc non
crediderunt Chriſtum eſſe, tunc cognituri ſunt, cùm ab eo æternis
ſupplicijs afficientur.

Quod autem ex Sion manifeſtandus erat Chriſtus, quod celſiſ-
Pſal, 86. *ſimus eſt, & quod ipſe fundauit Sion; dixit Dauid: Mater Sion di-*
xit, homo & ipſe natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus.
Quod eſſet baptizandus in Iordane, & teſtimonium paternum,
Pſal. 28. *prædixit idem Dauid. Vox (inquit) Domini ſuper aquas, & Deus*
gloriæ intonuit, Dominus ſuper aquas multas. Quod per baptiſ-
mum erat diabolum, eiuſque poteſtatem labefactaturus, prædixit e-
Pſal. 73. *tiam cum ait: Contribulaſti capita Draconum in aqua. Item quod*
in mari erat, velut in pauimento ambulaturus, quod ſanaturus
morbos multos in populo, quod pro mundo mortem ſubiturus, hæc
Iob. 9. *omnia prædicta fuerunt antè. Iob; qui extendit cælum ſolus & am-*
Eſai. 35. *bulauit in mari velut in pauimento. & Eſaias. Oculi cæcorum ape-*
rientur, & lingua balborum ſoluetur, tunc claudus ſaliet vt ceruus.
Item aduentum Chriſti in Hieruſalem ad patiendum ſedentis in a-
Zach. 9. *ſino, prædixit Zacharias. Gaude filia Sion, prædica Hieruſalem,*
Ecce rex tuus venit iuſtus & ſaluans, ipſe manſuetus ſedens ſuper
ſubiugalẽ & pullum. præterea quod laudandus celebranduſq; eſſet à
Pſal. 8. *pueris infantibꝰ Iudaicis, Deo eos docente, prædixit Dauid. Ex ore*
Eſai. 53. *infantiũ & lactentium perfeciſti laudem. Item Eſaias, Languores*
noſtros tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, & pro nobis doluit.

*Quod prodendus erat à Iuda vno ex duodecim prædixit idem Dauid: Pſal. 2.
Quare fremuerunt gentes & populi, &c. Congregati enim ſunt
in veritate contra filium Dei, qui eſt Chriſtus; Herodes & Pontius
Pilatus cum gentibus & populis Iſraël. Idem de eo: foderunt manus Pſal. 21.
meas & pedes meos, & dinumerauerunt, &c. ecce paſſionem in
Cruce; item potionem aceti & fellis idem Propheta prædixit: dederunt
in eſcam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. An mentiti Pſal. 68.
ſunt Euangeliſtæ noſtri, qui ſimilia atq; Prophetæ dixerunt? quod
ſi mentiti ſunt, ſupereſt vt Prophetæ quoq; mentiti fuerint, qui ſimilia
prædixerunt.*

*Iam de ſepultura Dauid ait. Poſuerunt me in lacu inferiori, in Pſal. 87.
tenebroſis & vmbra mortis. factus eſt homo ſine auxilio inter mortuos
liber, id eſt, ſine peccato. & Iob ait, Aperiuntur tibi metu portæ Iob, 38.
mortis, Ianitores inferni videntes te timuerant, id eſt, poteſtates
aduerſariæ dæmonum, quæ apud inferos ſunt. Quod autem in
cruce pendens multa corpora ſanctorum ſuſcitauit, idem Dauid
prædixit: qui educit vinctos in fortitudine, ſimiliter eos qui exaſperant,
qui habitant in ſepulchris. item de reſurrectione eius poſt
triduum Oſeas ait; quæramus Dominum & ſanctificabit nos poſt Oſeæ. 6.
biduum, & tertia die reſurgam. Quod anima eius non eſt relicta in
inferno, neq; caro eius corrupta, Dauid teſtatur. Nō derelinques animam Pſal. 15.
in inferno, neque dabis ſanctum tuum videre corruptionem,
&c. quæ quidem non ſunt accipienda de Dauide, qui poſtquam
generationi ſuæ ſeruiuit, voluntate Dei mortuus eſt, & appoſitus
ad patres, viditq; corruptionem. Deus autem in mortuis poſitus
non vidit corruptionem, ipſe enim Deus humanam naturam, quam
ſumpſit, ſuſcitauit. Et alibi: erit requies eius honor. requies, id Eſai. 11.
eſt ſepultura; honor, id eſt, reſurrectio.*

*Iamne eſt, qui hæc audiens de Chriſto, non confitetur Deum verum
eſſe, qui, vt mundum ſaluum faceret homo factus eſt, qui idola
deſtruxit, ſacrificia dæmonum ſuſtulit, & aras eorum ſubuertit?
Vbi ſunt ſacrificia Ægypti? vbi vaticinia Memphis? vbi*

Digitized by Google

Sebenytus, quæ Simonem colebat, vbi Naphis, quæ vnum venerabatur, vbi ſolis adoratores, vbi ſolis adoratores vbi Dianæ templum, vbi Cizyci vaticinia Apollinis? vbique enim Deus colitur, poſtquam Chriſtus aduenit, & cruci affixus eſt. Quæ cùm ita habeant, tamen non pudet Iudæos appellare nos idolothytas & idololatras. Verùm mirum non eſt, omnis namque meretrix, mulieri, quæ coniugio libera eſt, nomen ſuum imponit, appellatque meretricem, qui cùm non pepercerint Eſaiæ, Hieremiæ, reliquiſque Prophetis atq; adeo ipſi Chriſto, quid mirum, ſi neque nobis parcant? qui ſi ea poteſtate præditi eſſent, qua nos Chriſtiani, neminem profectò noſtrum inter eos viuere ſinerent, vt nos eos ſinimus.

Quia verò Iudæi quærere ſolent, cur non apertè ac nudè de Chriſto locuti ſunt Prophetæ, rurſus ab eis viciſſim quæram ego; quomodo non iidem Prophetæ ipſos Iudæos de Chriſto monuerunt vt cauerent, venturum enim eſſe hominem, qui appellaretur Ieſus cui crederent, quia impoſtor eſſet? quin potius nolentes credere in verum Chriſtum, & Deum, quem Prophetæ prænunciarunt, impoſtorem non Chriſtum expectant.

Quæſtio Iudæorum, Cur Cruces & ſigna veneremur.

Si quæſierint Iudæi à Chriſtianis, cur cùm Deus præceperit non adorare ligna, aut lapides, aut denique opera hominum, ipſi colamus & adoremus cruces & imagines, reſpondeant ipſi viciſſim; cur librum legis adorant, qui ex coriis pellibuſque immundis conſtat. Cur etiam Iacob adorauit in ſummitate virgæ Ioſeph? quod ſi reſponderint, tametſi librum legis adorent, tamen non adorare eos naturam pellium, ſed virtutem verborum; & Iacob adoraſſe non lignum virgæ, ſed ipſum Ioſeph, qui virgam tenebat: ſic nos igitur Chriſtiani non naturam ligni adoramus, abſit, ſed Chriſtum in eo crucifixum, & quemadmodum ſi Iudæi reperirent nunc tabulas duas, & duos cherubinos aureos, quos fecit Moyſes, item arcam, adorarent quidem ea, veneran-

nerantes Deum, qui ea iuſsit fieri, ſic nos cùm imagines adoramus: non veneramur lignum, abſit, ſed Chriſtum honoramus & ſanctos eius, * *neque picturas colimus, ſæpè enim imagines vetuſtas aut deletas renouamus, aut etiam cùm putreſcunt & carie conſumptæ ſunt, comburimus, aliaſq; nouas facimus ad memoriam tantùm conſeruandam.*

* Per ſe ſcilicet & abſolute abſq; habitudine ad prototypum.

Sed reſpondeant Iudæi, cur imaginem Nabuchodonoſor Babylone adorauerunt, præſertim cùm haberent illic Danielem, & alios Prophetas, qui eos docerent. Atqui cùm imaginem Chriſti Chriſtianus adoro, non dico, gloria ligno, aut picturæ, *ſed,* gloria Deo ſanctorum. *At Iudæi, cùm imaginem Nabuchodonoſor adorarunt, dixerunt, gloria Nabuchodonoſor. item cùm crucem adoro, non dico:* gloria ligni; *at vos Iudæi, cùm vitulum adoraſtis, dixiſtis, hi ſunt Dii tui Iſraël, qui eduxerunt te ex Ægypto. propterea nos Chriſtiani iam plurimis annis captiui & multis calamitatibus afflicti Deum non negamus. Quod ſi nonnulli negarunt non tot quidem numero, quot Iudæi Babylone Deum negarunt; atque ij quidem neque tormentis neque cruciatibus affecti & ſciſsi, ſed ad verbum ſolum. & niſi tres illi pueri fidem ſeruaſſent, vbi vos ſeruaſtis, qui tot alioqui miracula videratis vbique in Ægypto, in mari rubro, in Eremo, in columna ignis, in nube luminis, in monte Sina? quando vlli Deus tanta ac talia bona contulit? quando ſic cum vllo locutus eſt, cum tot ſignis, cum tubis angelicis legem ferens, manna præbens, Prophetas mittens, gentes ſubiugans, Allophylos delens, tabulas addens, tabernaculum veſtium deſcribens, Moyſen, velut alterum Deum, ſuo loco ponens, vobiſque præficiens? O cæcitatem & amentiam Iudæorum, ô ſceleratam mentem & peruerſam, ô ingratos animos Iudæorum. conſiderent Iudæi quid de ipſis Iudæis teſtentur Prophetæ, quales ſitis & fuerint tunc, cùm Deum colebant Hebræi. Itaque Moyſes ait: generatio per-*

Dan. 3.

Exod. 32.

Deut. 32.

peruerſa ſunt, nō eſt fides in ea: & rurſus: generatio praua & peruerſa hæc reddit Domino. Item Eſaias: filios genui & exaltaui, ipſi verò improbarunt me & reiecerunt, Bos cognouit poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſraël autem me non cognouit. Væ genti peccatrici, populus plenus peccatis. Idem rurſus: Audite verbum Domini, domus Sodomorum, attendite legem Dei populus Gomorræ. Vide ergò quemadmodum Iudæos vocat Sodomitas, infideles, idolothytas & technothytas, ingratos, peruerſam generationem, filios reprehenſione dignos, ſacrificantes dæmoniis & non Deo, derelinquentes Deum, qui fecit illos, qui defecerunt à Deo, qui ſeruauit eos.

Eſai.1.

Eſa.1.

Si euoluamus & excutiamus literas ſanctas, non reperiemus de vlla gente talia ac tanta dicta, idq́; iure & meritò, ſiquidem 52. annis fuerunt Hieroſolymis ſacrificantes idolis in templo Dei, qui ſub Manaſſe rege templum & ciuitatem Dei profanarunt, ob quam cauſſâ traditi ſunt ſemel & iterum à Deo Babyloniis in ſeruitutem inde verò poſt 70. annos reducti ac reuocati. Quæramus ergò ab eis poſt reditum Babylone, ac poſt inſtauratum templum Hieroſolymis, cum iam non idolis, ſed Deo ſacrificarent in eo, quod ita graue peccatum commiſerint coram Deo, vt iam octingenteſimus annus & amplius agatur, ex quo illos Deus diſperſit, & Titum atq; Veſpaſianum ad vaſtandam vrbem vocauit, qui, vt auctor eſt Ioſephus ſcriptor Iudaicus, centum myriadas Iudæorum Hieroſolymis ceciderunt, templumq́; incenderunt, & altare, & ſancta & vrbem deleuerunt; agiturq́; iam, vt ante dixi, octingenteſimus annus vaſtitatis & ſeruitutis ac diſperſionis. ac cum maiores veſtri bis ducti captiui Babylonem, bisq́; templo vaſtato, item bis ipſi in gratiam cum Deo redierint, templumq́; illis fuerit ædificatum, quod ita magnum peccatum commiſiſtis. vt non amplius templum vobis Deus inſtaurare voluerit, neq; amplius vos ab inimicis & hoſtibꝰ reduxerit: an idolis ſacrificaſtis, vt maiores veſtri, filios & filias? an imaginem, vt illi, adoraſtis? Nequaquam,

Hinc patet quo tempore vixerit Anaſtaſius.

an idolum poſuiſtis in templo, vt Manaſſes? nequaquam. an Prophetas occidiſtis? nequaquam. Cur igitur derelicti eſtis à Deo? Sanè quamuis vos nihil dixeritis, lapides clamabunt, quod ſcilicet, ex quo Chriſtum crucifixiſtis, derelicti eſtis; ob hanc cauſam hactenus & in perpetuum derelicti, diſperſi, nudi, eiecti è templo & ciuitate Hieruſalem remanebitis.

Maiores itaque veſtri, qui vitulum fabricati ſunt, qui tam multa ſcelera patrarunt, qui imaginem auream coluerunt, qui immolarunt filios & filias ſuas dæmoniis, ſeptuaginta annis & centum in Perſica Babylone ſuppliciis affecti, reuocati ſunt & reducti, vos autem qui Chriſto credere recuſaſtis, non ſeptuaginta aut centum annis ſolùm, ſed vſq; ad conſummationem ſæculi repulſi & abiecti eritis. nos contrà, gentes, filij Chriſti vocati ſumus, eique ſeruimus, eumque colimus & celebramus cum patre & ſpiritu ſancto in ſæcula ſæculorum, Amen.

Quæramus præterea à Iudæis * de εἰλημμένῳ ſuo, quem expectant. Vtrum Iudæus futurus ſit, legem Moyſis tenens, an Chriſtianus. Quod ſi reſponderint, Iudæum ex Iudæis fore, filium Dauid, ſeruatorem legis & ſacrificiorum renouatorem, generiſq; Iudæorum; dicant, quot anni fluxerint à captiuitate Iudæorum ſub Nabuchodonoſor. Sane fluxerunt mille anni, & amplius. Quod ſi Chriſtus, quem Iudæi expectant, Iudæus erit, & ſacrificia renouaturus eſt, nondum tamen venit, quomodo Daniel Propheta ait, didiciſſe ex Archangelo Gabriele breuiatas eſſe vſque ad Chriſtum ducem 70. hebdomades annorum in populum & in ciuitatem ſanctam, vt compleretur peccatum. & paulò pòſt: vt ſignaretur viſio, & Prophetæ, vt vngerentur ſancta ſanctorum, & tolleretur ſacrificium, & libatio ex lege. Quando ſublatum eſt ſacrificium & libatio? docete igitur, qualis nam Chriſtus venerit vnctus ſanctus ſanctorum poſt 70. hebdomadas, id eſt poſt 390. annos à Daniele, qui ſacrificium & libationem ſuſtulerit.

3. Quæſtio.
Id eſt, vncto; per quem Meſſiam intelligunt vt patet ex demonſtratione Baſilij Seleucienſis contra Iudæos de aduentu Saluatoris.
Dan. 9.

Quod ſi dicant nondum veniſſe Chriſtum, ſed venturum, o-

ſtendant, quis Chriſtus, & qualis venerit poſt 390. annos à Daniele vnctus ſanctus ſanctorum. at non poterunt alium oſtendere ac proferre, qui hæc fecerit, niſi Chriſtum Dei filium. Rurſus ſi dicant, ſuum, quem expectant, Chriſtum facturum ſacrificia ex lege, mentitus ergo eſt Daniel. Præterea ſi nos in errore ſumus, qui teſtamentum Chriſti teneamus, & Chriſtus veſter, quem expectatis, vetus teſtamentum, Moyſiſque legem renouaturus eſt, vbi quærendum eſt teſtamentum illud, de quo Hieremias dixit, Ecce dies venient & diſponam domui Iſraël teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum, quod diſpoſuit patribus eorum, quando eduxi eos ex terra Ægypti? poſt datam enim legem Iudæis dixit Deus per Eſaiam & Micheam: ex Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem. *Quamobrem cùm Chriſtus venit, legem nouam tulit, & veterem impleuit.*

Baruch.2.

Exprobrant nobis Iudæi, quod in homine damnato ſpem collocemus. Sed vter eſt excellentior; homo, an ſerpens æneus quem Iudæi ſuſpenſum colunt? Sed audiant. ſuſtulerunt Iudæi in crucem quendam dictum Ieſum Chriſtum, an non? & quam ob cauſam? Vtrum quia legem non ſeruabat, & violabat Sabbathum? & de quo Chriſto prædixerunt Prophetæ, venturum extremis temporibus, vendendum eſſe & quanti, item damnandum ad mortem, manus & pedes eius clauis transfigendos, felle & aceto potandum, & latus lancea aperiendum, & cælum tenebris obſcurandum? & non poterunt non eſſe vera, quæ Prophetæ prædixerunt. Hæc ergo quid? in noſtro Chriſto ad exitum perducta ſunt, an in veſtro perducenda ſunt? quodſi in veſtro ſunt perducenda ad effectum, igitur & vos in homine damnato ſpem ponitis; ſin autem hæc completa ſunt in noſtro Chriſto, aſſentimini veritati: quòd ſi in neutrum conueniant hæc, ergo Prophetæ mentiti ſunt. Quod ſi conuicti, licet inuiti, confiteamini tamen Chriſtum noſtrum à maioribus veſtris morte affectum eſſe, tanquam legis violatorem, & ſceleratum; adhibeamus Prophetas & videa-

mus vtrum talis eſſet. Sanè nemo eſt in terris qui ſit à peccato alienus (inquit ſcriptura) & ſordium purus, tametſi vita eius vnius diei ſit, tamen de Chriſto ait Eſaias; tanquam ouis ductus Eſai. 5 eſt ad cædem, & tanquam agnus coram tondente mutus fuit, propter peccata populi mei ductus eſt ad mortem, & dabo impios pro ſepultura eius, & diuites pro morte ſua, eò quod iniquitatem non fecit. Et quia nemo eſt abſque peccato, præter Deum ſolum, ſequitur, Deum verum eſſe, quem vos cruci affixiſtis, peccatum enim non fecit, neque inuentus eſt dolus in ore eius.

Sed videamus quid præterea Prophetæ dicant de Chriſto noſtro mortem paſſo, vt ſaltem multitudinem Prophetarum vereantur Iudæi. De venditione & pretio 30. argenteorum Zacharias Zach. 11. & Hieremias Prophetæ locuti ſunt. Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quod appretiarunt filij Iſraël &c. De falſis teſtimoniis prædixit Dauid: Surgentes in me teſtes iniqui, Pſal. 34. quæ ignorabant, interrogabant me, retribuerunt mihi mala pro bonis. Et quod ſponte hæc perpeſſurus erat, prædixit idem. Pſalm. 37. Tergum meum dedi in flagella, & maxillas meas alapis, Eſa, 50. & faciem meam non auerti à dedecore & ſputis. De ſpinea corona Hieremias. Spinis iniquitatum ſuarum coronarunt. Et quod principium ſalutis noſtræ, id eſt, crucem in humeris ſuis portauit, Eſaias dixit: Puer natus eſt nobis, filius datus Eſai. 9. eſt nobis, cuius principatus in humeris eius, id eſt, crux. Item quod Deus verè erat ante ſæcula Chriſtus, & in medio terræ ſalutem operaturus, Dauid ait. Deus Rex noſter ante Pſal, 73. ſæcula, operatus eſt ſalutem in medio terræ. De manibus & pedibus transfixis Zacharias: plagæ eorum in medio manuum Zach. 13. mearum, quibus affectus ſum in domo dilecti mei. De latere lancea aperto, quod aqua & ſanguine manauit, Zacharias: Aſpicient Zach. 12. in eum, quem confixerunt. & Moyſes delineauit fluxum aquæ ex latere; percuſſit enim ille petram, vnde ſtatim Exod. 17. mana-

1, Cor. 10. manauit aqua ad ſeruandam populum; petra autem erat Chriſtus.

Rurſus Moyſes de cruci affixo, & de perfidia Iudæorũ ita ait.
Deut. 28. Videbitis vitam veſtram pendentẽ, & non credetis. Item illud; maledictus,
Deut. 21. qui pendet in ligno, in figura dictum eſt Chriſto, qui factus
eſt maledictum propter nos. & vt Iudæi confidebant ſerpenti æreo
Num. 21. ſuſpenſo in ligno, eratq́; inter cæteras omnes beſtias maledictus ſerpens,
cuius imago, quæ certè non mordebat, afferebat ſalutem iis,
quos ſerpens verus momorderat; ſic Chriſtus, qui alienus erat à
peccato, & pro peccatoribus ſuſpenſus, vitam mundo præſtitit.
adhæc de tenebris illius diei, cùm in crucem ſublatus eſt Chriſtus,
& de voce miſſa ab eo, quando emiſit ſpiritum, & de
Eſai. 13. terræ motu Eſaias Propheta loquitur: Sol & luna obſcurabuntur,
& ſtellæ non dabunt ſplendorem ſuum, Dominus autem
Pſal. 17. ex Sion clamabit, & mouebitur cælum & terra. Et Dauid. Dedit
Zach. 14. vocem ſuam altiſſimus, & commota eſt terra. Et Zacharias.
Veniet Dominus Deus, & omnes ſancti cum eo, & in die
illa non erit lumen, & non erit dies, neque nox, & ad veſperam
erit lumen, & dies ille notus Domino. Ab hora enim ſexta vſque
ad horam nonam tenebræ fuerunt in vniuerſa terra. Zacharias
ergo crucifixum quoque Deum & Dominum appellauit. & Si
hæc dicitis de veſtro Chriſto, quem expectatis, dicta eſſe, vos
quoque in homine crucifigendo, tanquam reo confiditis. at non
eſt alius qui prædictus prænunciatuſque eſt à Prophetis, quàm
Dominus noſter Ieſus Chriſtus filius Dei, qui deſcendit de cælis,
& carnem ſumpſit ex Maria Virgine, idque propter totius mundi
ſalutem, ſicuti vaticinati fuerant de eo ipſi Prophetæ, quorum
nos teſtimonia & prædictiones protulimus, & congeſſimus.
De aſcenſione verò in cælos, & de ſeſſione ad dexteram patris
Zach: 14. Zacharias prædixit. In die illa (inquit) ſtabunt pedes Domini
Pſal. 17. in monte Oliueti, è regione Hieruſalem ad orientem. Et Dauid: aſcendit
Pſal. 46. ſuper Cherubim & volauit, volauit ſuper pennas ventorum

& aſcendit Dominus in voce tubæ. Et illud, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, &c. quod aſcendit, quid eſt niſi quod deſcendit prius?

Pſal. 109.
Epheſ. 4.

Verùm producamus alios teſtes præter Prophetas prædictos, qui teſtes aduentum Chriſti in carne ſubſecuti ſunt, ſiquidem vos etiam Iudæi habetis in commentariis; quæ dicturi ſumus. maiores enim veſtri illis temporibus victi, tamen vt inuicti eſſe viderentur, neq; ſe victos eſſe conuinci & coargui poſſent, iudicio ſuo, iuſſerunt, vt nemo Iudæorum, conſcripta haberet Chriſti geſta, neque quæreret, aut legeret vllo modo, ne ſtudium & diligentia notitiam illis afferret. Verùm hoc vobis dicimus, quamuis pro veſtro more, celare veritatem cogamini. Agite ergo, nónne audiſtis Magos oraculo diuino commotos à Perſide olim veniſſe, ſtella duce, cum muneribus, vt adorarent Chriſtum noſtrum? Cum quibus veſtri ſacerdotes cum Herode tunc Rege congreſſi, percunctanteque illo, vbi Chriſtus naſceretur, reſponderunt; in Bethleem ciuitate Iudæ, ſicuti dicunt Prophetæ; deinde Herodem, inuidia regni exorientis commotum, tantam puerorum cædem feciſſe. Deinde Ioannes Baptiſta nónne ex Iudæis oriundus eſt, ad quem maiores veſtri miſerunt, qui percunctarentur, vtrum eſſet ipſe Chriſtus, qui quidem reſpondit, non eſſe, verum indicans Chriſtum, dixit, Hic eſt agnus Dei qui tollit peccata mundi.

Matth. 2.
Matth. 3.
Ioan. 1.

Præterea Nicodemus princeps veſtræ gentis, & Nathanael, atq; Ioſeph Arimatheus, & Bizas ac Alexander, qui cum eo in nuptiis Simonis Galilæi pranſi ſunt, cùm aquam in vinum mutauit, tum ſeniores illi, qui à Centurione legati miſsi ſunt ad Chriſtum, propter filium Centurionis, dignus (inquiunt) eſt, cui hoc tribuas; amat enim gentem, & Synagogam ipſe ædificauit nobis. Item regius ille Anthypatus frater Iairi archiſynagogi, an non recepit filiam à mortuis reuocatam precibus Iairi? Accedit etiam teſtis Caiphas pontifex veſter, qui conſuluit vnum hominem

De Simone ſponſo; vide notas Turriani in cap. 27. l. 8. Conſtit. Apoſtolic. Clementis.
Ioan. 2.
Luc. 7.
Luc. 8.
Luc. 18.

Matth 21.
Matth. 26.
Matth. 28.

mori oportere, ne vniuerſa gens periret. Quid dicam pueros illos veſtros infantes, qui olim clamabant: Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Iſraël. Quid Iudas diſcipulus, cui triginta argenteos dediſtis, vt illum vobis traderet? Quid dicam de militibus, quibus nummos dediſtis, vt affirmarent veniſſe nocte diſcipulos qui Chriſti corpus furto, vobis dormientibus, tollerent.

Ioſeph. antiq. l.18.c.4. Recitat etiam Euſeb. hiſt. lib 1. c.11. Vide Baron. an. 34. qui teſtatur hoc teſtimonium inuentum eſſe eraſum à Iudæis.
Deut 28.
Exod. 32.
Amos. 5.

Iam Ioſephus auctor & ſcriptor veſter de Chriſto ait: fuiſſe virum iuſtum & bonum, diuina gratia oſtenſum ac declaratum, qui plurimos ſignis & miraculis iuuaret; cuius veſtimenta partiti ſunt Iudæi, vt prædixit Propheta, & ſuper ea miſerunt ſortes. cuius manus & pedes tranſfixerunt, cui fel & acetum adhibuerunt in ſiti. De quibus dixit Moyſes: Videbitis vitam veſtram ante oculos veſtros pendentem, & non credetis; quod ſi crediſſetis Moyſi, vtique Chriſto crederetis; verùm maiores veſtri illi ſubiecti eſſe voluerunt, ſed potius repulerunt eum, & conuerſi ſunt corde in Ægyptum dicentes Aaroni: fac nobis deos, qui nos præcedant: huic enim Moyſi ignoramus, quid acciderit ei, & fecerunt vitulum in diebus illis, & ſacrificauerunt idolo, & lætati ſunt in operibus manuum ſuarum, & vertit illos Deus & tradidit eos, vt ſeruirent militiæ cœli, ſicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum, non ſacrificaſti mihi 40. annis in Eremo domus Iſrael, & recepiſtis tabernaculum Moloch, & aſtrum Dei veſtri Rempham, imagines feciſtis vt adoraretis eas, & transferam vos vltra Babylonem in tabernaculum teſtimonij, quod in Eremo factum eſt, ſicuti facere iuſſit Moyſi is, qui cum eo loquebatur Deus, ſecundùm exemplar quod illi deſcripſit, quod maiores veſtri introduxerunt cum Ieſu filio Naue in poſſeſsionem gentium, quas eiecit Deus è conſpectu patrum veſtrorum, vſque ad dies Dauid, qui inuenit gratiam coram Deo, & petiit, vt reperiret tabernaculum Deo Iacob.

Salomon autem ædificauit ei domum, ſed Deus altiſsimus

non habitat in templis manufactis, ſicuti ait Propheta, Cælum Eſai. 66.
mihi thronus, terra autem ſcabellum pedum meorum. nónne manus
mea fecit hæc omnia? O Iudæi duræ ceruicis, incircumciſi corde, Act. 7.
& auribus, ſemper vos ſpiritui ſancto reſiſtitis, exemplo patrum Eſai. 66.
veſtrorum, qui occiderunt eos, qui prænunciauerunt aduentum
iuſti, cuius interfectores & proditores fuerunt patres veſtri in Ieruſalem.
ſimiliter eorum filij atq; imitatores nullam prædictionibus
Prophetarum fidem adhibentes, legem, quam in diſpoſitione
angelorum accepiſtis, minimè ſeruaſtis. Ait itaq; ſpiritus ſanctus
per os Dauid Prophetæ. Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite Pſal 94.
obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundùm diem
tentationis in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt
& viderunt opera mea. Quadraginta annis inſenſus fui generationi
huic, & dixi ſemper, hi errant corde, ipſi verò non cognouerunt
vias meas, ſicut iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem
meam. ſed non omnes qui egreſſi ſunt ex Ægypto introierunt, exacerbauerunt
enim non credentes neq; obtemperantes. Quibus verò
inſenſus fuit 40. annis, niſi iis, qui peccarunt, & non obedierunt?
quorum cadauera proſtrata ſunt in deſerto, quibus iurauit
non introituros in requiem ſuam, niſi iis, qui non obedierunt? &
videmus non potuiſſe introire propter incredulitatem; præter
Chaleph filium Iephone, & Ieſum filium Naue ſexcenta millia interierunt,
totidem enim millia egreſſa ſunt ex Ægypto, cùm enim
peteret ab ipſis Deus, vt in terram promiſſionis proficiſcerentur,
parere noluerunt, excuſantes metum & hoſtium robur. quamobrem
conſumptis illis ad vnum, filios, eorum loco, introduxit
cum Chaleph filio Iephon & Ieſu Naue, qui eos in requiem perduxit.
Et quamuis requiem dixit Dauid de terra illa (in
ea enim requieſcere fecit Ieſu Naue) tamen in requie erat ipſe
etiam Dauid, cùm hæc dicens, requiem promiſit; Hodie Pſal 94.
ſi vocem eius audieritis, &c. Igitur relinquitur alius Sabbatiſmus,
& alia requies, quæ eſt fides in Chriſtum, ſicut dicit Hie- Heb. 4.
remi-

Baruch 2. remias Propheta: Ecce dies venient, & diſponam domui Iſraël, &
domui Iacob teſtamentum nouum; in eo quod dixit, nouum, antiquauit
primum, non ſecundum teſtamentum, quod diſpoſui patribus
eorum, die, qua apprehendi manum eius, vt educerem ex
terra Ægypti, quoniam ipſi non expectauerunt teſtamentum
meum, & ego neglexi eos, dicit Dominus, quia hoc eſt teſtamentum,
Ierem. 31. quod diſponam domui Iſraël, dans leges meas in mentem eorum,
& in corde eorum ſcribam eas, & ero illis in Deum, &
ipſi erunt mihi in populum. igitur fides ex auditu, auditus autem
Rom. 10. per verbum Dei; oportet enim primùm audire, deinde mente
& corde amplecti Dei verba, & credere, ſicuti Abraham credidit
Rom. 4. Deo, & reputatum eſt illi ad Iuſtitiam, quoniam non iuſtificabitur
Rom. 3. ex operibus legis omnis caro, quicunque enim ex operibus legis
Galat 3. ſunt, ſub maledicto ſunt. ſcriptum eſt enim, maledictus qui non
Deut. 27. permanet in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea.
Rom. 1. Quod autem in lege nemo iuſtificetur, apud Deum, perſpicuum
Rom. 4. eſt; quia iuſtus ex fide viuet in ipſis. Abraham autem credidit
Gal. 3. Deo, & reputatum eſt illi ad Iuſtitiam. prouidens autem ſcriptura,
quod ex fide iuſtificat gentes Deus, prænuntiauit Abrahæ.
cognoſcitur ergo quod qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ.
Abrahæ verò dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius. non dicit: Et
ſeminibus, quaſi in multis; ſed quaſi in vno, Et ſemini tuo, qui
eſt Chriſtus. hoc autem dico teſtamentum ante confirmatum in
Chriſtum; quæ poſt trecentos triginta annos facta eſt, lex, non
irritum facit promiſſum. & vetus ſcriptura teſtamentum Dei
appellat promiſſionem factam Abrahæ, promiſit enim Deus per
ſemen Abrahæ benedicendas eſſe gentes; hoc autem ſemen ipſe
Chriſtus eſt, per ipſum enim promiſſio ad exitum perducta eſt.
Galat. 3. Nam ſi ex lege promiſſio, hæreditas non eſt ex promiſſione. Abrahæ
autem per repromiſſionem, donauit Deus ſemen. Quid
igitur lex? propter tranſgreſſiones poſita eſt, quoad veniret ſemen,
quod promiſſum eſt, poſita eſt lex ad ſtudium & accura-

tio

tionem generis eius, ex quo erat ſemen illud profecturum ſecundum carnem: poſita verò eſt adminiſtris angelis, ſubſeruiente verò huic poſitioni ipſo Moſe.

Ecce Iudæus nominaris & acquieſcis legi, qui lege gloriaris, per tranſgreßionē Deum dedecoras. Circumciſio enim prodeſt, ſi legem obſeruas, ſi autem tranſgreſſor legis es, circumciſio tua præputium facta eſt: ſicut ait Hieremias: Omnes gentes circumciſæ carne, domus verò Iſrael circumciſa corde. Circumcidi Deo eſt circumcidi præputium cordis veſtri. Per legem enim cognitio peccati; nunc autem iuſtitia Dei manifeſtata eſt cōfirmata à lege & Prophetis. Iuſtitia autē Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes qui credunt. iuſtificamur enim gratis gratia eius per redemptionem in Chriſto Ieſu. arbitramur ergo fide iuſtificari hominem abſq; operibus legis. quid? Iudæorum tātum Deus, & nō gentium? certè & gentium, quoniam vnus Deus, qui iuſtificabit circumciſionem ex fide, & præputium per fidem. legem igitur euacuamus per fidē? abſit, imò legem ſtatuimus Quid enim dicit Scriptura? credidit Abraam Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, ait enim Dauid: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata, beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum. Lex (inquit) peccantibus ſupplicium infert. at Propheta beatos prædicat eos, quibus remiſſa ſunt peccata. hæc igitur beatitudo in circumciſionem, an in præputium tendit? Reſpondemus, Abraam reputatam eſſe fidem ad iuſtitiam. Sed quomodo reputata eſt in circumciſione, an in præputio? perſpicuum eſt, non in circumciſionē, ſed in præputio; & ſignum accepit circumciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ erat in præputio, vt ſit pater omnium credentium ex præputio, vt reputetur & illis ad iuſtitiam, & ſit pater circumciſionis, nō iis tantum qui ſunt ex circumciſione, ſed & iis, qui ſectantur veſtigia fidei, iis, inquam, qui ſunt in præputio patris noſtri Abra-

Rom. 2.
Hier. 9.
Rom. 3.
Rom. 3.
Rom. 3.
Rom. 4.
Pſal. 31.
Rom. 4.

T ha.

hæ. non enim per legem promiſſio Abrahæ aut ſemini eius, vt hæ-
res eſſet mundi: ſed per iuſtitiam fidei. lex enim iram operatur. ſi-
quidem conſuetudo legis eſt punire violatores. vbi enim non eſt
lex, neque præuaricatio. Ideò ex fide; vt ſecundum gratiam ſit, vt
fieret firma promiſſio omni ſemini non ſolùm ex lege, ſed ex fide A-
brahæ, qui pater eſt omnium noſtrum, ſicut ſcriptum eſt, patrem
Gen. 17. multarum gentium poſui te ante Deum. cui credidit, qui viuifi-
cat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt, ſicut ea, quæ ſunt, Qui
contra ſpem in ſpe credidit, vt fieret pater multarum gentium,
Gen. 15. ſecundum quod dictum eſt: ſic erit ſemini tuo. & non infirma-
tus eſt fide: nec conſiderauit corpus ſuum iam emortuum, centum
iam natus annos, & vuluam Saræ emortuam, in promiſſione
etiam Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans
gloriam Deo: pleniſſimè ſciens, quia quæcunq; promiſit, potens eſt
& facere. Ideò & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, non eſt autem
ſcriptum tantum propter ipſum, ſed propter nos, quibus reputabi-
Rom. 4. Rom. 9. tur credentibus in eum, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum dominũ no-
ſtrum à mortuis. Non enim omnes Iſraëlitæ ſemen Abraæ ſunt, non
enim naturæ ſed virtutis cognationem quærit Deus, neq; quia ſunt
Gen. 21. ſemen Abraæ, omnes filij Dei, ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen,
id eſt, non filij carnis, hi ſunt filij Dei, ſed filij promiſſionis repu-
tantur in ſemen; appellat autem filios carnis natos ſecundum na-
turæ ordinem, filios verò promiſſionis, eos, qui ſecundum gratiam
Rom. 9. Gen. 18. fidei dati ſunt. Promiſſionis enim verbum hoc eſt: ſecundùm hoc
tempus veniam, & erit Saræ filius; cùm nulla eſſet naturæ ſpes, ſic
diuino munere & magnificentia factus eſt Abraam pater.

Quare ergò Iudæe gloriaris, quaſi ſolus appelleris ſemen A-
brahæ? Nam & Iſmael Abrahæ filius fuit, & quidem primogeni-
tus. Quod ſi exiſtimas illum eiectum eſſe ex cognatione, neque ad
eam pertinere, quia eſſet ex matre non libera & ingenua ortus; at
Scriptura non ex matribus, ſed ex patribus ſolet genealogi-
am texere, & qui nati ſunt ex Chetura libera & ingenua,
ſemen

ſemen Abrahæ minimè appellantur. Similiter de 12. filiis Iacob ex diuerſis matribus natis, ex quibus 4. fuerunt ex ancillis nati, omnes autem Iſraël appellati ſunt: nihil ex ſeruitute materna accipientes. non ſolùm autem illi, ſed & Rebecca ex vno concubitu Rom. 9. Iſaac patris noſtri habens. Cùm enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali (vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret) non ex operibus, ſed ex vocante. dictum autem eſt ei: Maior ſeruiet minori, Gen. 25. an exiſtimas Iudae propter Saram præpoſitum eſſe Iſaac Iſmaeli & filiis Cheturæ? Quid dices de Rebecca? Hic enim vna mater eſt, vnus pater, vnus conceptus; gemelli ſunt filij; id enim ſignificat: ex vno concubitu habens eodem tempore vtrumque concepit; verum alter charus Deo fuit, alter minimè. Neque expectauit Deus rerum experientiam, ſed potius differentiam vtriuſque prædixit, antequam in lucem editi eſſent. Prædixit autem prouidens ac proſpiciens vtriuſque propoſitum, non enim iniuſta eſt electio, ſed cum cuiuſque hominis propoſito faciens, ſicut ſcriptum eſt, Iacob Rom 9. Malach. 1. dilexi, Eſau autem odio habui; Quod enim à Deo dictum eſt Gen. 21. Abrahæ in Iſaac vocabitur tibi ſemen, docet, vt quis ſit benedictionis particeps, non opus eſſe illi genere; non enim naturam Deus attendit, ſed fidem, & virtutem requirit, ſicut in Oſee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, Rom. 9. Oſee 2. dilectam: & erit in loco, vbi inuentus eſt ipſis; populus meus ipſi vocabuntur, nos filij Dei viuentis. quoniam gentes quæ non cognouerunt iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiam. Iſrael verò conſectans legem propriæ iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, ſed ex operibus legis; Rom. 9. exiſtimauit enim ſufficere ſibi viuere ex lege ad comparandam iuſtitiam, fidemque contempſit. quamobrem munerum fidei non ſunt facti participes. impegerunt enim in lapidem offenſionis, ſicut ſcriptum Rom. 9. Iſai. 8. eſt, Ecce ego pono in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali, & quicunque crediderit in eum, non confundetur.

offendere ſolent & impingere, qui aliorſum ſenſum propheticarum Scripturarum accipiunt, & in via promouere ac progredi nolunt, quod quidem euenit Iudæis, qui intenti ſuperfluis legis, lapidem à Prophetis prædictum ac prænuntiatum, videre noluerunt. Quanquam planè vaticinati ſunt Prophetæ magna bona conſecuturum, quiſquis hæc crederet. Zelum enim Dei habent, ſed

Rom 10. *non ſecundam ſcientiam. ignorantes enim iuſtitiam & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. finis enim legis Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti. lex enim omnes nos, id eſt, omnem naturam hominum ad dominum Chriſtum direxit; ergo*

Iſai.28. *qui credit Chriſto, ſcopum legis implet, quoniam ſcriptum eſt; Ec-*

1.Petri 2. *ce pono in Sion lapidem angularem, electum, honoratum, & qui*

Pſalm.117. *credit in eum, non confundetur. Nobis igitur honor credentibus;*

Matth.21. *non credentibus verò lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, & lapis offenſionis, & petra ſcandali. nos*

1.Petri 2. *autem qui credimus & baptizati ſumus, genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, qui virtutes annunciauimus eius, qui ex tenebris vocauit nos in lucem ſuam; qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei; qui non conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſecuti, quos vocauit*

Oſeæ 2. *non ſolum ex Iudæis, ſed ex gentibus, ſicuti ait per Oſeam: Vocabo non populum meum, &c. & erit in loco vbi inuentus fuerit ipſis, populus meus Vos, illic vocabuntur filii Dei viuentis. qui-*

Rom.8. *cunque enim ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filii Dei. finis enim legis*

Rom.9. *Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Moyſes enim ſcripſit, quoni-*

Rom.10. *am iuſtitiam quæ ex lege eſt, qui fecerit homo, viuet in ea. Quæ au-*

Leu.18. *tem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit. Ne dixeris in corde tuo: Quis aſ-*

Ezech.20. *cendet in cœlum? id eſt, Chriſtum deducere. Aut quis deſcendet in*

Deut.30. *abyſſum? hoc eſt, Chriſtum à mortuis reuocare. ſed quid dicit? Prope eſt verbum in ore tuo, in corde tuo, hoc eſt, verbum fidei, quod prædicamus. Quia ſi confitearis in ore tuo dominum Ieſum Chriſtum, & in corde tuo credideris quod Deus illũ ſuſcitauit ex mor-*

tuis, ſaluus eris. corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem fit Rom.10. Iſai.28.
confeßio ad ſalutem. Dicit enim Scriptura, quod qui credit in il-
lum, non confundetur, ipſe enim dominus omnium diues in omnes,
qui inuocant eum, & erit omnis, qui inuocauerit nomen domini, Rom.10.
ſaluus. Quomodo igitur inuocabunt, in quem nō crediderunt? quo-
modo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient ſi-
ne prædicante? quomodo verò prædicabunt, niſi mittantur? ſicut
ſcriptum eſt: ſpecioſi pedes Euangelizantium bona. Et quidem Iſai.52.
in omnē terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba Pſal 18.
eorum, &c. Verum non cognouit Iſraël. Eſaias ait: Domine quis Eſai.53.
credidit auditui noſtro, & brachium domini, cui reuelatum eſt? E- Rom 10.19.
go prouocabo vos in non gentes, quoniam in gente ſtulta irritabo Deut.32.21.
vos. gentes ſtultas vocauit nos. ſiquidem ante fidem ſtultitiam de-
clarauimus, eramus enim aliquando, id eſt, antequam crederemus,
ſtulti, inobedientes, errantes.

Magno quidem dolore affecit Deus Iudæos, neque enim tam
graue atque moleſtum eſt illis, diſperſos eſſe, templumq; vaſtatum
eſſe, atq; eſt, quod gentium pietatem & ſplendorem vident. Eſaias
audet dicere: Inuentus ſum ab iis, qui me non quærebant, palam Iſaiæ 65.1.
apparui iis, qui me non interrogabant. Comprehendit eodem lo- Rom.10.20.
co Eſaias prædictionem pietatis & cognitionis Dei in gentibus,
& crudelitatem Iudæorum. Quod enim ait, audet, declarat, non
timuiſſe eum Iudæos furentes, & cædis auidos, quin potius confi-
denter auſum fuiſſe gentium ſalutem prædicere, & Iudæorum
perfidiam prænuntiare. Ad Iſraëlem verò dicit Moyſes, tota die Iſaiæ 65.2.
expandi manus populo repugnanti, & contradicenti. Ad hunc mo- Rom.10.21.
dum Prophetæ Iudæos accuſant, & fidem gentium prædicant ac
prænuntiant. dico autem dominum Ieſum Chriſtum miniſtrum Rom.15.8.
fuiſſe circumciſionis propter veritatem Dei, ad confirmandas pro-
mißiones patrum, gentes autem ſuper miſericordia laudabunt De-
um. Deus enim Abrahæ promiſit benedicendas eſſe gentes in ſemi-
ne eius. accepit autem Patriarcha & vniuerſum genus illius cir- De circũciſione.

cumciſionis ſignum. Oportebat igitur ſemen illius ſecundum carnem, ex quo ad gentes benedictio manaret, habere ſignum cognationis, vt demonſtraretur clariſſimè veritas promiſſionis, & gentes, quæ gratiam accepiſſent, laudarent eum, qui tantam humanitatem præſtitiſſet, quam idem per Prophetas appellauit fidem &
Rom.15,9. *ſalutem gentium, ſicut ſcriptum eſt: Propterea confitebor tibi*
Pſal.15 50. *in gentibus Domine, & nomini tuo cantabo; & rurſus: Lau-*
Pſal.116.1. *date Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Et*
Eſai.11.10. *Eſaias; Et erit radix Ieſſe, & qui ſurgit ad dominandum gentibus, in ipſo gentes ſperabunt, ſicut ſcriptum eſt: Videbunt quibus*
Eſai.52,13. *non nuntiatum eſt de eo, & qui non audierunt, intelligent. Cùm autem rurſus introducit primogenitum in orbem terrarum, vt adorent eum omnes angeli Dei, ſic Deus per os Dauidis ait:*
Pſal.88,36. *Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in ſæculum manet, & thronus eius vt Sol in conſpectu meo, & vt Luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis. Et rurſus:*
Pſal.88,28. *ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius, & ipſe inuocabit me, pater meus es tu, Deus meus, protector ſalutis meæ, & ego primogenitum ponam illum excelſum præ regibus terræ, qui eſt Dei verbum, & filius vnigenitus ſæculorum auctor, & effector omnium.*

Vnde autem in orbem intrat? quomodo primogenitus, vnigenitus? Et ſi poſt aſſumptam humanitatem angeli eum adorauerint, ante humanitatem non omninò eundem hoc honore proſecuti
Ioan.1. *ſunt? Vtiq; erat vt Deus, & in orbem intrauit vt homo, in mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. in propria venit, & ſui eum non receperunt. Si autem in mundo erat, quomodo intrauit? Si autem intrauit, quomodo in mundo erat? atqui erat in mundo vt Deus, intrauit autem vt homo, ad eundem modum vnigenitus eſt vt Deus, primogenitus verò vt homo in multis fratribus. Sic etiam ſemper colebant eum angeli, erat enim ſemper Deus: adorarunt verò etiam vt hominem. & ad*

angelos quidem dixit: qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros Hebr.1.7.
ſuos flammam ignis. ad filium verò ait: Thronus tuus Deus in ſæ- Pſal.44.7.
culum ſæculi, virga rectitudinis, virga regni tui. dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propter hoc vngit te Deus oleo lætitiæ præ participibus tuis, demonſtrauit per hoc apertè, angelos quidem naturam habere creatam, vnigenitum verò filium increatam & æternam, quatenus enim Deus, ſempiternum habet thronum, & regnum principio & fine carens. illud autem: dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, & quæ ſequuntur; ſecundum humanitatem dicta ſunt. ſiquidem Propheta Eſaias de Eſai.7.16.
Emmanuele prædicens, hæc adiecit: antequam ſciat puer bonum aut malum, nollet prauitatem eligere, vt eligat bonum. Et vnctio non eſt diuinitatis, ſed humanitatis. oleum (inquit) exul- Hebr.1.9.
tationis præ participibus. participes quidem ſumus nos, non quidem diuinitatis, ſed humanitatis, ſicuti ſcriptum eſt: qui ſan- Hebr.2.11.
ctificat, & qui ſanctificatur: ex vno omnes & hoc humanitatem deſignat, eſt enim creata humanitas aſſumpta, vnus quidem noſtrum, & ipſius humanitatis auctor; verum per illum ſanctificamur. Propter quam cauſam non confunditur, fratres eos Hebr.2.12. Pſal.21.23.
vocare, dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis: in medio Eccleſiæ tuæ laudabo te. Et iterum: Ego ero fidens in eum. Et Pſal 17.3. Eſa.8.18.
*iterum: Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus. Si autem Dominus & effector omnium, & propter ſuorum ſeruorum ſalutem carnem aſſumpſit, & homo factus eſt abſque peccato ex Maria ſemper virgine, & cum ſeruis ſuis veſcens, & bibens, & ſedens, eorumque ægrotos curans, pro nobis paſſus, non veretur vocare fratres etiam iſtos, pro quibus paſſus eſt, perſpicuum eſt, quod fideles non ſolum fratres, ſed & * filios.* pueros.
Quia ergò pueri communicarunt carni & ſanguini, & ipſe Heb.2.14.
ſimiliter participauit eadem. vt per mortem ſuam deſtrueret, quod habebat mortis imperium, id eſt, Diabolum & liberaret eos, qui metu mortis per vniuerſam vitam obnoxij erant ſeruituti.

Digitized by Google

uituti. Et quemadmodum poterat ipſe frater non vocari, aut non nos filios vocare legitimè, niſi eandem ipſe induiſſet naturam, quamobrem hanc indutus, mortis dominatum atque poteſtatem deſtruxit, & metum nobis impendentem exemit. ſemper enim Hebr. 2.16. mortem metuebamus. Non enim angelos apprehendit, ſed ſemen Abræ apprehendit. etenim ſi naturam angelorum aſſumpſiſſet; mori non potuiſſet: quia verò humanum corpus accepit, per paſsionem quidem debitum hominum ſoluit, per corpus verò quod paſſum eſt, reſurrectio propriam poteſtatem oſtendit. Vnde Hebr. 2.17. debuit per omnia aſsimilari fratribus. Similiter enim atque nos cibum ſumpſit, labores ſuſtinuit, doluit, lacrimatus eſt, & mortem ſubiit: vt miſericors fieret & fidelis Pontifex in iis quæ ad Deum pertinent ad propitiandum pro peccatis populi. in eo.n. in quo paſ- Hebr. 2.18. ſus eſt ipſe & tentatus; potens eſt & eis qui tentantur, auxiliari. Et hæc ſecundum humanitatem dicta ſunt. neque enim Pontifex eſt vt Deus, ſed vt homo; neque vt Deus paſſus eſt, ſed vt homo; neque per experientiam didicit noſtra, ſed vt Deus & fabrica- Hebr. 1.13. tor omnium cognoſcit omnia clariſsime. nunquid ad aliquem angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. non enim vt Deo tantum dicit. ſede à dextris meis. quomodo enim diceret? ſiquidem thronus eius in ſæculum ſæculi. ſed vt homo hunc honorem accepit; quate- Hebr. 2.6. Pſal 8.5. nus verò Deus, æternum habet thronum. Et rurſus: quid eſt homo quod memor es eius, aut filius hominis quod viſitas eum? minuiſti eum paulò minus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum, cõſtituiſti eum, &c. Eum autẽ qui modico quã angeli minoratus eſt, videmus Ieſum propter paſsionẽ mortis, vt abſq; Deo pro omnib. guſtaret mortem gloria & honore coronatum, non quidem quantũ ad naturã diuinitatis diminutus eſt infra angelos, ſed quoad paſſionem humanitatis. vt igitur inferior erat angelis propter paſſionem mortis, quandoquidem natura angelica immortalis eſt: ipſe autem quatenus homo paſsionem ſuſtinuit abſque Deo propter *ſalutem omnium. omnia enim quæcunque mortalem naturam habent, hoc remedio egebant, remedio, inquam, humanitatis Chriſti, ſola enim diuina natura non egebat, hoc enim ſignificat,* abſque Deo, *gloria verò & honore coronatum vt hominem. poſt reſurrectionem & in cœlos aſcenſum, diuinam gloriam recepit, & factus eſt maior angelis, ſedet enim ſupra principatum, & poteſtatem & dominationem, & virtutes & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed in futuro. in eo enim quod ſubiecit ei omnia, nihil prætermiſit non ſubiectum. nunc autem nondum videmus omnia ſubiecta, in tempore autem illo, id eſt, in ſæculo futuro, omnia tenebit ſub ſuo imperio; ſubiicientur enim tunc qui nunc contradicunt & repugnant. verbum enim Dei caro factum, mortis imperium deleuit: deleto autem promiſit nobis reſurrectionem, cum ipſa verò reſurrectione coniuncta eſt immortalitas, in qua ineſt illa patrum noſtrorum requies, & vita æterna per fidem promiſſa, & omnium ſimili fide ſperantium dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei. Etenim ſi fuiſſet in Hieruſalem perfecta requies, illa nos Ieſus filius Naue requieſcere feciſſet, ſed non dedit Deus Abraæ veſtigium pedis, neque illius filiis fide ſimilibus dedit in ea hæreditatem in ſæculum, quin potius inquilini in ea & vbique exiguo tempore hinc excedimus relictis rebus terrenis, illic autem conſiſtit immortalis requies, cuius hæredes exiſtunt, quicunque fide audierunt hodie, ſecundum Dauid, neque obdurarunt cor, ſicuti improbi patres illi in exacerbatione ſecundum diem tentationis. vt enim in præſentem breuem requiem non ſunt ingreſſi per fidem, quin potius ipſorum cadauera proſtrata ſunt in deſerto, eorum verò loco ingreſſi ſunt in eam filij, ſic in æternam requiem promiſſam ore Dauid à Deo illi ſunt in reſurrectione ingreſſuri, qui audito nunc verbo fidei & ſuſcepto* illuminati fuerunt, qui autem non crediderunt, & Deum tentauerunt, in ignem æternum mittentur, perpetuò puniendi. Hoc autem ne ignoretur quod patres ve-*

Pro omnibus guſtare mortẽ abſq; Deo.

Hebr. 3 17.

* baptizati.

1.Cor.10.

ſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per mare tranſierunt, omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & mari, omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, biberunt enim ex ſpirituali ſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. Hæc, inquit, noſtrarum rerum typi erant, mare enim imitabatur baptiſmum; nubes deſignabat gratiam ſpiritus, Moyſes verò ſacerdotem, virga crucem, Iſrael verò qui tranſiuit, deſignabat baptizatos, Ægyptii perſequentes, dæmonum erant figura, ipſe Pharao imago diaboli. poſt tranſitum enim Iſraëlitæ liberati ſunt Ægyptiorum poteſtate; item manna de cælo acceperunt in typum quendam panis cæleſtis, id eſt, corporis Chriſti. præterea petra imago erat lateris Chriſti; manauit enim præter ſpem aqua, fuitque illis petra quod nobis Chriſtus, conſequebatur autem illos non petra, ſed diuina gratia Chriſti filii, & verbi Dei quæ fecerat, vt petra illa præter omnem ſpem aquam emitteret, etenim ſi petra eos ſequeretur, aut aqua ex petra, quomodo iterum aquis eguiſſent?

Act. 13. 16. Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deum, audite: Deus elegit
patres veſtros, & plebem ex alto in peregrinatione, in Ægy-
pto, & brachio excelſo eduxit eos. Et 40. annis circumduxit eos
in deſerto, & deletis ſeptem gentibus in terra Chananæa, dedit illis
in hæreditatem terram earum gentium, & poſtea annis trecentis
quinquaginta, dedit eis Iudices vſque ad Samuelem Prophetam.
Et exinde petierunt regem, & dedit eis Deus regem Saul filium
Cis virum ex tribu Beniamin annis 40. poſt cuius obitum ſuſ-
Iſai. 11. 3. citauit pro eo regem Dauid, cui teſtimonium tribuit, dicens: Inue-
ni filium Ieſſe virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes volun-
tates meas, ex ſemine cuius ſecundum promiſsionem ſalutem Deus
attulit Iſraeli, prædicante Ioanne ante faciem eius baptiſ-
mum pœnitentiæ Iſraeli. Cùm impleret autem Ioannes curſum
ſuum, dicebat: Quem me arbitramini eſſe, non ſum ego: ſed ecce
qui venit poſt me, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam

calceamenti pedum eius. *Viri fratres filii generis Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum ſalutis huius miſſum eſt. Qui enim habitabant Hieruſalem, & Principes eorum hunc ignorantes, & voces Prophetarum quæ per omne Sabbatum leguntur, compleuerunt ad effectum perducentes eas. Et nullam cauſam mortis inuenientes in eo, petierunt à Pilato, vt interficeret eum. Cumq́; conſummaſſent omnia quæ de eo ſcripta erant, deponentes eum de ligno crucis, poſuerunt in monumento. Deus verò ſuſcitauit eum à mortuis, qui viſus eſt per dies multos in Sabbatis eorum à Galilæa vſq; Hieruſalem. Cuius rei teſtes fuerũt in populo, in diſcipulis & apoſtolis, viſusq́; poſt reſurrectionem 40. diebus, colloquens cum eis de regno cælorum, qui quidem nobis nũciarunt, & vobis ſimiliter nunciamus eam quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt: quoniam hanc Deus adimpleuit filiis veſtris, reſuſcitans Ieſum, ſicut & in Pſal. 2. ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodiè genui te. Quod autẽ ſuſcitauit eum à mortuis, amplius iam non reuerſurum in corruptionẽ. Ita dixerunt: Quia vobis da-* Eſa.55.3.
bo ſancta Dauid fidelia. Ideoq; in alio Pſalmo ait: Non dabis ſan- Pſal.15.19.
ctum tuũ videre corruptionem. Dauid enim voluntate Dei dormiuit, & appoſitus eſt ad patres ſuos, & vidit corruptionem. Quem verò Deus ſuſcitauit à mortuis, non vidit corruptionem. Notum igitur ſit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remiſſio peccatorũ annunciatur, & ab omnibus, quibus non potuiſtis in lege Moyſis iuſtificari. In hoc omnis qui credit, iuſtificatur. Videte igitur ne ſuperueniat vobis quod dictũ eſt in Propheta: Videte contẽptores, & Hab.1.5.
admiramini, & diſperdimini; quia opꝰ operor ego in diebus veſtris, opꝰ ꝙ nõ creditis, ſi quis enarrauerit vobis. Eſaias autẽ clamat pro Eſa.10.22.
Iſrael, dicẽs: Si fuerit vniuerſus Iſrael, ſicut arena maris, reliquiæ Rom.9.27.
ſaluæ fient. verbum enim abbreuiatũ, & contractum faciet Dominus in terra, vt à principio prouidit Deus eos, qui fideles & qui perfidi futuri erant; & quod primogenitus filius Iſrael abiiciendus eſſet, introducendus verò in eius locũ populꝰ gẽtiliũ obſcurè atq;

*tectè hæc per Prophetas prædixit. etenim ſi cognouiſſet ſuam eie-
ctionem atque repulſam, gens Iudæorum, inuida & conſcelerata,*
De obſcuritate Prophetarum. *libros ipſos Prophetarum combuſsiſſet; quia tolerare non poſſet ad-
uerſum ſe ſcripta ferri, ex quo magnum incommodum cepiſſemus.
hæc ergò cauſa cur tectè & obſcurè ſcriptæ ſint prædictiones prophe-*
Eſai. 48. 8. *ticæ. quæ ſi non credat Iudæus, credat Prophetæ dicenti: neq; audi-
ſti neq; cognouiſti, neq; à principio aperui aures tuas, intellexi enim
quod repugnans repugnabis. Et nunc quidem quia Deus ex mulie-
re genitus eſt, ſcandalizaris; in eremo autem olim cũ Deus inuiſi-
biliter abſq; corpore verſabatur vobiſcum, & admirabilia illa facta
edebat, quare contra Deum cogitabas? quomodo contra Moyſen
ſæuiebas, ita vt parum abfuerit quin lapidaris eum? quomodo re-
licto authore beneficiorum tantorum in Ægyptum reuerti cupie-
bas? perſpicuum itaque eſt eundem eſſe te neq; mutatum. Qui tunc
duri cordis, & ingratus in beneficium tuum; idem nunc; qui olim,*
Exod. 17. 7. *dum tentabas & aiebas: Eſt ne Dominus in nobis, an non? idem nũc
facis cum propter nos homo factus eſt: cui potius deberes hoc nomi-
ne totus gratias agere, ſicuti facere ſolemus in medico corporis,
cùm frequenter ægrum reuiſit, & nullam rationem dignitatis &
honoris ſui habens inſpicit & attrectat ægritudinem, & graues o-
dores perfert, vt ſanitatem reſtituat laboranti. quod ſi hæc ita ha-
bent, quid de Trinitate dubitas? cur non adoras filium? cur non*
De Trinitate. *credis ſpiritum ſanctum? At, inquis, vnum Deum prædicat Scri-
ptura. mitte Eſaiam, Dauid, vniuerſam Scripturã, quæ clara vo-
ce Trinitatem Dei prædicat, ingredere in tabernaculum Abraã,
& attentè conſidera, qui erant illi, qui illi apparuerunt & quot; &
quæ ac qualia locutus fuerit Patriarcha, cui tanquam perfe-
ctam cognitionem conſecuto, velut tres apparuerunt, & velut v-*
Gen. 18. *nus loquebatur, ſimiliterq; idem Abraam ſermonem ſuum accom-
modauit vt pluribus, & vni. Declinate (inquit) Domine ad me,
quid eſſe poteſt admirabilius? quid quod magis Trinitatem decla-
ret? cùm enim ait, declinate, diuerſitatem perſonarum ſignificauit,*

cùm

cũm verò ait, domine, naturam vnam vnumq́ dominatum. Quod ſi dicas, vnum Deum eſſe, duos verò reliquos angelos; deliras. quãdo enim ſerui cum domino ſedere, permiſſi ſunt? quomodo dominus apparuit duobus tantum comitatus angelis ſatellitibus? ex eo igitur tempore ſancta Trinitas vnius honoris atque ſolij cognita fuit Abrae. Sed quærit adhuc Iudæus, ſi in Trinitate Deus vnus adoratur, cur non apertè hoc Iſraëli expoſitum eſt à Prophetis? Audi, quia diu olim populus in Ægypto fuerat, vbi falſam religionẽ multitudinis deorum ex Ægyptiis didicerat, Deus qui omnia ad vtilitatem gubernat, noluit apertè & explanatè de Trinitate doctrinam tradere, ne occaſionem hinc acciperent multos deos introducendi, atq́ ita ad errorẽ Ægyptiorum redirent; quamobrem myſterium Trinitatis ſapientiſſimè adumbrauit. etenim ſi à principio limatè & abſolutè de Trinitate ſermonẽ feciſſet, omnino refractarius & contumax Iſraël ad priſtinum malum reuerteretur. etenim ſi nihil tale audiens, ipſius vnius Dei ſingulis horis obliuiſcebatur, prorſusq́ ex Ægyptia impietate & ſuperſtitione pendebat, quid non feciſſet ſi ſtatim de Trinitate audiſſet? profectò tales deos cogitaſſet, quales in Ægypto celebrantur. Sed age Iudæe quandoquidem Chriſtus, ſe, vt affirmas, hominem aiebat eſſe, non Deum; cur ipſum in crucem egiſti? cur tanquam ſceleratum, & legis ac Sabbatorum violatorem occidiſti? an violauit Sabbati religionem, quia paralyticũ ſanauit, quia decumbentem in lecto liberauit, quia mortuum iam quatuor dies ad vitam reuocauit? quæ hæc iniquitas? qui animal quod in foſſam ceciderit, extrahit Sabbato, religionem eius non ſoluit, neque legem violat; & ſoluat ac violet qui vitam reſtituit cadaueri putreſcenti? corruptum & peruerſum iudicium, ô amentiam Iudæorum, ô pecudes, qui pecudem præſtare homini iudicatis! Sed cur ita pertinaciter Iudæe miſer & fatue honorem Sabbati defendis, cũ olim Deus iuſſiſſet Sabbatum celebrare quietũq́ agere? Si verò infantis nati octauus dies in Sabbatũ incideret, nihil prohiberet, quin eo die infans circũcideretur.

ὁμότιμος καὶ σύνθρονος.

Luc, 13.

planè declarabat, cùm tandem veniret circumciſio octaui diei, qui eſt dies ſanctus Dominicus, qui ſeptimum proximè ſequitur, honorem Sabbati tollendum eſſe. aptiſſimè verò dici poteſt Circumciſio huius noſtri diei, in eo enim ad vitam rediit Chriſtus & peccatum circumciſum eſt, dæmonumque elatio repreſſa eſt, imò ſublata. quid vultis? olim Deus religionem Sabbati tollendam eſſe deſignauit, tùm circumciſione infantum octauo die, Baruch 2. 35. vt antè diximus, tùm non minus Hieremiæ verbis, cùm promiſit per eum daturum ſe Teſtamentum nouum. ne ergò moleſtè feras, ſi cum aliis quoque & ſanctitas Sabbati translata eſt, noui enim Teſtamenti noua oportet eſſe eius decreta & dogmata. nouum autem illud omninò eſt, quod nunc additum eſt. diuerſum aſpectu & reipſa ab eo quod iam præteriit. quod quidem declarauit Dominus, cùm dixit: Diſponam Teſtamentum nouum, non quale diſpoſui patribus veſtris, cùm eduxi eos ex Ægypto. Quod ſi Cur Sabbatum translatum in Dominicū, &c. hæc ita habent, quid mirum ſi Sabbati religionem ſublatam videritis, ſi circumciſionem mutatam, multaq́; alia Moſayca? etenim ſi Moſaica illa & vetera præſcripta ac decreta ſemper fuiſſent permanſura fixa & immota, nunquam Deus per Hieremiam dixiſſet, tranſitura eſſe vetera & alia pro illis noua ſucceſſura. quale autem eſſet hoc nouum Teſtamentum, & quo in loco dandum Eſa. 2. 3. Eſaias dixit: Ex Sion inquit, exibit lex, & verbum Domini ex Hieruſalem. Sed vide Dei ſapientiam. quia enim prouidebat perfidiam & contumaciam tuam, per Hieremiam de nouo Teſtamento admonuit, per Eſaiam locum declarauit, in quo huiuſmodi nouum Teſtamentum erat condendum. Fruſtrà igitur Iudæe Sabbati religionem tenes, fruſtrà circumciſionem iactas qui enim nouum Teſtamentum dedit, hæc omnia ſuſtulit, & irrita fecit. Præterea cū circumciſio ſigni cauſa data ſit, quid circumciſione gloriaris? quid te hoc nomine effers in incircumciſos? Tu cogeris circumcidi carne, ego verò circumcidor corde, ne praua cogitem. quod autē huiuſmodi circumciſio Deo ſit gratiſſima, audi quid dicat accuſans Iſraelem per Hieremiam, omnes gentes incircumciſæ corde, Hier. 9. domus verò Iſrael incircumciſa corde. An circumciſio cordis iuſtificare poteſt? refer te ad Patriarcham Abraam, & videbis eum non circumciſione, ſed ſola fide iuſtificatum. Abraam, Rom. 4. inquit, credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, ergò ſancita eſt poſtea circumciſio ad cognoſcendum & diſcernendum fideles quando cum gentilibus verſarentur, & vt in mentem veniret Dei. cuius rei fidem facit res ipſa: cùm enim in eremo populus Iſrael ſolus 40. annis verſatus eſt, nullis aliis gentibus admiſtus, non fuit opus circumciſione; quare incircumciſi fuerunt, quicunque in eremo mortui ſunt; poſtquam verò Ieſus Naue Iordanem cum populo traiecit, iuſſu Dei ſunt circumciſi, fac (inquit Deus) cultros Ioſue 5. 2. lapideos, & ſedens circumcide filios Iſrael, qua igitur de cauſa . . . Hic in m. ſ. lacuna erat.

. . . .

Cur ſuillo Iudæi non veſcuntur? non quidem vt ipſi dicere Quæſtio. ſolent, quia immundus ſit ſus, alia enim ſunt impuriora quibus veſcuntur, alia rurſus puriora, quibus minimè veſcuntur, vt gallina qua omnibus ſordibus alitur, à qua non abſtinent Iudæi; & hirundo auicula mundiſſima, à qua abſtinent. ergò iuſsit Deus per Moyſen abſtinere à ſuillo; quia cùm Iudæi erant in Ægypto, veſcebantur ſuibus, bouem autem & capram & canem pro Diis habebant Ægyptii, vnde βοσογῆς quia bouem, & κυνίται qui canem colebant, dicebantur. quare Iudæi Ægyptiorum mores, vtpote cum quibus verſabantur, tenebant. Deus ergò cùm ex Ægypto eos eduxiſſet, velletq́ eorum cogitationes abducere ab vſu Ægyptiorum & vita, iuſsit illis vt quæ illic religioni habebantur & pro Deis, ea mactare & comedere, vt vel ſic fieret, ne ea amplius colerent, ſuem verò quia comedebant Ægyptii, iuſsit Iudæis ne comederent; nō quia immundus eſſet ſus, ſed ne in mentem veniret conſuetudinis & vitæ Ægyptiæ, & vt coacti non veſci ſue, reliqua animalia mactarent & comederent, vt bouem, capram, ouem quæ pro Diis colebāt. hac ergò cauſa eſt cur iuſſerit Deus non veſci ſuibus, non autem

Digitized by Google

quia ſordidi ſunt & immundi, ſiquidem ſunt alia immundiora quibus Iudæi veſcuntur, quæ tamen Deus non fecit, neque nominauit immunda. immò hæc animalia non ad veſcendum tantum à Deo data ſunt; ſed ad alios neceſſarios vſus, vt bos ad arandũ & vehendum, aliaque opera ruſtica, ouis ad lanam, & lac, ſimiliter capra ad lac, caſeum, pilos, item canes ad cuſtodiendam domum, gallina ad oua; ſus verò nullum alium vſum habet, quàm ad veſcendum; itaque immundum illum faciunt Iudæi, ne ement illum & alant, vt ſunt illiberales; etenim ſi velint eum alere, idem paſtus eſt ouis, capræ & ſuis. Audi quid dicat Scriptura, Gen. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona.*

Quæſtio. *Si quæſierit Iudæus quemadmodum Chriſtianus ex gentibus filius Abraæ ſit: reſpondebit; ſecundum fidem; ſicut dictum eſt Abraæ: patrem multarum gentium poſui te. Sed tu Iudæe quemadmodum filius Abraæ es? nonne * Iſaias dixit populo tuo? Pater tuus Amorræus & mater tua Cethæa. quare ego ſecundum fidem ſum filius Abraæ, tu verò Amorræus & Chetæus moribus.*

Mendum apographi Eſai. pro Ezech. Ezech 16.3.

Quæſtio. Deut. 21. *Si quæſierit Iudæus, quomodo credis in crucifixum? Audi Scripturam dicentem: maledictus omnis qui pendet in ligno. Sed dic tu Iudæe, quomodo credis tu ſerpenti æreo ſuſpenſo? cùm ſit ſerpens maledictus in omnibus beſtiis, cuius ſerpentis imago erat ille* Num. 21. *æreus, quod vitam præſtitit maioribus tuis, etenim vt ſerpens qui non mordebat, cõtra morſum ſerpentum, remedium vitæ afferebat, ſic Chriſtus omnis peccati expers ſublatus in crucem pro peccatoribus vitam mundo tribuit.*

Quæſtio. Deut. 18. *Si quæſierit Iudæus, quemadmodum natus ex Maria Deus ſit, cùm nos dicamus, prædixiſſe de eo Moyſen Prophetam, ſuſcitabit vobis Deus ex fratribus veſtris ſicut me, ipſum audite. Videtur ergò Moyſes homo fuiſſe & Deus. Reſpondebimus quærentes, quando hoc dixerit Moyſes, antequam aſcenderet in montem, & mutatus eſſet aſpectus eius, ita vt non poſſent intueri in eum*

Iſrae-

Digitized by Google

Exod. 34.

Iſraelitæ propter ſplendorem vultus, niſi habuiſſet velamentum, an verò poſtquam factum eſt hoc? nempè poſtquam hoc euenit. hic igitur filius Dei cùm habitauit in nobis, habuit templum corporis ſui pro impedimento, tegens ſuam diuinitatẽ. igitur quemadmodum in Moyſen non potuerunt propter gloriam vultus eius intueri abſque velamine abiecto, ſimiliter filius Dei humanitate texit diuinitatem.

Quæſtio.

Si quæratur cauſa obſcuritatis Prophetarum à Iudæo. reſpondebimus, quod prouiderit Deus genus Iudæorum pertinax ac durum eſſe. quia enim dicunt Iudæi paucos ex ipſis prædicationem accepiſſe, reliquos verò omnes fugere tanquam fraudem, idcirco iam olim prædictio hæc docuit; tametſi Iudæi numero ac multitudine arenam maris ſuperent, non tamen omnes ſalutem conſecuturos, præter eos qui fuerint fide præditi. verbum enim abbreuiatum quod faciet Dominus, vocauit fidem. itaque qui fidem capiunt, hi ſunt, quos Propheta reliquias appellat, qui per fidem ſalui erunt. Neſcitis in Elia quid dicat Scriptura, qui deprecatur Deum pro Iſrael? Domine Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua ſuffoderunt: & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit ei oraculum? Reliqui mihi ſeptem millia virorum qui non curuauerunt genua Baal. Illo, inquit, tempore multa millia erant Iſraelitarum, & omnes vocabantur Iſraelitæ; verùm Deus ſe Deum vocauit ſeptem millium, cæteros omnes reiecit: Propheta tamen hoc ignorabat, & in ſeipſo putabat ſeruatas eſſe pietatis & cultus diuini reliquias. quare nihil mirum ſi vos Iudæi ignoratis eos, qui ex vobis Chriſto crediderunt, quos populum Deus vocat. Sic in hoc tempore reliquiæ ſecundum electionem gratiæ factæ ſunt; gratia autem non ex operibus, quoniam quæ ex operibus, non eſt gratia. & ſicuti tunc ait, ex multis millibus, 7. millia tantùm relicta fuiſſe ab impietate libera, ſic nunc plures ſunt qui non crediderunt, pauciores verò qui crediderunt & diuinã gratiam cõ-

Verbum abbreuiatum.
Rom. 9. 28.
Eſa. 10. 22.
Rom. 9. 27.
3. Reg. 19 10.
Rom. 11. 3.

Rom. 11. 5

ſecuti ſunt: non enim iuſtificauit eos vita ſecundum legem, hoc enim ſignificat, ex operibus legis, ſed Dei gratia ſaluos fecit; idcirco gratia vocatur ipſa ſalus: quia gratia ex liberalitate Dei allata eſt, ſicuti ſcriptum eſt: Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem à Iacob, & hoc illis à me teſtamentum, cùm abſtulero peccata eorum. quod ſi ſecundum legem vita donaret peccatorum remiſſionem illis, profectò id propheticus ſermo dixiſſet; ſi verò lex punit tranſgreſſores, ſemper autem Iudæi vocati ſunt violatores legis, perſpicuum eſt, Prophetam declarare remiſſionem, quæ per Baptiſmum tribuetur. Vocat autem omnes credentes, Iſrael, ſiue ex Iudæis ſiue ex gentibus oriundos, ſecundum nobilitatem fidei cum ipſo Iſraele coniunctam. Quod ergò quærit Iſrael ſecundum carnem, hoc non eſt aſſecutus. cur non eſt aſſecutus? quia non ex fide quærit, ſed ex operibus legis; electio autem aſſecuta eſt per fidem, reliqui verò excæcati ſunt, id eſt, relicti ſunt in perfidia, ſicut ſcriptum eſt: dedit illis Deus ſpiritum compunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant, vſque in hodiernum diem. Non enim Deus fecit, vt non crederent, ſed permiſit, id eſt, dimiſit. Spiritum compunctionis vocauit, mentem obſtinatam, atque ἀμετάβλητον. vt enim qui rectè perſpicit, quæ debet, non flectit ſe ad deterius; ſic qui dedit ſe ſceleri ac malitia, ſtudio non ſe flectit ad virtutem. Alius quoque Propheta ait: incraſſatum eſt cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos clauſerunt, & lumen videre noluerunt. Et Dauid ait: Fiat menſa eorum in laqueum & captionem, & in ſcandalum, & in retributionem illis. Obſcurentur oculi eorum, ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua........ Quod Iudæi contra legem dies feſtos ſuos agitent. Siquidem lex iubebat non ſolum tempus, ſed locum ſeruare, vt eſt in lege de Paſcha & Pentecoſte. quod autem obſeruatio loci magis neceſſaria eſſet, ita vt obſeruatio temporis non excuſaſſet, non obſeruari locum, conſtat ex Num. 9. cùm immundi illi acceſ-

Eſa 59. 20.
Rom. 11. 26.

Eſa. 6. 9.
Rom. 11. 8.

Matth. 13. 15.
Act. 28. 27.

Pſal. 68. 23.
Rom. 11. 9.

Hìc videtur in m. ſ. lacuna fuiſſe. Chryſ. li. 1. cõtra Iudæos. cùm nunc ieiunant Iudæi, legẽ ignominia afficiũt, & Dei præceptũ contemnunt.

Vos Spiritui S. reſiſtitis ſemper, nẽpe facientes quod Dei volũtati cõtrariũ eſt.

ſerunt ad Moyſen, qui illo die non poterant facere Phaſe, homo qui fuerit immundus in itinere procul in vobis aut in generationibus veſtris, faciet Paſcha in menſe ſecundo, &c. id eſt, vt Chryſoſtomus interpretatur libro ſecundo contra Iudæos, qui voluerit peregrinari, & primo menſe ab vrbe abſuerit, is in ſecundo menſe Hieroſolymam veniat, tranſeatque tempus præſcriptum, vt locum ſeruet. quod quidem non ex lege ſolum, ſed ex Prophetis quoque intelligi poteſt. Cùm enim barbari cogere vellent Iudæos, dum captiui tenebantur, vt organis muſicis canerent, dicentes: Canite nobis, &c. quia legem nouerant, & ſciebant non licere id facere extra vrbem; aiebant: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Item tres pueri aiebant; non eſt in tempore hoc Princeps neque Propheta, neque locus ad ſacrificandum coram te, & inueniendum miſericordiam, quia ſcilicet non ſacrificabant, cùm non eſſet templum. Et in Zacharia ait Dominus: Nunquid ieiunium ieiunaſtis ſeptuaginta annis captiuitatis? quomodo ergò nunc Iudæi ieiunant, cùm maiores eorum, neq; ieiunarent, neq; ſacrificarent, neq; dies feſtos agerent in terra aliena, cùm tamen expectarent ſe redituros ad vitam ſecundum legem, iſti verò minimè docere poſſunt ſe redituros? item ex eo quod de ſe narrat Daniel, in diebus illis, inquiens, ego Daniel eram lugens tribus hebdomadibus, &c. conſtat neque Paſcha illic ſeruaſſe, neque ieiunium lege præſcriptum ieiunaſſe, ſiquidem diebus azymorum non licebat ieiunare ex lege. Atqui ſi ſegnes quidam & ignaui, aut etiam impii fuiſſent, qui hoc dixerunt aut fecerunt, exiſtimari potuiſſet non ſeruaſſe illos legem propter ignauiam aut contemptum; at ſi pii in Deum ac Dei amantes erant, quique animas pro Deo ad mortem obtulerunt, perſpicuum eſt, quod non ſeruarunt legem, non pro-

Idem Chryſ. li. 4. in princi. cũ igitur ne legere quidem extra ciuitatem fas fuerit Hebræis, quomodo legem ſeruare potuerũt extra ciuitatẽ? Ibi. dicit quod Prophetæ accuſarint, quod foris legerent legem, & appellarent confeſſionem.

At Paulus ait Acto. 15. habet Moyſes in ſingulis ciuitatibus, qui eum prædicant, legitur enim per omne Sabbatũ Moyſes, &c.

Pſal. 136.

Dan. 3.

εἰς τὸ καρπῶσαι.

De Paſcha vide Nu 9.

Zach 7.

Daniel cap. 10. In diebus illis eram ego Daniel lugens panem deſiderabilem, &c.

Demonſtratur, à tertio die mẽſis primi vſq; ad 24. ieiunaſſe, in quod tẽpus incidunt dies azymorũ; quibus non licebat ieiunare, à 14. inquam, vſque ad 21. & poſt 21. diẽ alios quoq; 10. ieiunaſſe. Tres pueri, Daniel, & alii quamuis expectarent reditũ in vrbem poſt 70. annos, haberentque de eo clariſſimum teſtimonium & promiſſionem, tamen nihil τῶν νομίμων exercere audebant extra vrbem, vt audent noſtri temporis Iudæi, quibus nulla ſpes reditus reliqua eſt, non enim oſtendere poſſunt.

pter ignauiam feciſſe, ſed quia ex lege didicerant, non eſſe hæc ſeruanda extra Hieruſalem. Cur autem ſacrificia conſtituerit Iudæis, ex eo conſtat, quod non permiſit, niſi poſtquam Dæmonis ſacrificarent. itaq; fecit exemplo medici, qui vt maius malum vitet ac caueat quod æger minatur, permittit illi potionem frigidam, alioqui incommodam & inſalubrem; ſed rurſus idem aliquando hac arte vtitur; affert domo vas, in quo aquam frigidam præbet ægroto, iubens clam miniſtris, vt Vas adhibitum frangant, vt ex inſperato ab illa cupiditate bibendi abducatur; ſic Deus permiſit ſacrificare, verùm nuſquam niſi Hieroſolymis: quam vrbem ſubuertit, vt vel inuitos ſic abduceret à ſacrificiis. medicus ergò eſt Deus; vas, Hieruſalem; ægrotus populus; potio aquæ frigidæ, permiſſio ac poteſtas ſacrificii. Et niſi retrahere eos vellet à ſacrificiis, quorſum in vnum locum concluſiſſet ſacrificiorum religionem qui vbiq; eſt Deus? quem locum tandem demonſtrauit? Et quid eſt admirabilius, cunctum orbem patere Iudæis, vbi non liceat ſacrificare; vrbem verò, in qua ſolum licuit, nulli eorum patere? Erat ergò vrbs quidem quaſi σύνδεσμος λατρείας; *qua euerſa, omnis cultus lege deſcriptus ſublatus eſt. igitur ſi Iudæum conuincere voluerimus, rogemus eum, cur ieiunet, cùm non teneat vrbem. Si dicat, expectare reditum in eam. ergò quoad redeas, quieſce. ſic enim fecerunt ſancti illi tres pueri, Daniel & alii.*

Prædictiones Chriſti.

Cùm videmus aliquos ſemper dicere verum neq; mentitos vnquam, quamuis inimici ſint; niſi amentes ſimus, credimus, cùm quid affirmant: Contra verò cùm in aliquo mendacio deprehenduntur, eſto, verum dicant aliquando; non credimus. Videamus ergò Chriſti prædictiones cuiuſmodi ſint, & quàm veræ. Acceſſit mulier habens alabaſtrum vnguenti, &c. dico vobis quoad prædicabitur Euangelium in vniuerſa terra, & quod fecit hæc mulier narrabitur in memoriam eius. &c. quod ad exitum perductum eſſe admirabiliter teſtantur Eccleſiæ omnes cunctuſq; orbis. cùm enim plerique reges poſt plurima beneficia collata in vrbes & gentes, poſt mul-

Matth. 26.

multa bella glorioſè confecta; & partas victorias ex memoria deleti ſint atque ignorentur, item reginæ multæ, eædemque præpotentes poſt multa in ſuos beneficia neque de nomine ſciantur, tamen hæc tenuis muliercula ſolo vnguento effuſo ita clara extitit, tantumque ſibi nomen fecit, vt eius fama in cuncto orbe percrebuerit. Itaque neque ignobilitas perſonæ, neque paucitas teſtium, decem, inquam, hominum, neque obſcuritas loci; in domo enim Simonis leproſi; neque facti tenuitas; quid enim præclari ac magni erat oleum effundere? neque longinquitas temporis, neque quidquam aliud potuit delere memoriam, & obliuione obruere, quin potius omnibus regibus & reginis nobilior, clariorque nunc eſt. Et quis hoc fecit niſi is, quem mulier hoc officio proſecuta eſt? quod quidem neque facere neque prædicere humanæ facultatis fuit. etenim de ſe prædicare, non caret admiratione; de aliis verò prædicere & facere, longè admirabilius eſt. Item prædixit Petro, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt, &c. quàm vera extiterit hæc prædictio, teſtatur exitus rerum, neque enim bella, exercitus, reges, tyranni, hæretici, omnia genera tormentorum, non inteſtinæ pugnæ, ſed neque domeſticæ inter propinquos & neceſſarios atque amicos, hæc, inquam, omnia non potuerunt Eccleſiam labefactare. idque in initio cùm erat exigua & infirma, & animi auditorum imbecilli. ne enim dicere vllus poſſet vnquam, Eccleſiam conſtitutam eſſe & ſtare atq; ſuſtentari pace regum, alioqui ruituram; idcirco permiſit Chriſtus tunc cùm erat infirmior, oppugnari & quati vndique. Conſidera mihi quot apud Græcos Politiam conſtituere voluerint, Zeno, Plato, Socrates, Diagoras, Anaxagoras, & infiniti alii, qui tantum abeſt, vt perficere potuerint, vt plurimi ne eorum quidem nomina ſciant aut teneant. itaque tenenda eſt ratio Gamalielis, qui cùm vellet continere Iudæos, ſanguinis Apoſtolici ſitientiſſimos, attendite, inquit, vobis, quoniam ſi ex

Matth. 16.

hominibus eſt hoc opus, diſſoluetur, ſi autem ex Deo, nemo poterit diſſoluere: commemorarat autem exempla Theudæ & Iudæ Galilæi, quos dæmon protulerat, atque commouerat, vt Christus videretur vnus ex illorum numero in aduentu ſuo; ſicut duos quoque latrones ad crucem adegit, volebat enim comparatione mendacii veritatem obſcurare. Præterea dixit: Non veni mittere pacem in terram, ſed gladium, non dixit, τὴν γνώμην ἑαυτοῦ, id eſt, propoſitum atque conſilium ſuum, quodque erat cordi, ſed finem atque exitum rerum, Veni enim, ait, ad ſeparandum hominem aduerſus patrem ſuum, & ſponſam, &c. ſcilicet accidebat in eadem domo eſſe fidelem & infidelem, velleque patrem pertrahere filium ad infidelitatem. ergò hoc eſt quod ait: tanta vis erit Euangelicæ prædicationis, vt filii patres, & filiæ matres negligant, & parentes ipſi liberos: non enim ſuos tantum deſerent, ſed animas quoque profundent, & omnes cruciatus ſuſtinebunt, vt non amittant pietatem: hoc ſcire & facere, non erit humanæ tantum facultatis. vnde enim ſciebat, ſuauiorem ſe fore parentibus, quàm eiſdem filios eorum, deſideratiorem mulieribus quàm viros earum, maiori reuerentia habendum, quàm parentes à filiis? idque non vna in domo aut ciuitate, aut regione, neque in vna gente, ſed in cuncto orbe ad exitum perductum videmus, & quotidiè perduci. Deſeruntur enim propter religionem Chriſti parẽtes, filii, omnia deniq; ab iis, qui ſolo Chriſto contenti, illa omnia contempſerunt. Igitur qui hæc de muliere illa prædixit, & de Eccleſia, atque de hoc bello, idem prædixit templi deuaſtationem perpetuam. quæ cur non eſt credenda? præſertim poſt tam longinquum tempus exitus rei: cùm cætera quæ prædixit, manibus teneantur? Sed quia Euangelio non credunt, doceamus ex Prophetis, quibus maximè credunt, neq; vrbem neque templum recuperaturos vnquam. tametſi ad Iudæos potius pertinebat docere, ſe eſſe recuperaturos; ſiquidem nos habemus teſtimonium temporis nobiſcum faciens, illi verò nihil; immò ipſo

Actor. 5.

Matth. 10.

exitu rerum coarguuntur, ita ad Iudæos pertinebat docere ac probare inſtaurandam eſſe vrbem: ſiquidem in iudiciis hoc ſeruari videmus, ſi quis literas proferat, aduerſarius verò reprehendit, cogitur refellere, aut alios teſtes producere. quare producant Prophetam aliquem in medium, qui prædixerit inſtaurationem vrbis. etenim ſi præſens Iudæorum ſeruitus atque calamitas finem vnquam habitura erat, nemo ignorat quin neceſſe fuerit à Prophetis id prænuntiari, cùm eſſet vetus apud Iudæos conſuetudo, vt tàm proſpera quàm aduerſa prædicerent Prophetæ, idque propter ingratitudinem & impudentiam. quia enim ſtatim poſt accepta beneficia auctoris eorum immemores erant, & dæmonibus aſcribebant ea; vt cùm egreſſi ſunt ex Ægypto, & mare diuiſum eſt, obliti Dei, diis falſis cauſam aſsignabant, & Aaroni dixerunt: Fac nobis deos, qui nos præcedant. Et apud Hieremiam aiunt: Poſtquam ceſſauimus ſacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, victi ſumus, & in gladium & famem incidimus. ergò vt neque res lætas neque calamitates tribuerent idolis, ſed Deo; has propter peccata; illas propter eius benignitatem, idcirco prænuntiabant ea omnia Prophetæ, quod ex Eſaia perſpici poteſt. Annunciaui, inquit, tibi euentura, & feci vt audires, ne quando dicas, Idola mihi fecerunt, ſculptilia & fuſilia iuſſerunt. Præterea quia poſt euentum rerum impudenter querebantur, quod non audiſſent, idcirco etiam non ſolum prænuntiabant futura, ſed teſtes quoq; adhibere ſolebant. Sic Eſaias: Adhibui teſtes, inquit, fideles homines Oriam & Zachariam filium Barachiæ ſacerdotem. neq; hoc ſolum, ſed etiã in tomo nouo Prophetiam ſcripſit, qui non corrumperetur ante exitum rei, ſed teſtari poſſet ante exitum prædictum eſſe, atq; hoc quidem perſpici poteſt ex tribus ſeruitutibus, quas pertulerunt, ac nullã abſq; prædictione loci, temporis, perſonæ & generis ipſius mali, & reditus ſiue liberationis, aliorumq; omnium. prima fuit Ægyptia ſeruitus, quã prædixit Deus Abraæ. Scito, inquit, prænoſces, quod

Cur Prophetæ dati Iudæis?

Exod.32.

Ierem.44.18.

Eſa.48.5.

Eſa.8.2.

Eſa.30.8.

De tribus ſeruitutibus Iudæorum.

Gen.15.13. quod peregrinũ futurũ ſit ſemen tuũ, &c. quo in loco numerũ annorũ
habes 400. annos, & genus ſeruitutis. nõ enim ſolum dixit captiuũ
ducent: ſed affligent. genus verò afflictionis expoſuit Moyſes:
Exod.5. paleas non dant ſeruis tuis, & iubent lateres facere, & verberabãt
quotidiè, &c. Gentem quam ſeruitute afficient, iudicabo ego. Ægyptiorũ
in mari rubro interitum deſignat. Deinde reditũ prædicit &
Exod.12. modum: redibunt, cum multa, inquit, ſupellectile. Secundam ſeruitutẽ,
Babylonicã, inquam, prædixit Hieremias notans tempus &
Ierem.25.12. vrbẽ, & vnde eſſent reuocandi. Cùm impleti, inquit fuerint 70. anni
Babylone, viſitabo vos, &c. Idcirco Daniel non prius preces pro
captiuis Deo adhibuit, quàm videret impletum numerum annorum,
ne fruſtrà deprecaretur, fecitque quod nos facere ſolemus, cũ
ſeruus à domino in carcerẽ coniicitur, non ſtatim accedimus deprecatores,
ſed poſtquam iam dies aliquot pœnas luerit, cùm, inquam,
temporis adiumento vti poſſumus. Tertia captiuitas ſeu ſeruitus
fuit ab Antiocho Epiphane. occiſo enim Dario rege Perſarum
ab Alexandro, & hoc poſtea defuncto, quatuor reges ſucceſſerunt,
ex quibus vnus fuit Antiochus, qui multo poſt tempore templum
incendit, & ſancta ſanctorum vaſtauit, ac ſacrificia ſuſtulit, Iudæoſque
ſubiugauit, quæ omnia diligentiſſimè vſque ad diem vnum
prædixit Daniel, quando & quomodo euentura erant, &
quemadmodum & vbi interiturus ille, quarum rerum viſionem
Dan.8. parabolicè Daniel tradidit, vocans regem Perſarum arietem, Alexandrũ
hircũ, poſt cuius obitum 4. regum ſucceſſionem, quos cornua
appellat, prænuntiat, ex quibus vnus erat Antiochus Epiphanes,
in quem deſiuit Prophetia, poſt multa de bello Ptolemæorum,
& Seleucorum interiecta. ergo de Antiocho ſic prædicit. brachia
ex ipſo ſurgent, & profanabunt ſancta, & transferent quotidianum
ſacrificium. & populus cognoſcens Deum præualebunt, &c.
quod de Macabæis dicitur. tandem mutationem temporum deſcribit,
& liberationem Iudæorum poſt ſuppliciorum perpeſſionẽ,
angelo miſſo ad eorum auxilium. deinde prædicit quanto tempore

erant hæc mala duratura, ſcilicet mille ducentis nonaginta diebus, id eſt, tribus annis cum dimidio & paulò amplius, prænuncians verò liberationem, ſubiunxit, beatus qui ſuſtinuerit & peruenerit ad dies 1335. addit 45. id eſt, menſem cum dimidio, quo tempore commiſſum eſt prælium, & parta victoria. Veniamus igitur ad eam ſeruitutem & calamitatem, in qua nunc ſunt Iudæi quæ à Daniele prædicta eſt, nuſquam verò liberatio. Abbreuiatæ, inquit, ſunt ſuper populum hunc 70. hebdomades, &c. à Cyro quidem vſque ad Antiochum & captiuitatem ſub eo 424. anni fluxerunt, ex quo conſtat non prædici à Daniele illam deuaſtationem, ſed eam quæ facta eſt à Pompeio & Tito & Veſpaſiano, deinde docet, ex quo tempore ſint numerandæ hebdomades annorum 69. id eſt, 403. anni, non quidem à reditu Babylone, ſed ab exitu ſermonis reſponſi & ædificationis Hieruſal. non eſt autem ædificata ſub Cyro, ſed ſub Artaxerxe Longimano, μετὰ γὰρ τὴν κάθοδον, rediit Cambyſes, deinde Magi, poſt eos Darius Hyſtaſpis, poſtea Xerxes Darii filius, deinde Artabanus, poſt hunc Artaxerxes Longimanus, qui fuit rex Perſidis 28. anno regni huius Neemias reuerſus vrbem inſtaurauit, vt Eſdras nobis diligenter ſcripſit. Si igitur ab hoc tempore numeremus 483. annos ſanè deueniemus ad hanc deuaſtationem, quæ nunc durat. idcirco ait: ædificabitur platea & murus, poſtquam, inquit, inſtaurata erit vrbs. Et ab eo tempore ſunt numerandæ hebdomades, videbiſque hanc captiuitatem nondum finitam, quod ipſe Propheta prædixit. deſtruetur, inquit, vnctio & iudicium, &c. & paulò poſt neque erunt amplius reliquiæ, neque radix amplius pullulans, &c. & infra: tolletur ſacrificium & libatio, & adhæc in templo abominatio deuaſtationis vſque ad conſummationem temporis, conſummatio dabitur in vaſtationem Cùm conſummatio auditur, nihil reliquum eſt quod expectetur, abominationem deſolationis vocat ſtatuam quam in templo poſuit, qui vrbem vaſtauit, idcirco dominus cuius aduentus fuit poſt Antiochum Epiphanem

De 70. hebdomadibus. Dan. 9.

70.

prædicens futuram captiuitatem, docenſque de ea locutum Danielem, cùm videritis, inquit, abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat. quia enim omne idolum, omniſque figura ſeu imago hominis apud Iudæos abominatio appellatur, in ænigmate ſignificauit ſtatuam illam, ſimul etiam quando & à quo eſſet futura captiuitas. Quod autem hæc de Romanis dicta ſunt, Ioſephus etiam Iudæorum ſcriptor teſtatur. quid ergò reſpondere poſſunt Iudæi, ſi Prophetæ reliquas captiuitates temporibus circumſcripſerunt, hanc verò nequaquam, imo verò contra ita prædixerunt illam, vt vſque ad conſummationem duraturam eſſe pronuntiarint? Sed age à rebus ipſis ſumamus teſtimonium. etenim ſi nunquam conati eſſent inſtaurare templum, fortaſſe dicere poſſent: Si voluiſſemus inſtaurare, omninò perfeciſſemus, nunc autem oſtendam illos non ſemel aut iterum, ſed ter conatos, nihil profeciſſe, ſemel quidem ſub Adriano, quæ cauſa fuit, vt iratus Hadrianus reliquias templi omnes delerit; ac ne amplius ſimile quid auderent, ſtatuam ſuam in templo collocauit; quia verò videbat ſtatuam iniuria temporis aliquando collapſuram, ipſis reliquiis vrbis nomen impoſuit ſuum tanquam ſigillum & characterem impudentiæ Iudæorum & victoriæ ſuæ: vocabatur enim Ælius Adrianus. poſt hunc tempore Conſtantini cùm idem tentaſſent, deſectis auriculis, inuſtaque eorum corporibus hac nota non obediendi, circumduci eos fecit, tanquam fugitiuos & Maſtygas, vt exemplo eſſent cæteris. deinde noſtra ætate ante vigeſimum annum, cùm conuocaret eos, & inuitaret Iulianus ad ſacrificandum idolis addens, ſic coli ſolitum eſſe Deum à maioribus Iudæorum, vel inimici confitebantur, quod nos nunc docuimus, extra vrbem ſanctam non licere ſibi ſacrificare. quare petierunt à Iuliano, ſi vellet eos ſacrificare, reſtitueret vrbem, inſtauraretque templum, poneret aram, oſtenderet ſancta ſanctorum,

Matth. 24.

Ioſephus antiqui. Iudai. lib. 8. c. 14.

Quoties tentauerint Iudæi inſtaurare tẽplum Hieroſ. Hæc ex Chryſ. li. 2. in fi. de ſynagogis Iudæorũ. & in 3. lib. ait, quod in eis pater afficitur cõtumelia, filius laceſſitur conuitiis, ſpiritus ſanctus contemnitur. Li. 3. quod Hier. c. 7. promittit Deus parcere ciuitati, ſi Sabbatum ſeruarent; at nunc ſeruant, neque tollunt onus in eo; neque tamen parcit.

rum, tunc ſe more maiorum ſacrificaturos, perſuaſere Iuliano. ſperabat enim ſic eos paulatim ad cultum idolorum pertrahendos. itaque poſt magnos ſumptus, magnosque apparatus, magnis architectis vndique accerſitis, cùm aggrederentur fundamenta iacta olim aperire, magnis aggeribus effoßis, repente fundamenta flammas ignis euomuerunt, quibus plurimi conflagrarunt. atque hoc quidem tunc accidit cum non erant imperatores Chriſtiani, cùm florebant res gentilium, cùm Chriſtiani exagitabantur, & latitabant, ne dicere vnquam poſſent Iudæi, à Chriſtianis ſe fuiſſe prohibitos ab iisque interruptum opus. Sed age: eſto, templum Iulianus reſtituiſſet Iudæis, aramque ædificaſſet illis, vt mentiuntur Iudæi, an poterat ignem è cælo educere? qui cùm non erat, impurum erat ſacrificium, ſicuti cum filii Aaron interierunt, quia alienum ignem adhibuerunt. Sed producamus alios teſtes Prophetas. Poſtquam Iudæi reuerſi ſunt Babylone, & templum inſtaurarunt, & ſacrificia fecerunt, Malachias Propheta planißimè res noſtras prædixit, eamque deuaſtationem quæ nunc durat, & ſacrificiorum veterum ceſſationem. non itaq; cito Prophetam Eſaiam aut Hieremiam, ne reſpondere poßint Iudæi prædictionem vaſtitatis exitum habuiſſe in captiuitate Babylonica. ergò ait Malachias, accipiam ex vobis perſonas veſtras, dicit dominus omnipotens, quoniam ab oriente ſolis vſque ad occidentem nomen meum glorificatum eſt in gentibus, & in omni loco thymiama offertur nomini meo, & ſacrificium purum, & vos profanatis eum, &c. quod ſi non ſit ſermo de noſtro ſacrificio, ſed de Iudæorum, ſequitur vt Prophetia Malachiæ cum lege pugnet; cùm enim Moyſes iuſſerit in vno loco ſacrificare tantū, Propheta dicit, vbiq; ſacrificatū iri. At non pugnant: de alio enim ſacrificio loquitur Moyſes, de alio Malachias, quod ex multis ſignis colligi, & perſpici poteſt; ex loco, non enim ait in vna ciuitate, ſicut de Iudaico ſacrificio, ſed vbiq; ab oriēte ſolis, &c. ſignificans quantum terrarum ſol illuſtrat, tantū occupabit prædicatio;

In eodem lib: quod tempore Chryſoſt. Iudæi habebant ſacerdotem, ait enim: profecto palam eſt, quod ſacerdos qui apud iſtos nunc eſt, impurus ſit ac nefaſtus, illegitimus atque profanus, Denique non propitiat, ſed prouocat.

In eod. 3. in fine de ſynagogis: Etenim ſi iam tunc erat ſpelunca latronum templū cùm ſtatum ſuum obtineret, nūc, etiã ſi lupanar, ſi tranſgreſſionis locum, ſi diaboli ſpeluncã; ſi animarum exitium dixeris, ſi totius perditionis præcipitium ac barathrum, denique quidquid addideris, minus quàm pro dignitate rei dixeris.

Malach. 1.

De ſacrificio Miſſæ.

ex perſonis ſacrificantibus. non enim dixit in Iſrael, ſed in gentibus, ex genere ſacrificii quod ſignificauit, cùm dixit purum, tanquam ſacrificium prius impurum fuiſſet, non quidem natura, ſed διὰ τὴν προαίρεσιν ſacrificantium, idcirco enim dixit Deus: thymiama abominatio eſt mihi, alia etiam ratione dici poteſt ſacrificium hoc noſtrum purum, illud verò impurum, comparatione ſcilicet: tanta eſt noſtri præſtantia & excellentia 2,Cor.3,10. *maior, ſicuti Paulus ad legem cum gratia comparans: non eſt, inquit, glorificatum quod eſt glorificatum, propter excellentem gloriam. ſic in ſacrificio noſtro, quod non per fumum, nidorem, ſanguinem adhibetur, ſed per gratiam ſancti Spiritus.* Sophon,2,11. *Idem prædixit Sophonias: apparebit Dominus in omnes gentes, & deſtruet Deos gentium omnes, & adorabunt eum vnusquiſque ex loco ſuo, &c. cum quibus verbis & ſententia valdè congruit* Tit.2 11. *illud Pauli: Apparuit gratia Saluatoris omnibus hominibus, ille duxit in omnes gentes erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & vt deſtrueret omnes Deos gentium.*

Quod ſi Iudæi peccata ſua in cauſa dicant eſſe, cur non patriam & vrbem recuperent, rogemus eos quod ita magnum ſcelus commiſerint, vt commeruerint perpetuum exilium. an prius Ezech.23. *iuſti erant, aut parum ſcelerati? certè Ezechiel duas meretrices inducens Oollam & Olibam: Lupanar, inquit, ædificaſtis in Ægypto, & Deos alienos colebatis. item poſt diuiſi maris ſciſſæque petræ miracula, aliaque multa, vitulum adorarunt, Moyſen lapidarunt, aliiſque modis occidere tentarunt, Deum blaſphemiis affecerunt, Beelphegor initiati ſunt, filios & filias dæmoniis* Pſal.94. *immolarunt, deniq; omne genus ſceleris nefarii commiſerunt. præterea per Prophetam Deus 40. (inquit) annis offenſus fui generationi illi, & dixi: Semper hi errant corde. quemadmodum vos non abiecit tunc Deus, quin potius poſt tanta ac tam grauia crimina, tot miracula edidit, eaque beneficia contulit, quæ in nullum hominem collata vnquam ſunt: Relicta Moyſi nube, loco tecti,* columna loco facis, hoſtibus ſpontè cedentibus ac ferè voce ſola victis; neque armis neque copiis fuit opus, ſiquidem ſolo clangore tubarum muri ruebant, cibus admirabilis & diuinus, de quo Propheta admirans: Panem, inquit, Angelorum dedit eis. Pſalm. 77. quare igitur nunc cùm neque idola colunt, neque liberos mactant, neque Prophetas occidunt, neque alia huiuſmodi committunt, tamen in perpetua ſeruitute ſunt? Etenim ſi propter peccata iratus eſt illis Deus, debuit tunc magis; ſi tolerabat eos tunc, nunc magis oportuit, cùm non ita grauia committunt. Verùm intelligo quod crimen ſit, quod ego patefaciam, imò potius res ipſa declarat: poſtquam Chriſtum occiderunt, non eſt illis reliqua excuſandi cauſa. tunc enim in ſeruos peccabant, vt Moyſen, Prophetas alios; nunc verò in ipſum caput Chriſtum. Agite Iudæi; ſi impoſtor erat, quem occidiſtis, quemadmodum Phinees vnius cæde facta, Pſalm. 105. Deum cæteris iratum placauit, & ſacerdotium meruit. Stetit, inquit, Phinees, placauit, & ceſſauit quaſſatio. Vos autem poſt interfectum & in crucem actum impoſtorem, & Dei aduerſarium, vt dicitis, non modò nullo honore affecti eſtis, ſed potius ex eo tempore in ſummis calamitatibus & miſeriis, ac ſeruitute eſtis, maioribus, quàm dum filios immolabatis, ac Idola colebatis. Iam per Hieremiam promiſit Deus parſurum ſe ciuitati, ſi ceſſarent Iudæi onera tollere in Sabbato: neque Ierem. 17, 24. tamen hîc in gratiam cum Deo redeunt; quia ſcilicet hoc crimen cætera omnia ſuperat, quod niſi commiſiſſent, nunquam vſque adeò auertiſſet illos Deus, tametſi infinita alia patraſſent, quod ex eo perſpici poteſt, quod per Prophetas ſæpè ait, mille ſuppliciis maiores eorum dignos fuiſſe. Verùm ego, inquit, Eſa. 48, 11. facio propter nomen meum, ne profanetur in gentibus. Et rurſus: Non propter vos ego facio domus Iſrael, ſed propter nomen meum. perinde atque diceret, grauioribus ſuppliciis eratis digni. verùm ne quis dicat Deum eſſe infirmum, neque potuiſſe illos eripere malis, atque idcirco reliquiſſe eos hoſtibus, ob hanc cauſam adſum illis & eripio. Quare ſi impoſtor fuiſſet ille quem in crucem egiſtis, & ſi infinita alia crimina commiſiſſetis grauiora prioribus, tamen liberaſſet vos omninò, ne nomen ſuum blaſphemaretur, ne ille magnus quis exiſtimaretur, diceretque aliquis propter illum vos hæc perpeti mala. Neque dicere poſſunt Iudæi, vt audent nonnulli dicere, accepiſſe has calamitates ab hominibus, non à Deo, verùm illatas eſſe à Romanis propter Dei iram & ἐγκαταλήψιν; vel ex eo intelligi poteſt, quia ſi fuiſſent illatæ ab hominibus tantùm, non progreſſa fuiſſent mala, ſed potius terminata fuiſſent ipſa vaſtitate. Sed ponamus, vrbem, templum, & aram illos euertiſſe; nunquid potuerunt homines Prophetas tollere omninò, ne amplius eſſent? potuerunt S. Spiritus gratiam delere? nunquid alia ſiſtere? vt vocem quæ ex propitiatorio ferebatur, energiam in vnctione, manifeſtationem in * lapidibus ſacerdotis? etenim politia Iudæorum non omnia principia & origines ducebat ex terra, ſed pleraque ex cœlis, vt cùm ſacrificandum erat, ara quidem in terra erat, & ligna, & culter, & ſacerdos: ignis verò quo erat hoſtia conſumenda, è cœlis ferebatur deorſum. item ſi quid erat diſcendum, è medio Cherubim & propitiatorii vox ferebatur, qua futura prædicebantur. Similiter in lapidibus pectoris erat quidam ſplendor, qui præſignificabat futura, quod vocabant δήλωσιν. Adhæc cùm erat facienda vnctio, Spiritus ſancti gratia deſcendebat, & oleum * ſaliebat. Ac Prophetæ quidem his ſubſeruiebant, reſque iſtas adminiſtrabant: item nubes & fumus adyta replebant. itaque ne Iudæi deſolationis cauſam aſſignent hominibus; conſiderent non ſolum vrbem & templum euerſa eſſe, ſed illa quoque ſublata quæ ortus & origines ducebant è cœlo. Si verò dicant Iudæi, nihil ſe horum habere, qui non teneant metropolin; doceamus, non eſſe cauſam cur his careant, euerſionem templi. ſanè quidem cùm vaticinabatur Moyſes, neque templum erat neque

ara,

Alludit ad 12. gēmas Rationalis, quarum fulgore quomodo futura manifeſtata fuerint, vide Ioſeph. antiq. lib. 3. cap. 9. & Philonem lib. de Monarchia.

ἀνεπήδα.

era, quin potius infinita & incredibilis impietas Iudæorum, tamen non ideò aberat Prophetiæ chariſma, imò cum Moyſe fuerunt alii ſeptuaginta Prophetæ præterea incenſo tẽplo Babylone, nonne Ezechiel & Daniel Prophetæ fuerunt procul à ſanctis ſanctorum in media regione barbarorum & impurorum hominum, prædicebantque multa & admirabilia, Deumque videbant, quantum licebat? Perſpicuum itaque eſt propter Chriſtum ab eis occiſum hæc mala eueniſſe, quod ex ipſis etiam Prophetis perſpici poteſt, inter quos Eſaias clariſſime cauſam tantorum malorum exponit his verbis, quæ ſequuntur, quibus prædicit commune omnium beneficium, per Chriſtum, & ingratitudinem Iudæorum Liuore, inquit, eius ſanati ſumus omnes. Eſa. 53. ſalutem ex cruce profectam deſignat. Deinde docet, quales nos eramus: omnes vt oues errauimus. deinde modum ſupplicii exponit: tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, & velut agnus coram tondente eum mutus, ſic non aperuit os ſuum, in humilitate eius iudicium eius ſublatum eſt. Matth. 27. Cernitur hoc in Euangelio: Cùm enim eſſet Ieſus in iudicio Pilati, teſtimoniumque contra eum dicerent, nihil tamen reſpondit. Deinde deſignans iniquitatem iudicii, ait: In humilitate eius ſublatum eſt iudicium: perinde atque diceret: Nemo cauſam eius defendebat, neque ſuffragabatur, quin potius omnes teſtimonia falſa comprobabant; quia ſcilicet nolebat ſe vlciſci Ieſus. etenim ſi voluiſſet, omnia mouiſſet, ac tremefeciſſet, qui quidem cùm in cruce erat, ſaxa dirupit, & ſolem obſcurauit; noluit tamen: ſed potius moderatè & toleranter ferre. idcirco dixit: in humilitate eius ſublatum eſt iudicium eius. Deinde docens non eſſe illum hominem ex numero aliorum, ſubiunxit: Generationem eius quis enarrabit? tollitur altera vita eius. Hoc eſt quod Paulus dixit: Coloſſ. 3. 3. *Vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. cùm Chriſtus apparuerit, vita noſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.* Deinde poſt

indi-

iudicium illud iniquum, poſt mortem, poſt aſcenſum; poſtquam, Eſa.53.8. inquam, dixit: Tollitur à terra vita eius; ſubiunxit: Et dabo impios pro ſepultura eius, & diuites pro morte eius.

Quod lex extra Hieruſalem non poterat exerceri.

Sed rurſus doceamus, legem non poſſe extra vrbem Hieroſolymam exerceri, neq; vim habere, niſi in Hieruſalem. Idcirco enim aiebat minitans: Oſee 4.14. *Non viſitabo ſuper filias veſtras, cùm fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas veſtras cùm adulterauerint. Quod quidem ex lege intelligi poteſt; erat enim lex quæ iubebat, vt ſi mulier adultera eſſet, & adulterium ſuſpicaretur vir, tamen neq; teſtis eſſet, neq; ventrem ferret vt coargueretur, adduceret eam vir ad ſacerdotem & offerret munus eius, conueniẽs quidem rei triſti & malæ ſuſpicioni, nempe farinam hordeaceam abſq; oleo, & thure.* Num.5.17. *Deinde accipiet, inquit, Sacerdos aquam puram in fictili, & in eam parũ terræ ex pauimento ſumptum, iniiciet, & ſiſtet mulierem, adiurabitq; eam, & dicet: Si non es transgreſſa, &c. Si autem es transgreſſa, & polluta, tecumq; aliquis rem habuit, det te dominus in maledictum & iuramentum in medio populi, id eſt, vt dicant alii, Ne patiar quod illa paſſa eſt, cum incenderit dominus ventrem tuum, & intrabit aqua maledicta ad inflammandum ventrem tuum. & eueniet, vt ſi polluta fuerit mulier, intrabit aqua probationis, & inflammabit ventrem eius. Quia igitur ductis Iudæis captiuis, cùm non erat illis tabernaculum neq; ſacrificium, nihil horum fieri poterit, idcircò Deus minabatur, inquiens:* Oſee 4.14. *Non viſitabo filias veſtras, quando adulterauerint. Ex quo perſpici poteſt clariſſimè, ex loco vim habuiſſe legem.*

Pſal.39.6. *Doceamus ex alio loco ſacrificia & ſacerdotium Iudæorum ceſſaſſe: neq; amplius renouanda. Ait enim Dauid: Multa feciſti tu domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi. Annũciaui & locutus ſum. Demirans Propheta & obſtupeſcens, nihil de mundi fabrica, ſubiunxit, de terra, mari, aquis, & igne, non de illis in Ægypto editis miraculis, non de multis aliis; Sed quid? Sacrificium & oblationem noluiſti. cernebat*

bat enim oculis propheticis vocationem gentium, & quemadmodum
non ſolum gentes relicto idolorum cultu, ſed & Iudaei, relictis
ſacrificiis & holocauſtomatibus aliiſque corporeis, ad noſtram
doctrinam & religionem traducendi erant. Ergò demirans
tantam ac tam ſtupendam mutationem rerum, & quemadmodum
ex dæmonibus homines velut angelos effecturus erat, & vitam
introducturus cœlis dignam, idque ſublato ſacrificio vetere,
& alio introducto, ſcilicet Chriſti corpore, in hæc verba
prorupit: Multa feciſti tu Domine, &c. Deindè: Sacrificium & Hebr. 10.5.
oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mihi. corpus Chriſti Pſal. 39.7.
deſignat, quod fuit commune totius orbis ſacrificium & hoſtia, quæ
animas noſtras purgauit, peccatum deleuit, mortem extinxit, cælos
aperuit, multorumq; aliorum bonorum ſpem attulit, quod Paulus Rom. 11.33.
ſciens clamabat his vocibus: O altitudo diuitiarum ſapientiæ
& ſcientiæ Dei: quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius! Deinde
ſequitur in Propheta: Quoniam holocauſta, & pro peccato non Pſalm. 39.
poſtulaſti: tunc dixi, Ecce venio. ſcilicet inabſolutiora illa & rudiora
ac craſſiora vetera per miniſtros ſuos dedit, celſiora verò
& quæ humanam naturam ſuperant, per ſeipſum. vnde Paulus: Hebr. 1.1.
Multifariam, inquit, multiſque modis olim Deus loquens patribus,
&c. nouiſſimè verò diebus iſtis locutus eſt nobis in filio.
Et Ioannes: Lex per Moyſen data eſt, gratia verò & veritas per Ioan. 1.17.
Ieſum Chriſtum facta eſt. Deinde ne exiſtimaret quis, nouum
Deum quendam eſſe hic, ſubiunxit: In capite libri, ſcriptum eſt Pſal. 39.9. Hebr. 10.7.
de me. perinde atque diceret: Iam olim me prænuntiarunt
Prophetæ, id eſt, meum aduentum, notitiamque meæ diuinitatis
in principio bibliorum hominibus dederunt, ſcilicet cùm ait
Deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtrã. In Gen. 1.26.
ænigmate filii diuinitatẽ ſignificauit. deinde vt doceret huiuſmodi
mutationem politiæ nõ eſſe contra Dei voluntatem, ita vt veteribus
ſacrificiis ſublatis aliud ſuccederet, poſtquam dixit: In capite
libri, ſubiunxit: Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui,

& legem tuam in medio ventris mei. deinde declarans qua illa eſſet
voluntas, prætermiſsis ſacrificiis, non commemoratis oblationibus,
Pſal.39.10. *neque laboribus, aut ſudoribus, aut operibus, ait: Annunciaui*
iuſtitiam in Eccleſia magna. non dixit: Dedi, ſed ἐυαγγελισάμην,
ſcilicet quia non propter officia, virtutes, labores, obſequia,
ſed gratis tantùm genus noſtrum iuſtificauit. Quod Paulus
Rom.3.21. *declarauit, dicens: Sine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, iuſtitia*
autem per fidem Ieſu Chriſti, non per laborem vllum aut fatigationem.
Hebr.10.1. *Hoc teſtimonium citans Paulus, dixit: Vmbram habens*
Leuit.16.14. *lex, futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum, per ſingulos*
annos eiſdem ipſis hoſtiis quas offerunt indeſinenter, nunquã
Hebr.10.5. *poteſt accedentes perfectos facere. Ideò ingrediens mundum, dicit:*
Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi.
Ingreſſum in hunc mundum vocat aduentum in carne; non quod
locum mutaret: qui enim poſſet, qui vbique eſt? ſed quia
ſic ſe nobis oſtendit & apparuit. Verùm quia pugna nobis
eſt non ſolum cum Iudæis, ſed cum gentilibus, & multis hæreticis,
videamus, cur cum infinita alia teſtimonia haberet
Paulus ad probandum, otioſam eſſe legem, & veterem illam politiam
ceſſaſſe, huius meminit. Quod quidem non temere,
neque caſu, ſed incredibili quadam prudentia fecit, & admirabili
ratione. quod enim alia baberet teſtimonia ad hunc locum, &
Eſa.1.11. *quidem longiora, ſciunt omnes. Eſaias enim ait: Non eſt mihi*
Eſa 43.22. *voluntas in vobis, plenus ſum holocauſtomatibus, &c. Et aliàs:*
Non vocabo te nunc Iacob, neq; laborare te feci Iſrael, non honoraſti
Ierem.6.20. *me ſacrificiis, &c. Et Hieremias: Vt quid mihi thus ex Saba*
affertis, & Cynamomum ex terra longinqua? Et alius Propheta:
Amos.2.23. *Aufer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ*
Pſal.49.9. *non audiam. Et Dauid: Non accipiam de domo tua vitulos. Cùm*
ergò hæc aliaq; multa teſtimonia haberet Paulus, quibus Deus ſacrifitia,
Sabbata, Neomenias, dies feſtos Iudæorum reiicit, tamen
illis prætermiſsis hoc ſolum citauit; ſcilicet quia ex Iudæis ii qui

*ad contradicendum exercitationes ſunt, dicere ſolent, veterem po-
litiam ſolutam eſſe, non quidem quia non eſſet perfecta & abſolu-
ta, & neque quia altera melior introduceretur, ſed propter impro-
bitatem & nequitiam ſacrificantium. Sic enim ait Eſaias: Cùm* Eſa,1,15.
*extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis. De-
inde cauſam reddit: Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt.
Itaque non ſacrificia, ſed ſacrificantes accuſat. Dauid ſimili-
ter: Non accipiam de domo tua vitulos, &c. deinde ſubiunxit;* Pſal,49.
*peccatori autem dixit: Quare tu enarras teſtamentum meum per
os tuum? Tu odiſti diſciplinam. Quo in loco non ſacrificia, ſed
ipſos ſacrificantes reprehēdit. Quia ergò hæc Iudæi obiiciunt, Pau-
lus vt eorum impudentiam retunderet, hoc teſtimonio vſus eſt,
quo doceret illam politiam, quia imperfecta & inabſoluta erat,
repudiaſſe Deum. non enim eſt hîc vlla accuſatio offerentium,
ſed imperfectio ſolum oblationum & ſacrificiorum notata. Sacri-* Pſal.39.7.
*ficium, inquit, & oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mi-
hi, holocauſta, & pro peccato non poſtulaſti. atque hoc inter-
pretans Paulus, ait: Aufert primum, vt ſequens ſtatuat. cùm* Hebr,10.5.
*enim dixiſſet. Sacrificium & oblationem voluiſti. deinde: Cor-
pus autem perfeciſti mihi. docuiſſetque alterum ſacrificium in-
troductum; nullam inpoſterum ſpem reliquit de reſtituendo illo
primo ſacrificio idemque explanans Paulus dixit: Per hanc obla-* Hebr.10.10.
tionem ſanctificatos nos eſſe voluntate Chriſti. Si enim, inquit, Hebr,9,14.
*ſanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ aſperſus, inquina-
tos ſanctificat ad emundationem carnis; quāto magis ſanguis Chri-
ſti, qui per Spiritum ſanctum obtulit ſemetipſum, emundabit con-
ſcientiam veſtram ab operibus mortuis? Satis igitur demonſtra-
tum eſt, vel hoc teſtimonio, ſacrificium illud vetus ceſſaſſe, al-
terumque pro eo inductum, neque amplius illud eſſe renouandum
atq; reſtituendum.*

*Doceamus idem de ſacerdotio; ceſſaſſe, inquam, & pro eo alte-
rum ſucceſſiſſe. quod conſtabit, ſi docuerimus poſt Aaron & ſa-*

cerdotium illud, poſt ſacrificia & oblationes illas, alium ſacerdotem
ſucceſſurum fuiſſe, non ex illa tribu, ſed ex alia, ex qua nunquam
fuit ſacerdos; non ſecundum ordinem Aaron, ſed ſecundum
ordinem Melchiſedech. etenim ſi dominaturum eſſet ſacerdotium
illud vetus, non ſecundum ordinem Melchiſedech, ſed ſecundum
ordinem Aaron, erat dicendum. Ergò ait Dauid: Dixit Dominus
Pſal.109. Domino meo. Si fuiſſet priuatus, fortaßè impudentes Iudæi
dixiſſent, de homine dictum eſſe hoc: nunc autem Rex quem
potuit dicere Dominum, niſi ſolum Deum? hominem enim
nunquam Dominum vocaſſet. Deinde de quo homine dicere potuit
Dauid, Sedere ad dextram illius gloriæ? Præterea ne quis
exiſtimaret infirmum eſſe illum aut parum potentem, ſubiunxit:
Tecum principatus in die virtutis tuæ. quod magis ac
magis declarans addidit: Ex vtero ante luciferum genui te. Ante
luciferum verò nullus homo genitus eſt. Tu es ſacerdos in æternum,
ſecundum ordinem Melchiſedech. Quæro à Iudæis, ſi non
erat vetus ſacerdotium tollendum, quorſum alium ſacerdotem ſecundum
Hebr.5. ordinem Melchiſedech introduxit? Ad hunc locum deuenit
Paulus; vt oſtenderet ſacerdotii noſtri excellentiam ſupra
vetus; quæ quidem maior excellentia in ipſis typis rerum deſignata
fuit. ſiquidem Abraam pater Iſaac, auus Iacob, progenitor Leui
locum laici tenuit in Melchiſedech: quandoquidem decimas
ei, dedit, vt dare ſolent laici ſacerdotibus, & à Melchiſedech
Gen.14. benedictionem accepit, vt etiam ſolent laici à ſacerdotibus. Si
igitur perfectio & conſeruatio per Leuiticum ſacerdotium erat,
(populus enim in ipſo legem accepit) quid neceſſe erat alium ſacerdotem
ſurgere ſecundum ordinem Melchiſedech, & non
ſecundum ordinem Aaron dici? id eſt, ſi res Iudæorum,
eorumque politiæ perfectæ erant, ac non potius lex, vmbra erat
futurorum bonorum, imò ipſa omnia perficiebat, neque erat
alteri ceſſura, neque ſacerdotium prius tolli de medio & alterum
Pſal.109. ſuccedere debebat; quorſum Propheta dixit: Tu es ſacerdos? &c.

erat enim dicendum: Secundum ordinem Aaron. Perſpicuum ergò eſt alterum ſacerdotium priore præſtantius ſucceßiſſe. etenim ſi typus iſte excellentior erat Iudaico ſacerdotio, profectò multo magis erit veritas ipſa, quod quidem Paulus his verbis dixit: Et amplius adhuc manifeſtum eſt, ſi ſecundum ſimilitudinem Melchiſedech exurgat alius ſacerdos, qui non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum virtutem vitæ immortalis. Dixit: Non ſecundum legem mandati carnalis: quia nihil carnale iußit: non enim immolare oues aut vitulos, ſed virtute Deum colere, cuius cultus præmium poſuit vitam immortalem. Virtutem quoq; ſeu potentiam dixit, quia mortuos nos propter peccata, ipſe veniens ad nos, reuocauit ad vitam, duplici cæde facta, peccati, & mortis carnis. Itaque quia hæc attulit bona, ideò dixit: non ſecundum legem mandati carnalis, ſed ſecundum &c. . . .

. . . .

Heb 7.15.

Hic videtur lacuna fuiſſe in m ſ.

Prophetam ſuſcitabo ipſis ſicut te ex fratribus eorum. Non hoc dixit Moyſes populo vt alioqui debebat, tunc cùm à Deo illud audiuit, ne ſcilicet de Ieſu Naue acciperent; quamobrem expectauit, quoad ille eſſet à ſe electus, quod continet hiſtoria Num. atque ita deinceps in Deuteronom. dixit: Prophetam ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus ex fratribus tuis, &c. & in extrema parte Deuter. Non ſurrexit Propheta in Iſrael, vt Moyſes, &c. non ergò de Ieſu Naue accipi poteſt. Adde quod neq; legiſlator fuit, neque vt Moyſes Deum vidit. . . . .

Deut. 18. 15

Num. 27.

Deut. 34. 10.

Et hîc videtur lacuna.

Dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem. Item in Gen. Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt. Et eodem libro: Venite deſcendamus, & confundamus linguam. Non noſtro more loquitur Deus: vox enim propter auditum, & auditus propter vocem; vbi autem non eſt aër, neque lingua, neque auditus, neque porus, qui ad ſenſum qui in capite eſt, ſonũ deferat, nõ eſt vllus verborũ vſus. Ergò ſermo Dei eſt diuina voluntas, ſeu ipſius diuinæ vo-

Gen. 1. 26.
Gen. 3. 22.
Gen. 11. 7.
De voce Dei vide Baſ. ho. 1. & 2. in Pſal. 28.

luntatis communicatio μετὰ τῶν συνεργȣ́ντων προσώπων. ergò vt doceret Scriptura, non tantum voluiſſe Deum, vt fieret mundus, & creatura, ſed vt fierent atque in lucem ederentur omnia διά τινος συνεργȣ̃, idcirco ſermonem ſic conformauit: alioqui potuit dicere, ſicuti cæperat: In principio creauit. & deinde fecit ſolem, & fecit ſidera. Nunc autem cùm Deum introduxerit colloquentem. profectò deſignat eum cum quo ſermonem habet, tametſi taceat. Sic itaque excitat Scriptura ad inquirendum perſonam, cum qua diſſerit Deus. In eodem libro apparuit Deus Abraæ. Et ecce tres viri. Paulo poſt: Domine ſi inueni gratiam, &c. Et eodem: Pluit Dominus à Domino. vbi ταυτοβȣλία καὶ ἰσοδυναμία ſignificatur. cum duabus autem perſonis introducitur etiam tertia διὰ τὸ ἀχώριστον καὶ φιλάλληλον, vt Dauid: In lumine tuo videbimus lumen, id eſt, Spiritum ſanctum; per filium enim vt patrem, ſic & Spiritum ſanctum planius nouimus. . . . . . .

. . . .

Gen. 1.

Gen. 18.
Gen. 19.

Pſal. 35. 10.

Et hîc in m. ſ. lacuna eſt.

Ex Athanaſio libro de Incarnat. contra Iudæos. Cuius ortus oſtenſus fuit toti orbi teſtificante ſtella. Moyſes à parentibus abſconditus fuit, Dauid in vicinis quidem cognitus, ſiquidem Samueli non erat notus, qui rogauit patrem eius, vtrum eſſet illi alius filius. Abraam poſtquam factus eſt magnus, cognitus fuit à finitimis. Quis antequam noſſet vocare patrem aut matrem regnauit, & de hoſtibus triumphauit, vt Chriſtus victis dæmonibus, & Idololatria ſublata? Etenim Dauid triginta annorum erat cùm regnare cæpit. Salomon * 55 Ioas quidem 7. Ioſias circiter 7. tamen potuerunt appellare patrem & matrem. Quis Rex fuit in Iſrael aut Iuda, in quo omnes gentes ſpem poſuerint, & pacem habuerint? An non potius Hieruſalem ab omnibus vndique gentibus oppugnabatur? ab Aſſyriis, Ægyptiis, Babyloniis, Syris? Dauid Moabitas debellauit, Ioſias finitimos cauebat, Ezechias Senacherim timuit, Moyſes cùm Amalech pugnauit, Amorrhæi

Matth. 2. 2.
Exod. 2.
1. Reg. 16. 11.

Gen. 12.

Eſa 8. 4.

2. Reg. 5. 4.
* Manaſſes regnauit 55. annis. 2. Reg. 21. 1 Salomon verò tantùm 40. annis, vt habetur 3. Reg. 11. 42.

Hiericunthini Ieſu reſiſtebant. Quis Propheta, aut ſanctus, aut
Patriarcha pro ſalute omnium fuit in cruce morte affectus? quis
deſcendit in Ægyptum, & ſuo deſcenſu idolorum cultum ſuſtulit?
Moyſes in Ægypto fuit; ſed nihilominus fuit Idololatria. Abraam
quodque deſcendit, ſed idola non euertit. Quis ſanctus in Scriptura
pedibus & manibus perforatis in ligno ſuſpenſus mortuus
vnquam eſt? Abraam in lecto mortuus eſt. Iſaac & Iacob extendentes
pedes in lecto mortui ſunt. Moyſes & Aaron in monte,
Dauid domi abſque inſidiis: quamuis autem quæſitus eſſet à Saule,
tamen nihil ab eo paſſus eſt. Eſaias ſectus eſt, ſed non in ligno
ſuſpenſus eſt. Ieremias contumeliis affectus eſt, ſed non eſt ad
mortem damnatus. Ezechiel paſſus eſt; ſed non pro populo, ſed
potius quia prædicebat futura aduerſus populum. Præterea
hi quos diximus homines tantum erant: at quem Scriptura paſſurum
pro omnibus præſignificauit, non homo tantùm, ſed vita
omnium dicitur reliquis hominibus ſimilis. Videbitis, inquit, vitam Deut.28.66.
veſtram pendentem ante oculos veſtros. Et illud: Generationem
eius quis enarrabit? Omnium quidem ſanctorum poteſt Eſa.53.8.
aliquis omnem à principio ſtirpem & ortum repetere, & diſcere,
quis, & vnde. At eius, qui vita eſt, nemo. Quæ vnquam mulier
abſque viro potuit generare? Abel nonne ex Adam, Enoch
ex Iared, Noe ex Lamech, Abraam ex Thare, Iſaac ex Abraham,
Iacob ex Iſaac, Samuel ex Elcana, Dauid ex Ieſſe, Ezechias
ex Achaab, Ioſias ex Amos, Eſaias ex Amos? At generationem
Domini noſtri Ieſu Chriſti nemo poteſt enarrare ſecundũ
carnem, quia ſcilicet nemo eſt, qui poſſit oſtendere patrem eius ſecundum
carnem; quia non fuit corpus ex viro, ſed, ſed ex Virgine
ſola. Præterea Eſaias: Veniet & ſaluabit nos: aperientur oculi cæcorum, Eſa.35.5.
& aures ſurdorum patebunt. Sanatus quidem eſt à lepra 4.Reg.5.
Naaman; ſed ſurdus non audiit, neque claudus ambulauit. Mortuum 3.Reg 17.
ſuſcitauit Elias; ſed viſum non reſtituit cæco à natiuitate.
atqui vt non tacuit Scriptura de leproſo & mortuo viduæ; pro-

fectò

Eſa. 35.

fectò neque tacuiſſet de cæco, & claudo. relinquitur ergò non fuiſſe hæc facta, niſi cùm venit Dominus in carne, cuius aduentus hæc ſigna prædicit Eſaias. Quid ergò debuit facere Chriſtus quod non fecerit? Non vocauit gentes? Non abſtulit Prophetiam & regnum? non euacuauit mortem? aut quid reliquum eſt, quod non ſit impletum? Hoc eſt quod Iudæos conuincere debet, quod ſenſus ſcripturarum, tàm mirificè conſpiret cum exitu rerum, & cum ordine temporum, vt ait Tertullianus. Idem lib. 3. contra Marcio. Cõueniunt autem in decimum caput Danielis. Si nondum, inquit, venit Chriſtus creatoris, propter quem hæc paſſuri prædicantur, cùm venerit ergò patientur, & vbi tunc filia Sion derelinquenda, quæ nulla hodiè eſt? vbi ciuitates exurendæ, quæ iam in tumulis? vbi diſperſio gentis, quæ iam extorris? Redde ſtatum Iudæ, quem Chriſtus creatoris inueniet, & alium contende veniſſe. . . . .

. . . .

Hic lacuna eſt in m. ſ. Quę ſequūtur & fortè etiam quædam ex præcedentibus vidẽtur eſſe notæ ſeu additamẽta alterius, nõ autem ipſius Anaſtaſii.

Aggæi 2. 8.

Dan. 9.

Eſaias de Hieruſalem ſpirituali: Dilata locum tentorii. Non poſſunt hæc intelligi de templo Hieroſolymitano, ſed de Eccleſiis Chriſtianorum, quæ multò maiores & ditiores ſunt; & altare habent venerabilius ædificato templo Hieroſolymitano. Poſt illud ab Aſſyriis incenſum: Quis veſtrum, inquit Deus, qui vidit hanc domum in gloria ſua priore, & quomodo videtis nunc quaſi non ſit coram vobis? Viuo ego, dicit Dominus, quod magna erit gloria domus iſtius, nouiſſimæ plus quàm primæ. multo enim maiores & ditiores ſunt per cunctum orbem Eccleſiæ quæ altare venerandum habent in Dei gloriam, quàm templum illud Hieroſolymitanum; ſi illud ſecundum nunquam amplius erat inſtaurandum, poſtquam eſſet dirutum, vt prophetauit Daniel, ergò templum nouiſſimum, de quo prophetat Aggæus, non eſt Hieroſolymitanum: de ſecundo autem templo non poteſt intelligi; illud enim comparatum cum priore quaſi non erat. Non ergò gloria illius erit ſupra prioris gloriam. Relinquitur ergò vt intelligatur de noſtra Eccleſia Catholicà, per cunctum orbem diffuſa.

Item: Ecce ego paro tibi carbunculum. tanquam de ciuitate pulcherrima futura, de Eccleſia gentium loquitur, quam prius appellauit humilem & vacillantem, quæ non erat conſequuta conſolationem, quod non poteſt conuenire in Hieros. terreſtrem, quæ legem & Prophetas habuerat. Neceſſe eſt ergò, vt de ædificio ſpirituali ciuitatis ſpiritualis intelligatur. Item Eſaias cap. 56. Introducam eos in montem ſanctum meum. De alienigenis loquitur, quibus lex prohibebat ingredi templum. Non ingredietur (inquit) Ammonites & Moabites in Eccleſiam Domini.

Deut. 23. 3.

Quare neceſſe eſt non de templo Hieroſolym. intelligere. Et paulò poſt ſimiliter: Domus orationis (id eſt templum) vocabitur cunctis populis. Vbi cùm dicit de omnibus gentibus ſine vllius gentis exceptione, neceſſe eſt de templo Hieruſalē ſpiritualis, & non de templo Hieruſalem terreſtris.

Eſa. 56. 7.

Eſaias cap. 61. Et venient alienigenæ paſcentes oues tuas. Clarè hic, vt annotauit Cyrillus, ſignificat futuram eſſe translationem legis & ſacerdotii: Non enim amplius ex tribu Leui erant futuri paſtores & ſacerdotes. ꝙ ſi alia erit lex, & aliud ſacerdotiū, ergò & alia hoſtia, & aliud templum. quare illa Hieruſalem, cuius ædificatio ſupra prophetabatur, non terreſtris eſt intelligenda, ſed ſpiritualis.

Eſa. 61. 5.

Eſai. cap. 60. Arietes Nabaioth miniſtrabunt tibi, offerentur accepta in altari. Significat gentes ſacrificaturas eſſe Deo ſacrificiis acceptis. quare non de ſacrificiis legis intelligi poteſt, neque de altari terreſtris Hieruſalem, ergo ſpiritualis. Et cap. 66. Et adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus donū Domino. De gentilibus dicit, qui non erant prius donum Deo oblatum, neq; erant populus Dei, vt quidem erant Iudæi; & hos vocat fratres, ſicut ſuprà iuſſerat appellare, inquiens: Dicite iis, qui vos oderunt; id eſt alienigenis, fratres noſtri eſtis; cùm tamen ſcriptum eſſet in lege Moyſis de alienigenis; Et non loqueris eis pacifica. Hi ergo ſunt dona Deo, & vt ſuprà dixit cap. ſexageſimo:

Eſa. 60. 7.
Eſa. 66. 20.
Eſa. 66. 5.
Exo. 23. 32.
Deut. 7. 2.

Eſa.66.21. *accepta in altari, ipſi enim ſunt hoſtes ſpirituales. De his ergò gentilibus ſubiungit: Et aſſumam ex eis in ſacerdotes, & Leuitas, qui quidem ad templum Hieruſalem terreſtris non poſſunt ſecundùm legem Moyſis pertinere.*

Eſa.65.18. *Eſai.c.65. Ecce ego creo Ieruſalem exultationem.*

Pſa.86.1. *Pſal.86. Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit Dominu portas Sion. Et ipſe fundauit eam altiſſimus.*

Amos 8.2. Amos 9.11. Amos.8.9. *Amos 8. Venit finis ſuper populum meum, & ecce vas aucupis. non adiiciam vltra, vt pertranſeam eum. Et c.9. In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit. c.8. In die illa occidet ſol in meridie,* ....

Cætera deſunt.

FRANCICORUM
ANNALIUM FRAGMENTUM

AB
ANNO DCCXLI. USQUE
AD ANNUM DCC XCIII.
QUOS
REGINO PRUMIENSIS SE IN
HISTORIA SECUTUM PROFITETUR,
NUNC PRIMUM EX CODIce m. ſ. bibliothecæ Sereniſſimi Maximiliani vtriusq; Bauariæ Ducis, &c.

Editum
AB
HENRICO CANISIO NOVIOMAGO
SS. CANONUM PROFESSORE
Ingolſtadii.

accepta in altari, ipſi enim ſunt hoſtes ſpirituales. De his ergò gentilibus ſubiungit: Et aſſumam ex eis in ſacerdotes, & Leuitas, qui quidem ad templum Hieruſalem terreſtris non poſſunt ſecundùm legem Moyſis pertinere. Eſa.66.21.

Eſa.65.18. *Eſai.c.65. Ecce ego creo Ieruſalem exultationem.*

Pſa.86,1. *Pſal.86. Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit Dominus portas Sion. Et ipſe fundauit eam altiſſimus.*

Amos 8.2. *Amos 8. Venit finis ſuper populum meum, & ecce vas aucupis. non*
Amos 9.11. *adiiciam vltra, vt pertranſeam eum. Et c.9. In die illa ſuſcitabo*
Amos.8.9. *tabernaculum Dauid, quod cecidit. c.8. In die illa occidet ſol in meridie,* ……

Cætera deſunt.

FRANCICORVM
ANNALIVM FRAGMENTVM

AB
ANNO DCCXLI. VSQVE
AD ANNVM DCC XCIII.
QVOS
REGINO PRVMIENSIS SE IN
HISTORIA SECVTVM PROFITETVR,
NVNC PRIMVM EX CODICE
m. ſ. bibliothecæ Sereniſsimi Maximiliani
vtriusq; Bauariæ Ducis, &c.

Editum
AB
HENRICO CANISIO NOVIOMAGO
SS. CANONVM PROFESSORE
Ingolſtadii.

* * *

Digitized by Google

AD LECTOREM.

INSIGNIS huius fragmenti Chronici apographum exſtat in Bauarica bibliotheca, quod tranſcriptum eſſe ex membranis peruetuſtis Monaſterji Lauriſſæ prope Wormatiam, teſtatur is ipſe qui tranſcripſit. Damus hic, quia ſub finem tomi 2. Antiquæ Lectionis promiſimus. Promiſſa ergò hoc extorſerunt, non ordo, quo par eſſet collocari. *P*orrò quod res eſt, audi. Statueram longè alios auctores dare in tom. 3. Sed ecce variis ex locis nobiliſſima & lectiſſima antiquitatis monumenta, hactenus nuſquam viſa, adſunt, & exigunt ſuo iure lucem; quam quomodo negaremus? Vnde non mireris, ſi non ſuo ordine, ſecundùm rationem temporis & materiæ digeſta opuſcula reperias. Damus eo ordine quo accipimus quædam; & nobis animus eſt bibliothecam ex iis auctoribus, qui hactenus incogniti, quantauis farragine inſtruere. Et ſanè præter opinionem creuerunt; vt plures tomos ſperare liceat. Quæ cauſſa, quod & illud promiſſum, ſub finem tomi ſecundi de Notis datum, neceſſariò vel in finem vltimi tomi, vel in aliam occaſionem differendum ſit. Sed ad noſtrum fragmentum Chronicum. Huius quis auctor ſit; nec ego, nec Regino, qui eo vſus, ſcimus. cuius tamen notæ ſit, placet apponere iudicium ex literis nobiliſſimi Marci Velſeri: *Eſt pars libelli cuius Regino Anno* 814. *meminit, pars, inquã,* 52. *annorũ hiſtoriã cõtinens ab anno* 741. *ad* 793. *Viginti duo poſteriores deſideran-*

Digitized by Google

tur. Lucem mereri ipſi iudicabitis, gnari, quantum referat in omni re, ſed præcipuè in hiſtoria, fontes ſectari. Vnum quidem erit palmarium, chronologiam ex hoc opuſculo in Reginone ab anno 750. ad annum 760 reſtituere; quæ confuſa & corrupta erat, hiatu anni 751. & 752. non animaduerſo: cui incommodo vt mederentur, & vt ad lineam redirent, annum 754. & 759. viciſſim in Reginone ſuppreſſerunt. Sed hæc quidem collatio oſtendet, tum quomodo pleraq; exſcriptoris vitia, in nominibus præſertim propriis corrigenda ſint. Hiſtoriam Thaſſilonis hic diſtinctius, quàm fere vllibi reperi. Meminit horum Annalium Pithœus etiam in inſcriptione Vitæ Caroli Magni, quam inter Scriptores Franciscos dedit, illos tamen apparet eum non vidiſſe. Hæc nobiliſſimus Marcus Velſerus.

Sin autem Reginonis verba, quibus hoc chronicon laudat, velis; ecce illa, ſub annum 814. *Hæc quæ ſupra expreſſa ſunt, in quodam libello reperi, plebeio & ruſticano ſermone compoſita, quæ ex parte ad Latinam regulam correxi, quædam etiam addidi, quæ ex narratione Seniorum audiui.* Ex quibus verbis Reginonis vides, quæ nobis neceſſitas ſit impoſita, vt ſi fide agere velimus, diligenter caueamus neceſſe eſt, ne plebeius ille & ruſticanus huius libelli ſermo negligatur; quod fiet ſi quantumuis barbara, ex fide exprimantur.

FRANCICORVM ANNALIVM FRAGMENTVM AB ANNO DCCXLI. VSQVE AD ANNVM DCC XCIII.

Anno Domini DCCXLI. CAROLVS Martellus maior domus defunctus.

DCCXLII. Carlmannus & Pipinus maiores domus duxerunt exercitum contra Huualtum Ducem Aquitaniarum, & ceperunt caſtrum quod vocatur Lucras, & in ipſo tempore diuiſerunt inter ſe Regnum Francorum in loco, vocatus, *Pi*ctauis. Eodemque anno Carlmannus Germaniam vaſtauit.

DCCXLIII. Tunc Carlmannus & Pipinus contra Odilonem Ducem Baioariorum iniere pugnam. Et Carlomannus per ſe in Saxonia ambulabat. In eodem anno cepit & caſtrũ, quod dicitur Hooliſeoburg per placitum; & Theodericum Saxone placando conquiſiuit.

DCCXLIV. Iterum Carlmannus & Pipinus perrexerunt in Saxoniam, & captus eſt Theodericus Saxo alia vice.

DCCXLV. Tunc Carlmannus confeſſus eſt *P*ipino fratri ſuo, quod voluiſſet mundum relinquere: & in eodem anno fecerunt exercitum & præparauerũt ſe vterq;: Carlmannus ad iter ſuum, & Pipinus quomodo germanum ſuum honorificè direxiſſet cum muneribus.

DCCXLVI. Tunc Carlmannus Romam perrexit, ibiq; ſe tondit & in *S*erapte monaſterium ædificauit in honore S. *S*ylueſtri. Ibiq; aliquod tempus moram faciens, & inde ad S. Benedictum in Caſinum vſq; peruenit & ibi Monachus effectus eſt.

DCCXLVII. Grifo fugit in Saxoniam, & Pipinus iter faciens per Turingiam in Saxoniam introiuit, vſq; ad fluuium Miſaha, in loco qui dicitur Scahanigi, & Grifo collectam facit vnà cum Saxonibus ſupra fluuium Obò doro, in loco, qui dicitur Orhaim.

DCCXLVIII Grifo de Saxonia iter peragens fugiendo in Baioariam vſq; peruenit, ipſum Ducatum ſibi ſubiugauit. Hiltruden cum Theſſilone conquiſiuit. Lantfridus ad eum venit in ſolario ſupradicti Grifonis. Hoc audiens Pipinus iter illuc arripiens cum exercitu ſuo ſuprà nominatos totos ſibi ſubiugauit, Grifonem ſecum abduxit, Lantfridum ſimiliter, Theſſilonem in Ducatu Baioariorum conlocauit per ſuum beneficium: Grifonem verò pactionibus in Auſtriam miſit, & dedit ei XII. Comitatus. Inde iterum Grifo fugiens Vuaſconiã petit, & ad VVapharium ducem Aquitaniorum peruenit.

DCCXLIX. Epiſcopus Burchartus VVurzenburgenſis & Vollradus Capellanus miſſi fuerunt ad Zachariam Papam, interrogando de Regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes regalem poteſtatem, ſi bene fuiſſet, an non. Et Zacharias Papa mandante Pipino, vt melius eſſet illum Regem vocari, qui poteſtatem haberet, quàm illum, qui ſine regali poteſtate manebat, vt non conturbaretur ordo, per authoritatem Apoſtolicam, iuſſit Pipinum Regem fieri.

DCCL. Pipinus ſecundùm morem Francorum electus eſt ad Regem, & vnctus per manum ſanctæ memoriæ Bonifacii Archiepiſcopi, & eleuatus à Francis in regno,

in

Digitized by Google

in Svveſſionis ciuitate. Hildericus verò, qui falsè Rex vocabatur, tonſuratus eſt, & in monaſterium miſſus.

DCCLI.
DCCLII. *Hic deeſt in libro antiquo hiſtoria duorum annorum.*

DCCLIII. Pipinus Rex in Saxoniam iter fecit, & Hildegarius Epiſcopus Colonienſis occiſus eſt à Saxonibus in caſtro, quod dicitur Viberg, & tamen Pipinus Rex victor extitit, & peruenit vſq; ad locum, qui dicitur ------------------------ Et dum reuerſus eſt de ipſo itinere, nunciatum eſt quòd Grifo, qui in VVaſconiam fugit, germanus eius occiſus fuiſſet. Eodemque anno Stephanus Papa venit in Franciam, adiutorium & ſolatium quærendo pro iuſtitiis ſancti Petri. Similiter & Carlmannus Monachus, & germanus ſupradicti Pipini Regis per iuſſionem Abbatis, in Franciam venit, quaſi ad conturbandam petitionem Apoſtolicam.

DCCLIV. Supradictus Apoſtolicus Stephanus confirmauit Pipinum vnctione ſancta in Regem, & cum eo cõiunxit duos filios dominum Carolum & Carlmannum in Reges. Dominus Bonifacius Archiepiſcopus in Friſia nuncians verbum Domini, & prædicatione martyr Chriſti effectus eſt.

DCCLV. Pipinus Rex per Apoſtolicam inuitationem in Italiam iter peragens, iuſtitiam beati Petri Apoſtoli quærendo. Haiſtulfus Longobardorum Rex ſupradictam iuſtitiam vetando, clauſas Longobardorum petiit. Obuiam Pipino Regi, & Francis venit, & inierunt bellum, & Domino auxiliante; beatoque Petro Apoſtolo intercedente, Pipinus Rex cum Francis victor extitit.

Eodẽq; año Stephanus Papa reductus eſt ad ſanctam

ſedem

Digitized by Google

ſedem per miſſos Domini Regis Pipini, Folradum, & reliquos, qui cum eo erant. Incluſo verò Haiſtulfo Rege in Papia ciuitate, iuſtitiam S. Petri pollicitus eſt faciendi. Vnde Rex Pipinus obſides XL. receptos, & cum ſacramento firmata, reuerſus eſt in Franciam. Carlmannus autem Monachus in Vienna ciuitate remanſit vnà cum Bernnadana Regina infirmus languebat dies multos, & obiit in pace.

DCCLVI. Dum proſpexiſſet Pipinus Rex ab Haiſtulfo Longobardorum Rege ea non eſſe vera, quæ ante promiſerat de iuſtitiis *S. Petri*, iterum iter peragens in Italiam, Papiam obſedit, Haiſtulfum incluſit, magis magisq; de iuſtitiis *S.* Petri confirmauit, inſtabilis ſemper maneret, quod antea promiſerat. Et inſuper Rauennam cum *P*entapoli, & omni Exarchatu conquiſiuit, & *S. P*etro reddidit. Et dum reuerſus eſt Pipinus Rex, cupiebat ſupradictus nefandus Rex Haiſtulfus mentiri quæ antea pollicitus fuerat, obſides denegare, ſacramenta irrumpere. Quodam die venationẽ fecit, & percuſſus eſt Dei iudicio finiuit vitam. Et quomodo & qualiter miſſus eſt Deſiderius Rex in regno, poſtea dicamus.

DCCLVII. Miſit Conſtantinus Imperator Regi *P*ipino cum aliis donis organum, quod in Franciam vſq; peruenit, & Rex *P*ipinus tenuit placitum ſuum in Compendio cum Francis, ibiq; Theſſilo Dux venit Baioariorum, in vaſatico ſe commendans, per manus ſacramenta iurauit multa & innumerabilia, reliquiis ſanctorum Martyrum manus imponens, & fidelitatem promiſit Regi Pipino, & ſupra dictis filiis eius domino Carolo, & Carlmanno, ſicut Vaſallus recta mente & firma deuotione per iuſtitiam, ſicut Vaſallus domino ſuo eſſe deberet. ſic confirmauit ſupra dictus Theſſilo ſupra corpus S. Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii, nec non ſancti Germani, & ſancti Martyrii, vt omnibus diebus vitæ eius ſic conſeruaret, ſicut ſacramentis conſtrictus promiſerat. Sic & eius homines maiores natu, qui erant cum eo, firmauerunt, ſicut dictum eſt in locis ſuperius notatis, & in aliis multis.

Fort. S. Martini.

DCCLVIII. Pipinus Rex in Saxoniam ibi & firmitates Saxonum per virtutem introiuit, in loco, qui dicitur Sithma, & multæ ſtrages factæ ſunt in populo Saxonum, & tunc polliciti ſunt contra *Pipinum*, omnes voluntates eius faciendas, & honores in placito ſuo pręſtandum, & vſque in equos trecentos per ſingulos annos, & immutauit ſe numerus annorum.

DCCLIX. Natus eſt Pipino Regi filius, cui ſupradictus Rex nomen ſuum impoſuit, vt Pipinus vocaretur, ſicut & pater eius, qui vixit annos duos, & defunctus eſt in tertio. Eodem anno celebrauit Natalem Domini in Longlaſe, & Paſcha in Topila, & mutauit ſe numerus annorum.

DCCLX. Tunc *Pipinus* Rex cernens VVapharium, Ducem Aquitaniorum minimè conſentire iuſtitias Eccleſiarum partibus, quæ erant in Francia, conſilium fecit cum Francis, vt quæ ageret ſupradictas iuſtitias quærendo in Aquitania, & peruenit vſque in locum, qui dicitur Thedoad. Et cùm hæc vidiſſet VVapharius, miſit miſſos ſuos Dotbertum, & Dadinum, & dedit obſides ad Algarium, Cetherium, Regi Pipino, vt omnia redderet, & quicquid ſupradictus Rex quærebat in cauſſis Eccleſiaſticis. *E*t celebrauit Natalem Domini in Cariſiago, & *P*aſcha, & immutauit ſe numerus annorum.

DCCLXI, Vuapharius Dux Aquitaniorum minimè cogitans de obſidibus vel ſacramentis ſuis, quaſi in vindictam ſuam in Pipinum Regem exercitum miſit, qui ad Calualdonum ciuitatem venerunt, dum & ſupra nominatus Rex Synodum ſuam teneret in villa, quæ dicitur Dura, nunciatum eſt ei, quod VVapharius in omnibus mentitus eſt. Iterum Rex Pipinus illuc exercitu iter peragens, & eius filius primogenitus, nomine Carolus cum eo, & multa Caſtella cepit, quorum nomina ſunt, Burbonis, Cantela, Darmoantis. Iſtos per pugnam cepit, & in Auernen alia multa caſtella cepit per placitum, quæ ſe ſubdiderunt in eius dominio, & peruenit vſq; Lemonicas, vaſtando & deſtruendo ſupradictam prouinciam propter negligentiam Vuapharii Ducis, & celebrauit Natale Domini in Caraſiago Villa, & Paſcha ſimiliter, & immutatus eſt numerus.

DCCLXII. Tertiò in Aquitania Pipinus Rex iter faciens, & cepit ciuitatem Bituricam, & caſtrum quod Toaras, & celebrauit Natalem Domini in Gentiliaco villa, ſimiliter & Paſcha.

DCCLXIII. Pipinus Rex habuit placitum ſuum in Niuernis, & quartum iter faciens in Aquitaniam, ibi Theſſilo Dux Baioariorum poſtpoſuit Sacramenta, & omnia quæ promiſerat, & per malum ingenium ſe inde ſeduxit, omnia benefacta, quæ Pipinus Rex auunculus eius ei fecit, poſtpoſuit per ingenia fraudulenta ſe ſubtrahendo Baioariam petiit, & nuſquam amplius faciem ſupradicti regis videre voluit.

Rex Pipinus iter peragendo per Aquitaniam vſque ad Cadurciam peruenit, Aquitaniam vaſtando

& reuertendo per Limouicas in Franciam reuerſus eſt, & facta eſt hyems valida. Et tenuit Pipinus natalem Domini in villa, quæ dicitur Longlaar & Paſcha ſimiliter.

DCCLXIV. Tunc Pipinus habuit placitum ad VVormatiam & nihil tunc aliud fecit, niſi in Frãcia reſedit, cauſſam pertractabat inter Vuapharium, Teſſilonem, & celebrauit natalem Domini Caraſiago villa & Paſcha ſimiliter.

DCCLXV. Tunc Rex Pipinus placitum habuit ad Attiniacum, & nullum fecit aliud iter, & celebrauit natalem Domini in Aquis villa, & Paſcha ſimiliter.

DCCLXVI, Tunc Pipinus Rex perrexit iter faciens in Aquitaniam; & placitum ſuum habuit in Aurelianis ciuitate & reſtaurauit Argentonio Caſtrum, quod antea VVapharius deſtruxit, ſupradictus Pipinus rex caſtrum reædificauit, ibi Francos miſit Aquitaniam conuiuendo ſimiliter & in Biturgiis Scaram conlocauit, & celebrauit natalem Domini in Salmonigo villa, & paſcha ſimiliter.

DCCLXVII, Tunc habuit Dominus Pipinus in ſupra dicta villa Synodum magnam inter Romanos & Græcos de ſancta ciuitate vel de Sanctorum imaginibus, & poſtea perrexit iter peragens in partibus Aquitaniæ per Narbonam, Toloſam cepit, Albienſem ſimiliter, nec non & Gvvaldanum; & ſanus reuerſus eſt in patriam, & celebrauit paſcha in Vienna ciuitate. Et in eodem anno, in menſe Auguſto iterum perrexit ad partes Aquitaniæ Bituricum vſq; peruenit, ibi Synodum fecit cum omnibus Francis ſolito more in campo; & inde iter peragens vſq; ad Garonnam peruenit, multas Rockas & ſpeluncas conquiſiuit, caſtrum, Scoram, Torinnam, Perotiam, & reuerſus eſt Bituricam, ibiq; nuntiatum eſt de obitu Pauli Papæ, & ibi celebrauit natalem Domini, & immutauit ſe numerus annorum.

Domi.

DCCLXVIII

Dominus Pipinus Rex iter faciens & Rhenum ſtagnum cepit ad Xantones ciuitatem & ibi capit matrem Vuapharii & ſororem eius & neptes eius & venit vſq; ad Garonam, inde perrexit in locum qui dicitur Montis, & ibi Heronicus veniens cum illa alia ſorore Vuapharii Ducis, & inde ſanus reuerſus, Paſcha celebrauit in caſtro quod dicitur Sels. Iterum iter aſſumens cum Domina Bertradana Regina ad Xanctones ciuitatem peruenit. Ibiq; dictam Reginam cum familia dimiſit, & partibus Petrogorigo perrexit, & interempto VVaripbario cum triumpho victoriæ ad Xanctones ciuitatem reuerſus eſt, ibiq; moram faciẽs aliquot dies ægrotare cœpit, partibus Thuronum reuertendo perrexit Orceronem ad ſanctũ Martinum, & ad ſanctum Dionyſium vſq; peruenit, ibique diem obiit octauo Caendas Octobris.

al. Mertn.

Et dominus Carolus & dominus Carlomanus eleuati ſunt in regnum. Dominus Carolus ſeptimo Idus Octobris in Nouiomo ciuitate, Carlomanus in Sueſſionis ciuitate ſimiliter. Et celebrauit prædictus glorioſus dominus Carolus Rex natalem Domini in villa, quæ dicitur Aquis, & paſcha in Rodomo ciuitate.

DCCLXIX.

Dominus Carolus glorioſus Rex iter peragens partibus Aquitaniæ, eò ꝙ Hunaldus voluit rebellare totam VVaſconiam & etiam venit ad Aquitaniã, & cum paucis auxiliante domino diſſipata ſunt iniqua conſilia prædicti Hunaldi, & in ipſo itinere iungens ſe prædictus magnus Rex cum Carlomano germano ſuo, in loco, qui dicitur Duciſchius. Inde Carlomanus ſe reuertendo in Franciam iter arripiens. Dominus Carolus benigniſſimus Rex iuit ad Eguoſeſinam ciuitatem, & inſumpſit populos Francos cum omnibus vtenſilibus & præparamentis ipſorum & ibi ſuper flumen Dernouicem ædificauit caſtrum, ꝙ dicitur Fronciacus; & inde miſſos ſuos mittens poſt Huualdum & vxorem eius ad Luponẽ VVaſconem. Dum & ibi moram feciſſet venit cum Francis, adductus & ſupradictus Huualdus vnà cum vxore ſua, & caſtro præpartito, & Huualdo recepto, reuerſus eſt in Franciam, & celebrauit natalem Domini in villa, quę dicitur Dura, & Paſcha in Leako vico publico.

DCCLXX. Tunc dominus Carolus Rex habuit Synodum in VVarmatia ciuitate, & Carlomanus, & Berta Regina iungentes ſe ad Saloſſen. Et in eodem anno perrexit domina Berta Regina per Baioariam in partes Italiæ. Et dominus Carolus Rex celebrauit natalem Domini in Moguntia ciuitate, & Paſcha in Hariſtalho, & immutauit ſe numerus annorum.

DCCLXXI. Tunc dominus Carolus Rex Synodum habuit ad Valentinianas, & eodem anno Carlomanus Rex defunctus eſt in villa quæ dicitur Salmonciacus, pridie Nonas Decembris.

Dominus Carolus venit ad Carbonam villã, ibiq; venientes VVilcharius Archiepiſcopus & Fuldradus Capellanus cum aliis Epiſcopis & Sacerdotibus, VVarinus & Adalhartus comites cum aliis primatibus qui fuerunt Caroli Magni. Vxor verò Carlomani cum aliquibus paucis Francis ad partes Italiæ perrexit, & præclarus & glorioſus Rex celebrauit Natalem Domini in villa, quæ dicitur Atquiacus, & Paſcha in Hariſtelho.

DCCLXXII. Tunc Carolus Rex Synodum tenuit ad VVarmatiã, inde perrexit ad partes Saxoniæ, prima vice Hereſberg caſtrum cepit ad Ermenſil vſq; peruenit, & ipſum Fanum deſtruxit, & aurum & argẽtum, quod ibi retulit, abſtulit, & fuit ſiccitas magna, & tanta, ꝙ deficeret in ſupradicto loco, vbi Ermenſtil ſtabat, & dum voluit ibi duos aut tres prædictus glorioſus Rex ſtare Fanũ ipſum ad perdeſtruendum, & aquam non haberet, tunc ſubitò diuina largiẽte gratia, media die cuncto exercitu quieſcente, in quodã torrẽte, omnibus hominibus ignorãtibus aquæ effuſæ ſũt largiſſimæ, vt cunctus exercitus ſufficiẽter haberet: Tũc ſuper VViſoram fluuiũ venit ſupraſcriptus Rex magnus, & ibi cum Saxonibus placitum habuit, & recepit obſides 12. & reuerſus eſt in Franciam, & celebrauit Natalem Domini in Hariſtalho, & Paſcha ſimiliter. DCCLXXIII

Tunc dominus Carolus Rex perrexit ad hyemãdum in villa quæ dicitur Theodone, ibiq; veniẽs miſſus domini Adriani Apoſtolici, nomine Petrus per mare vſq; Maſſiliã, & inde cum Reno ad D. Carolum cõiungens, inuitãdo ſcil. ſupranominatum glorioſum Regẽ vnà cum Francis pro Dei ſeruitio & iuſtitia S. Petri ſeu ſolatio Eccleſiæ per Deſiderium Regẽ, & Longibardos, & inde maritime venit, quia viæ clauſæ fuerũt Romanis à Lõgobardis. tunc dominus ac præcelſus Carolus Rex conſiliũ iniit cũ Francis, quid peraget, & ſumpto conſilio iuſſit, ſicut miſſus Apoſtolici per verbum Dñi Adriani Apoſtolici poſtulatum ita fieri. Tunc Synodum ſupradictus glorioſus Rex tenuit cum Francis Lernein ciuitate, ibiq; exercitum diuidens, tam factus Rex dominus, & perrexit ipſe per montem Caniſium, & miſit Bernardum auuunculum ſuum per montem Iouis, cum aliis ſuis fidelibus, & tũc ambo exercitus ad Cluſas ſe cõiungẽtes. Deſiderius Dño Carolo Regi obuiam iuit. Tunc Carolus Rex vna cum Francis caſtra metatus eſt ad eaſdem Cluſas, & mittens ſcaram ſuam per montes, hos ſequens Deſiderius Cluſas relinquẽs, ſupradictus dominus Carolus Rex vna cum Francis auxiliante Domino, & intercedente B. Petro Apoſtolo ſine læſione vel aliquo conturbio Cluſas apertas

Italiam introiuit, ipſe & omnes fideles ſui & Papiam ciuitatem vſq; peruenit, & Deſiderio incluſo ipſam ciuitatem obſedit: Ibiq; Dominus Carolus in caſtris ſuis Natalem Domini celebrauit, & in Roma Paſcha.

DCCLXXIV Et reuertente Domino Carolo Rege à Roma & iterum ad Papiam peruenit, ipſam ciuitatem cepit, & Deſiderium Regem cum vxore & filia, & cum omni theſauro palatii eius, ibiq; venientes omnes Longobardi de eis ciuitatibus Italiæ, ſubdiderũt ſe in dominio domini glorioſi Caroli Regis, & Francorum. Adaigulfus filius Deſiderii Regis fuga lapſus mare intrauit, & Conſtantinopolim perrexit. Tunc glorioſus dominus Carolus Rex ipſa Italia ſubiugata & ordinata, cuſtodiam Francorum in Papia ciuitate permittens, cum vxore & reliquis Francis, Deo adiuuante, cum magno triumpho in Franciam reuerſus eſt. Et cùm perueniſſet ad locum qui dicitur Ingelheim miſit quatuor Scaras in Saxoniam, quarum tres pugnam cum Saxonibus inierunt, & auxiliante Domino victores extiterunt, quarta verò Scara nõ habuit pugnam, ſed cum præda magna, illęſi, iterum reuerſi ſunt ad propria, & celebrauit præfatus glorioſus Rex Natalem Domini in villa, quæ dicitur Cariſiacum, ſimiliter & Paſcha.

DCCLXXV. Tunc pius ac præclarus dominus Carolus Rex habuit Synodum in Villa, quæ dicitur Duria, iter tunc peragens in partes Saxoniæ Sigiburgum Caſtrum cepit, Eresburgum reædificauit ſuper VViſoram fluuium venit in locum qui dicitur Bruniſberg, & ibi præparabant Saxones bellum volentes ripam ſupradicti fluminis defendere, auxiliante Domino & Francis decertantibus, fugientibus Saxonibus, Franci ambas ripas obtinuerunt, & multi Saxones ibi occiſi ſunt, Tunc dominus

Carolus Rex diuidens exercitum ſuum, ſumpſit ſecum quos voluit, & perrexit vſq; ad Obacerum fluuium, ibi omnes auctores Saxonum veniētes cum Haſſionibus, & dederunt obſides iuxta quod placuit, & iurauerunt ſacramenta, ſe fideles eſſe partibus ſuprà dicti domini Regis. Similiter inde jam reuertente mitiſſimo domino Rege, venerunt Angrarij, in pago quod dicitur Buckhi, vnà cum Brunone & reliquis optimatibus eorum, & dederunt ei obſides ſicut Auſtraſii. Et inde reuertente præfato Rege, inuenit aliam partem de ſuo exercitu, ſuper fluuium VViſora, continentes ripam, quam iuſſi fuerant. *S*axones cum ipſis pugnam fecerunt in loco, qui dicitur Lidpach, & Franci, Deo volente, victoriam habuerunt, & plures *S*axones occiderunt. Hoc audiente domino Carolo Rege, iterum ſuper *S*axones cum exercitu irruens, & non minorem ſtragem ex ipſis fecit, & prædam multam conquiſiuit ſuper VVeſtphaleos, & obſides dederunt, ſicut & alii *S*axones, & cum aliis obſidibus receptis, & præda multa aſſumpta, & pariter ſtrage Saxonum facta, ſupradictus dominus Carolus Rex ad propria reuerſus eſt auxiliante Domino in Franciam. Tunc audiens, quod Ruodgandus Longibardus fraudauit fidem ſuam, & omnia ſacramenta rumpens, & voluit Italiam rebellaret unc illis in partibus cum aliquibus Francis, tunc Carolus Rex iter peragens, & celebrauit natalem Domini in villa, quæ dicitur Scladdiſtat.

DCCLXXVI. Tunc Carolus Rex Italiam ingreſſus eſt per partes Fori Iulii iter peragens. Ruodgandus occiſus eſt, & dominus Carolus Rex apud Taruiſium ciuitatem Paſcha celebrauit; & captis ciuitate Foro Iulii, Taruiſio cum reliquis ciuitatibus quæ rebellarant, & diſpoſuit eas omnes per nes per Francos, & iterum in proſperitate & victoria reuerſus eſt in Franciam. Tunc nuncius veniens dixit, Saxones rebellare, & omnes obſides ſuos ſacramenta rumpere, & Ereſburgum caſtrum per mala ingenia & iniqua placita Francos exinde ſuadendo exire ab ipſis Francis derelictum eſt, muros & opera deſtruxerunt; inde pergentes voluerunt de Sigiburgo ſimiliter facere, auxiliante Domino, Francis eis viriliter repugnantibus, nihil præualuerunt, & inde fugam arripientes Saxones, perſecuti ſunt eos Franci, interficientes illos vsq; ad fluuium Lippiã, caſtro ſaluato, & cum victoria reuerſi ſunt Franci. Et cum perueniſſet Dominus Carolus Rex Wormatiam, & omnes iſtas cauſſas audiens, coniunxit Synodum ad eandem ciuitatem, & ibi placitum publicum tenens, & concilio facto cum Dei adiutorio ſub celeritate nimia & feſtinatione, Saxonum firmitates ſubitò introiuit, & Saxones per tetras omnes ad locum, vbi Lippia conſurgit, venientes ex omni parte, & reddiderunt patriam per VVaidium omnibus manibus eorum, & ſpoponderunt ſe eſſe Chriſtianos, & ſub ditione Domini Caroli Regis & Francorum ſubdiderunt. Tunc Dominus Carolus Rex vnà cum Francis denuò rectificauit Ereſburgum caſtrum, & aliud caſtrum ſuper Lippiam; Ibique venientes Saxones vnà cum vxoribus & infantibus innumerabilibus multitudo baptizati ſunt, & obſides, quantos iam dictus Dominus Rex quæſiuit, dederunt. Et perfectis ſupradictis caſtellis, & diſpoſitis per Francos Scaras reſidentes, & ipſa cuſtodientes, reuerſus eſt in Franciam, & celebrauit Natalem Domini in Hariſtalho, & Paſcha in villa, quæ dicitur Niomaga.

Tunc

DCCLXXVII. Tunc dominus Carolus Rex Synodum publicam habuit apud Padesbrunnen prima vice, ibique venientes omnes Franci, & ex omni parte Saxones, excepto quod *Vindobundis rebellis reſtaret cum paucis in partibus Nordmanniæ confugium fecit vnà cum ſociis ſuis. Etiam ad idem placitum venerunt Sarraceni de partibus Hiſpaniæ, ſcilicet *Ibinalakabe, & filius de Vizoſi, qui & latinè Ioſeph nominatur, ſimiliter & gener eius, ibique Saxonum multitudo baptizata eſt, & ſecundùm morem illorum, omnem ingenuitatem, & Alodem manibus dulgium fecere, ſi amplius immutaſſent, ſecundum malam conſuetudinem eorum, niſi conſeruarent omnibus Chriſtianitatem vel fidelitatem Domini Caroli Regis & filiorum eius, vel Francorum. & Rex celebrauit Natalem Domini in villa, quæ dicitur Doriacum, & Paſcha in Aquitania, in villa, quæ dicitur *Caſſinogila, & immutauit ſe numerus annorum.

leg. Vindokundu.

Regino: Ibina, Iarabi & filius Deuizeſi.

Regino: Caſinogilo.

DCCLXXVIII Tunc Dominus Carolus Rex iter peragens in partes Hiſpaniæ per duas vias, vna per Pampilonem, per quam ipſe ſupradictus Magnus Rex perrexit vſque Cæſarauguſtam, ibique venientibus de partibus Burgundiæ & Auſtriæ, vel Baioariæ, ſeu Prouinciæ & Septimanæ, & pars Longobardorum, & coniungentes ſe ad ſupradictam ciuitatem, ex vnaque parte exercitus ibi obſides receptes Derbanalambi, & Drabatauro & de multis Sarracenis Pampilona deſtructa Hiſpanis VVaſonibus ſubiugatis etiã & Nabarris, reuerſus eſt in partes Frãciæ. Et cũ audiſſent Saxones, quòd Dñs Carolus Rex & Franci tam in longinquis fuiſſẽt partibus Hiſpaniæ, perſuaſione ſæpe dicti Vindekindi & ſociorũ eius ſecundùm conſuetudinem malam iterum rebellarent, & nunciatum eſt hoc domino Carolo Regi, apud Antiſſiodorum ciuitatem, tunc prædictus dominus Rex mittens ſcaram Frãcorum velociter & feſtinanter ad reſiſtendum ſupradictis Saxonibus, ad Renum vſque Diucã peruenerunt. Tunc prædantes ſecus Rhenum, & multas malitias facientes, Eccleſias Dei incendentes, in ſanctimoniales graſſati, quod faſtidium generat enumerandi. Et cùm ſubitò audientes de reuerſione domini Caroli Regis & de ſcara eius, quam miſit obuiam illis. Tunc à Saxonibus dimiſſo Rheno, reuerſi per Longenhri partes Saxoniæ, & ſcaræ Francorum non occurrerunt obuiam eis, ſed veſtigium ipſorum obſeruantes, conſequuti ſunt eos ſuper fluuium, cuius vocabulum eſt Adarna, in loco, qui dicitur Liheſi, ibi pugna incepta, & valde benè finita auxiliante Domino, Franci victores extiterunt, & multitudo Saxonum ibi occiſa, & reliqui fugientes cum magna contumelia in Saxoniam reuerſi ſunt, & ſupradictus clementiſſimus Rex celebrauit natalem Domini in villa, quæ dicitur Hariſtalhio, & Paſcha ſimiliter.

Regino. Antiſſiodoro:

DCCLXXIX.

Tunc dominus Carolus Rex iter peragens per partes Niuſtriæ, & peruenerunt in villa quæ dicitur Compendium, & tunc iterum reuertendo per partes Auſtriȩ, obtulit ſe Hildebrandus Dux Spoletanus cum multis muneribus in præſentia dicti Regis in villa, quæ dicitur Viraniacum, & fuit Synodus in villa quæ dicitur Duria, & iter peregit per partes Saxoniæ ad Lippeham; tranſito Rheno flumine, & Saxones voluerunt reſiſtere qui dicitur Buoholz; auxiliante Domino, non præualuerunt, ſed abinde fugientes reliquerunt omnes firmitates eorum, & Francis aperta eſt via, & introeuntes in VVeſtualahos, & conquæſierunt eos omnes, reliqui quidem Vuiſore fuerunt. Cùm ſe iunxiſſet dominus Carolus Rex ad locum qui dicitur Medofuldi, ibi dederunt obſides, & dein ſacramenta firmantes, & tunc reuerſus eſt ſuprascriptus glorioſus Rex in Franciam, & celebrauit natalem Domini in VVormatia ciuitate, & Paſcha ſimiliter.

DCCLXXX. Tunc dominus Carolus Rex iter peragens ad diſponendam Saxoniam, ad Ereſburgum peruenit, & inde ad locum, vbi Lippia conſurgit. Ibiq; Synodum peragens, inde iter peragens ad partes Albiæ fluminis, & ibidem venerunt omnes Bardoganenſes, & multi de Nordilendis baptizati ſunt in loco, qui dicitur Orcheim, vltra Obacrum fluuium, & peruenit vſq; ad ſupradictum fluuium, vbi Ora confluit in Albiam, ibi omnia diſponens tam Sclauoniam, quàm Saxoniam, reuerſus eſt ſupradictus Rex in Franciam. Tunc ſumpto conſilio, vt iter perageret orationis cauſſa ad Romam, vnà cum vxore ſua Hildegarde Regina, & celebrauit natalem Domini in Papia ciuitate.

DCCLXXXI. Et Rex Carolus ſupradictum iter peragens celebrauit Paſcha in Roma, & ibi baptizatus eſt Pipinus filius Caroli Magni Regis ab Adriano Papa, qui & ipſe eum de ſacro fonte ſuſcepit, & duo filii ſupradicti Caroli Regis vncti ſunt in Reges à ſupradicto Pontifice. Hi ſunt dominus Pipinus & dominus Lodouicus Rex in Aquitania. Et inde reuertente domino Carolo Rege, Mediolanum ciuitatem peruenit, & ibi baptizata eſt filia eius domina Giſtola ab Archiepiſcopo nomine Dioma, & qui eam ipſe à ſacro baptiſmo manibus ſuſcepit, & ab inde reuerſus eſt in Franciam, & tunc miſſi ſũt miſſi duo ab Apoſtolico ſupradicto, ſcilicet *Formonſus & Damanſus Epiſcopi, ad Thaſſilonem Ducem, vnà cum miſ-

Forte Giſela vel Giſſola leg. Regino legit: Giſla ab [illegible] Thoma.

**Regino: Formoſus & Damaſus.*

Regino; Siculſe capellano & Eunardo.

ſis domini Caroli Regis ſcilicet *Richolfus diaconus, & Eberhartus munere Pincernario ad commonendum & conteſtandum, vt reminiſceretur priſcorum ſacramentorũ ſuorũ, & vt nõ aliter faceret, niſi vt iureiurãdo iãdudum promiſerat ad partem Domini Pipini Regis, & dñi Caroli Regis magni Francorum. & tunc conſenſit Thaſſilo Dux Baioariorum, vt ſumptis obſidibus à Dño Rege Carolo, & tunc ad eius renirent præſentiam, ꝙ & præfatus dñs Rex non renuit, & coniungens ſe ſupradictus dominus Dux in præſentiam piiſſimi Regis ad VVormatiam ciuitatem, & renouans ſacramenta, dedit XII. obſides electos, vt omnia conſeruare, quicquid dño Pipino Regi iureiurando promiſerat in cauſſa ſupradicti dñi Caroli Regis, vel fideliũ ſuorũ, qui & ipſi obſides recepti ſũt in Cariſiaca villa de manu Simberti Epiſcopi. Sed nõ diu præfatus Dux Taſſilo promiſſiões ſeruauit quas fecerat, & celebrauit prædictus glorioſus Rex natalem dñi in ſupradicta ciuitate Cariſiaca, & Paſcha ſimiliter.

Regino aliter,

Regino: Geilonem atq; Conradum.

DCCLXXXII. Tunc dominus Carolus Rex iter peragens ad Coloniã, & Synodum tenuit, vbi Lippia cõſurgit, ibiq; omnes Saxones venerũt, excepto rebelle Vindikinde. Etiam illuc venerunt Poſtlimanni miſſi Sifridi Regis, Halbdani cum ſociis ſuis ſimiliter. & Auari illuc conuenerũt miſſi à Cagano & Vigerio; ibi peracto placito reuerſus eſt dominus Carolus Rex in Franciam, & cùm reuerſus fuiſſet, ſtatim iterum Saxones ſolito more rebellarunt, ſuadente Vindekindo, & ignorante domino Carolo Rege, miſit miſſos ſuos Adalgiſum & Algonem, atq; VVoradũ, vt mouerent exercitũ Francorum & Saxonũ ſuper Sclauos paucos, qui rebelles fuerunt, & ſupranominati miſſi in via audientes, quòd Saxones rebellaſſent, coniungentes ſupradictam Scaram, irruerunt in Saxones, & nullum mandatū fecerunt exinde domino Carolo Regi & commiſerūt bellum cum Saxonibus, & fortiter pugnātes, & multos Saxones interimentes, victores extitere Franci, & ceciderunt ibi duo ex ipſis miſſis Adalgiſus & Gailo in mōte qui dicitur Suntal. Hoc audiēs dominus Carolus vnà cū Francis, quos cum celeritate coniungere potuit, illuc perrexit, & peruenit vsq́; ad locum vbi Alara cōfluit in Vuiſora. Tūc omnes Saxones iterū conueniētes, ſubdiderunt ſe ſub poteſtate ſupradicti dn̄i Regis, & reddiderūt omnes malefactores illos rebelles, & occiderūt, excepto Vindikindo, ꝗ fuga elapſus eſt ad partes Nordmāniæ. Iis peractis, reuers⁹ eſt dn̄us Rex in Franciā, & celebrauit natalē Dn̄i in villa Theodonis, & Paſcha ſimiliter.

DCCLXXXIII Tunc obiit Domina ac benè merita Hildegardis Regina pridie Kal. Maij, quæ erat vigilia Aſcenſionis Domini. Et dominus Rex Carolus iter fecit per partes Saxoniæ, eò quòd Saxones iterum rebellarent, & cum paucis Frācis ad * Theotvvaldi peruenit, ibi Saxones præparauerūt pugnā in campo. Dn̄s Carolus Rex, & Franci viriliter ſolito more ſuper eos irruerunt, Saxones terga vertentes & Domino adiuuante Franci victores extiterunt, & cecidit ibi maxima multitudo Saxonū, ita vt pauci fugā euaſiſſent, & inde cum victoria venit prædictus glorioſus Rex ad Padenbrun, ibi coniungens exercitum ſuū, & perrexit, vbi Saxones ſe coniūxerunt ad fluuiū, cuius vocabulū eſt Haſa, ibi iterum inita pugna, non minor numerus Saxonū cecidit, & auxiliante Domino Frāci victores extiterunt. Tunc dictus dn̄s Rex iter peragens Vuiſeram fluuium tranſit, & vsq; ad Albiam fluuium peruenit, & inde reuerſus præfatus Magnus Rex in Franciam. & in eodem anno obiit bonæ memoriæ Domina Berta Regina, quarto Idus Iulij. Et cùm VVormatiam peruenisſet

Regino: Thietmalli,

Digitized by Google

niſſet dominus Rex Carolus ſociauit ſibi in matrimonium dominam *F*aſtradam Reginam, & celebrauit Natalem Domini in villa, quæ vocatur Hariſtalho, & paſcha ſimiliter.

DCCLXXXIV. Saxones tunc iterum rebellarunt ſolito more, & cum eis pars aliqua Friſonum. tunc deinde dominus Carolus Rex iter peragens, Rhenum tranſiit ad Lippiam, & ingreſſus eſt Saxoniam circuendo & vaſtando vſq; ad Huculum. Ibi conſilio inito, eo quòd minimè eſſent inundationes aquarum, vt per Thuringiam de orientali parte introiſſet, & ſuper Oſtualaos, & filium ſuum dominum Carolum dimiſiſſet, vnà cum Scara contra VVeſtualos, quod & ita factum eſt. Dominus Carolus Rex perrexit per Turingiam, vſq; ad fluuium Albiam, & inde ad Stainfurt, & inde ad Schalingi, Ibi conuentione facta, reuerſus eſt in Franciam. VVeſtuali verò voluerunt ſe congregare ad Lippiam, quo audito, ſupradictus filius Domini Caroli Regis obuiam iuit eis, vnà cum Scara, quæ cum eo dimiſſa fuerat in pago, qui dicitur Oragmi, & inierũt bellum; auxiliante Domino, Dominus Carolus filius Magni Regis Caroli victor extitit vnà cum Francis multis Saxonibus interfectis, volente Deo illęſus remeauit ad genitorem ſuum in VVormatiam ciuitatem, ibi inito conſilio cum Francis, vt iterum tempore hyemis iter faceret ſupradictus dominus Rex in Saxoniam, quod & ita factum eſt, & celebrauit Natalem Domini iuxta Kidrioburg in Pago Vuazzaganni ſupra fluuium Ambram in villa Lutundi.

DCCLXXXV. Tunc dominus Rex Carolus ſupradictum iter peragens, vſq; ad *Rimee peruenit ſuper fluuium VViſoraha, vbi confluit *Vinharna, & propter nimiam inundationem aquarum inde reuerſus eſt Ereſburgum, vxorem

Regino legit. vſq; Adrine, Regino, VVaahna, ſuam dominam Faſtradam Reginam vnà cum filiis & filiabus ſuis ad ſe venire iuſſit. Ibi tota hyeme reſidens, & ibi Paſcha celebrauit, & dum ibi reſideret, multoties ſcaras miſit, & per ſemetipſum iter peregit, Saxones, qui rebelles erant, deprædauit, & caſtra cepit, & loca eorum munita intrauit, & vias inundauit, vt dum tempus congruum veniſſet, Synodum celebrauit publicam apud Padebrunen, & inde iter peragens, vias apertas, nemine contradicente per totam Saxoniam, quocunque voluit, tunc in Bardunganicc venit, ibiq; mittens poſt VVindikindem, & Abbionem, & vtroſq; ad ſe conduxit, & firmauit, vt ſe non ſubtraherent, priuſquam in Franciam perueniſſent, petentibus illis, vt credentias haberent, quod illæſi fuiſſent, ſicut factum eſt. Tunc dominus Rex reuerſus eſt in Franciam, & mittens ad ſupradictos VVindekindem & Abbionem obſides per miſſum ſuum Amaluuinum, qui cum recepiſſent obſides illos ſecum ducentes, & coniunxerunt ſe apud Artinacum villam ad dominum Carolum Regem, & ibi baptizati ſunt ſupra nominati VVindikind & Abbio cum ſociis eorum. Tūc tota Saxonia ſubiugata eſt. Et in eadem villa celebrauit ſæpe dictus Rex Natalem Domini, & Paſcha ſimiliter.

Regino: Bardenguni.

Regino: Attiniacum.

Tunc dominus Carolus Rex miſit exercitum ſuum in partes Brittaniæ, vnà cum miſſo ſuo Andulfo Sineſtalco, & ibi multos Brittones conquæſierunt, vnà cum caſtellis & firmitatibus Brittonum, in locis paluſtribus, ſeu inceſſis, & ſicut ſuprà diximus, in multis firmitatibus Britonum præualuerunt, & Franci cum victoria Domino volente reuerſi ſunt, & Capitaneos eorum ad Synodum repræſentabant ſupradicto domino Regi in VVormatia. Tunc dominus Rex Carolus perſpiciens ſe ex omni par-

DCCLXXXVI
Reg. Odulpho principe Cocorum.

te, Deo largiente, pacẽ habere, ſumpſit conſilium, deuotionis cauſa ad limina beatorum Apoſtolorum iter peragendi, & cauſas Italicas diſponendi, & cum miſſis Imperatoris placitum habendi de conuenientiis eorũ. quod ita factum eſt. Tunc idem Rex Natalem Domini celebrauit in Florentia ciuitate.

DCCXXCVII Tunc dominus Carolus Rex ſupradictum iter peragens honorificè ab Apoſtolico Adriano ſuſceptus eſt, & aliquot dies ibi moratus eſt cum domino Apoſtolico, & Ariglus Dux Beneuentanus miſit Romaldum filium ſuum cum magnis muneribus poſtulare de aduentu iam dicti Domini Regis, ne Beneuentum intraret, quia vellet omnes voluntates Regis adimplere. Sed hoc Apoſtolicus & optimates Francorũ minimè credebant, & habuit conſiliũ cum Domino Carolo, vt ad partes Beneuentanas firmando bene iret, quod ita factum eſt, & dũ Capuam veniſſet, Ariglus Dux reliquit Beneuentum ciuitatem, & in Salernum ſe recluſit, & timore perterritus non fuit auſus per ſemetipſum faciem Domini Caroli Regis videre. Sed miſſos mittens, & ambos filios ſuos proferens, id eſt, Rumoldum, quem dominus Carolus Rex ſecum habebat, & Grimaldum, quem ſupradictus Ariglus penes ſe continebat, & offerens multa munera, & alios obſides, vt petitioni eius obtemperaret. Tũc Dñs ac glorioſus Carolus Rex proſpexit vnà cũ ſacerdotibus vel cæteris optimatibꝰ, vt terra illa nõ deleretur, & Epiſcopia vel monaſteria deſolarẽtur, elegit 12. obſides, & decimum tertium filium ſcil. prædicti Ducis nomine Grimoaldum, & acceptis muneribus fecit iurare omnes Beneuentanos, vnà cum Duce, & reuerſus eſt piiſſimus Rex Romã, & celebrauit Paſcha cũ dño Apoſtolico ibidẽ. Ibiq; venientes miſſi Thaſſilonis Ducis, ſcilicet Arnus E-

Leg. Arigiſus. Regino: Heregiſus.

piſcopus & Hunrichus Abbas, vt ponerent Apoſtolicū, vt pacem terminaret inter dominum Carolum Regem, & Thaſſilonem Ducē, vnde & dn̄s Apoſtolicus multum ſe interponens precādo dn̄m Regē, qui reſpondit, ſe voluiſſe, & ꝑ multa tempora quæſiuiſſe, & minimè inuenire potuiſſe, & proferebat ſtatim ita fieri. Et voluit prædictus dominus Rex in præſentia Apoſtolici cùm ipſis miſſis pacem firmare, & renuētibus ſupradictis miſſis, quia non auſi fuiſſent de eorum parte vllam firmitatē facere. Apoſtolicus verò cùm cognouiſſet inſtabilitatem mandati eorum, ſtatim ſupradictum Ducem cum conſentaneis ſuis Anathemate feriit, ſi ipſa ſacramenta, quæ promiſerat Domino Pipino Regi, & Domino Carolo Regi nō adimplēſſet, & obteſtans ſupradictos miſſos, vt conteſtarētur Thaſſilonem, vt non aliter feciſſet, niſi in omnibus obediens fuiſſet Domino Carolo Regi, & filiis Regibus Francorum, vt ne fortè ſanguinis profuſio veniret, vel læſio illius. Et ſæpedictus Dux obdurato corde verbis ſupradicti Apoſtolici obedire minimè voluit. Tūc Dominus Carolus Rex & ſuus exercitus abſoluti fuerunt ab omni periculo peccati, & quidquid in ipſa factum eueniebat in incendiis, aut homicidiis, vel in qualicunque malo, vt hoc ſuper Thaſſilonem & ſuos conſentaneos veniret. Et Dominus Rex Carolus, ac Franci innoxii ab omni culpa exinde ꝑmanerent. iis verbis expletis miſſi Thaſſilonis ſunt abſoluti. Et cùm inuicem ſibi Dominus Apoſtolicus & glorioſus Carolus Rex valedicentes, benedictione aſſumpta, oratione peracta, Franciam dictus præcelſus Rex reuerſus eſt, & ꝑuenit idē mitiſſimus Rex ad coniugem ſuam dominam Faſtradem Reginā in ciuitate VVormatia, & ibi ad inuicē gaudētes, & lætificātes ac Dei miſericordiā laudantes, Synodum namq; cōgregatā ſupradictus Rex apud eādē ciuitatem ſacerdotibus ſuis & aliis optimatibus nuntiauit, qualiter omnia in itinere ſuo peracta ſunt, & cum perueniſſet ad locum, quod omnia explanaſſet de parte Thaſſilonis, ſicut actum erat, tunc perſpiciens idem Rex, vt miſſos mitteret, & iuſſit Thaſſilonem, vt omnia adimpleret ſecundum iuſſionem Apoſtolici, vel ſicut iuſtitia erat, & quod ſibi iureiurando promiſſum habebat, vt in omnibus obediens & fidelis fuiſſet domino Regi Carolo, & filiis eius, vel Francis, & veniet ad eius præſentiam, quod renuit & venire contempſit. Tunc dominus Rex Carolus videns vnà cum Francis ſuis Iuſtitiam ſuam, iter cœpit peragere ad partes Baioariæ cum exercitu ſuo, & per ſemetipſum venit in locum, qui Lechfeldt, ſupra ciuitatem Auguſtam, & iuſſit alium exercitum fieri, id eſt, Francorum, Auſtraſiorum, Thuringorum, & Saxonum, & cõiunxit ſuper Danubium fluuium, in loco qui dicitur Faringa. Et tertium exercitum iuſſit fieri in partibus Italiæ, vt dominus Pipinus Rex veniret vſq; ad Trianto cum exercitu ſuo, & ipſe ibi maneret, & exercitum ſuum pleniter manè mitteret vſq; ad Banzanum. Tunc proſpiciens ſe Thaſſilo ex omni parte eſſe circundatum, & vidẽs, quod omnes Baioarij plus eſſent fideles domino Regi Carolo, quàm ſibi, & cognouiſſent iam Iuſtitiam dicti Regis, & magis eſſent inclinati pro Iuſtitia, quàm in contrarium facere; vndiq; conſtrictus Thaſſilo venit per ſemetipſum tradens ſe in manus domini Regis Caroli in Vaſallum, & reddens Ducatũ ſibi commiſſum à domino Pipino Rege, & cognouit ſe in omnibus peccaſſe, & malè egiſſe. Tunc denuò renouans ſacramenta, & dedit obſides electos duodecim, & decimum tertium filium ſuum Theodonem, receptis obſidibus, & præſtitis ſacramentis, præfatus glorioſus Rex regreſſus eſt in Franciam, am, & celebrauit natalem Domini in villa, quæ dicitur Ingelhaim, & ſimiliter Paſcha, & immutauit ſe annus.

DCCXXCVIII Tunc ſupradictus Rex Carolus congregans Synodum, apud dictam villam Ingelhaim, ibiq; veniens Thaſſilo ex iuſſione domini Regis, ſicut & cæteri eius Vaſalli, & cœperunt fideles Baioarii dicere, quòd Thaſſilo fidem ſuam non haberet, niſi poſtea fraudulans apparuit, poſtquam filium ſuum dedit, & aliis obſidibus, & ſacramēta fefellit, ſuadente vxore ſua Luitburge. Quod & Thaſſilo denegare non potuit, ſed confeſſus eſt poſtea ad Auares tranſiuiſſe Vaſallos ſupradicti domini Regis ad ſe fortaſſe in vitam eorum conciliaſſe, & homines ſuos, quando iurabant, iubebat vt aliter in mente retinerent, & ſub dolo iurarent, & quod magis confeſſus eſt, ſe dixiſſe etiam, ſi decem filios haberet, vellet omnes perdere, antequam placita ſic manerent, vel ſtabilius permitterentur, ſicut inita fuerunt, & etiam dixit, melius ſe mortuum eſſe, quàm ita viuere, & de omnibus conuictus. Franci, Baioarii, Longibardi, Saxones, & omnes ex aliis Prouinciis, qui ad eandem Synodum congregati fuerunt, reminiſcentes, quòd priorem maloq; eius, & quomodo dominum Pipinum Regem in exercitu derelinquens, & ibi quod Theodiſca lingua Hariſlig dicitur, viſi ſunt iudicaſſe eundem Thaſſilonem ad mortem. Sed dum omnes vna voce acclamarent, capitali eum feriendum ſententia, iam dictus Carolus piiſſimus Rex motus miſericordia ad amorem Dei, & quia conſanguineus eius erat, obtinuit ab ipſis Dei ac ſuis fidelibus, ne ita moreretur. Et interrogatus Thaſſilo à dicto domino Rege clementiſſimo, quid agere vellet; Ille verò poſtulauit, vt licentiam haberet ſibi tonſorandi,

& in monaſterium introeundi, pro peccatis pœnitentiam agendi, & vt ſuam ſaluaret animam. Similiter & filius eius Theodo diiudicatus eſt tonſoratus, & in monaſterium miſſus, & pauci Baioarii, qui in aduerſitate Domini Caroli Regis perdurauerunt, miſſi ſunt in exilium.

Eodem quoq; anno commiſſum eſt bellum inter Græcos & Longibardos ſub Duce Spoletano, nomine Hiltebrando, ſeu Duce Grimaldo, quē dn̄s Carolus Rex poſuit Ducē ſuper Beneuentanos, & fuit miſſus VVinegiſus vnà cum paucis Francis, vt prȩuideret omnia, quæ feciſſent, & auxiliante Domino, victoria facta eſt à Francis, de ſupranominatis Longibardis. Similiter & alia pugna commiſſa eſt inter Auaros in loco, cuius vocabulum ------ & Franci, qu in Italia commanere videntur, opitulante Domino, victoriam obtinuerunt, & Auari cum contumelia reuerſi, & fuga lapſi ſine victoria. Tertia pugna commiſſa eſt inter Baioarios & Auaros, & fuerunt ibi miſſi Domini Regis Caroli Grahamannus & Audacerus cum aliquibus Francis Domino auxiliante, victoria fuit. Dux Thaſſilo cum Malmola vxore Luitberga Deo odibili ſemper conſiliauit. Quarta pugna fuit commiſſa cum Auaris, qui voluerunt iter peragere contra Baioarios, ibi ſimiliter fuerunt miſſi Domini Regis Caroli, & Domino protegente, victoria Chriſtianorum aderat. Auari fugam incipientes, multa ſtrages ibidem facta eſt occidendo, & alios in Danubio flumine ſubmerſerunt.

Regino; Odoacer.

*

DCCXXCIX. Tunc Dominus Carolus Rex peruenit Saxoniam, & perrexit vſq; ad Sclauos, qui dicuntur Vinlni, & venerunt Reges viæ illius cum Rege eorum Tragonito ei obuiam, pacem petentes, tradiderũt vniuerſas terras illas ſub domina-

Regino: Wilzi.

minatione Caroli Regis Francorũ, & dederunt obſides; quibus peractis, Rex reuerſus eſt in Frãciam.

DCCXC. Tunc Rex conuentum habuit in VVormatia, & ipſe annus tranſiit ſine hoſte, & celebrauit Rex Carolus Paſcha in VVormatia.

DCCXCI. Et currente anno DCCXCI, eo tempore, quo ſolēt Reges ad bellum procedere, mouit exercitum ſuum innumerabilem multitudinẽ contra peſſimã gentẽ Auarorum, diuiſitq; exercitũ ſuũ in tres partes: & ſic intrauit ipſe per partes iam in fines Hunnorũ, ex meridiana parte Danaum, ſed & de alia parte Danaum alius exercitus Ripuariorum & Friſonum & Saxonum cum Thuringiis, ſed & naualem hoſtis per Danubiũ, vt ex vtraq; ripa Rex poteſtatem habere potuiſſet cum exercitu ſuo, & ſic intrauit terram illam iſtinc & illinc, in medio autem erat exercitus naualis, & terruit eos dominus in conſpectu eius, ita vt nullus ei reſiſtere auſus eſſet, ſed vbicunq; aut foſſas, aut aliquam firmitatem ſiue montes, ſeu ad flumina, vel ſyluas confugerent. Tamen ſtatim ipſe aut exercitus eius aduenit, continuò partim traditi, partim occiſi, partim fuga elapſi ſunt. Sed & ille tertius exercitus, quem Pipinus filius eius de Italia transmiſit, introiuit in Illyricum, & inde in Pannoniam, & fecerunt ibi ſimiliter vaſtantes, & incendentes terram illam, ſicut Rex feciſſet cum exercitu ſuo, vbi ipſe erat. Cùm autem vidiſſet Rex Carolus, quòd nullus ei de parte Auarorum reſiſtere auſus eſſet aut ſuis, tunc circumiuit terram illam per dies quinquaginta duos incendendo & vaſtando cum præda ſine menſura & numero, & captiuos & mulieres & paruulos innumerabilis inde multitudo ducebat. Et in ipſo itinere obiit bonæ memorię Angiltrauus Archiep. Mediomatricis

Eccleſiæ, & Sympertus Epiſcopus ibi defunctus eſt, & Rex Carolus rediit in Baioariam, & ibi hyemauit.

Tunc ſequenti anno reſedit Rex in Baioaria, & apud Reganeſpurg celebrauit Paſcha, Sed appropinquante æſtate, Saxones exiſtimantes, quod Auarorum gens ſe vindicare de Chriſtianis debuiſſet, hoc quod in corde eorum dudum iam antea latebat, manifeſtiſſimè oſtendebant, quaſi canis qui reuertitur ad vomitum ſuum, & ad paganiſmum, quẽ pridie reſpuerunt, iterũ relinquentes Chriſtianitatem, mentientes tàm Deo, quàm domino Regi, qui eis multa beneficia præſtitit, coniungentes ſe cum Paganis gentibus, quæ in circuitu eorum erant. ſed & miſſos ſuos ad Auaros tranſmittentes conati ſunt inprimis rebellare contra Deum Dominum, contra Regem, Chriſtianos omnes Eccleſias, quæ in finibus eorum erant, cum deſtructione & incendio vaſtabant, reiicientes Epiſcopos & Preſbyteros, qui ſuper eos erant, & aliquos comprehenderunt, nec non alios occiderunt, & pleniſſimè ſe ad culturam idolorum conuerterunt. Et in ipſo anno inuentum eſt conſilium paſſionum, quod Pipinus filius Regis ex concubina Hilmedrade nomine genitus contra Regem vitam ſeu filiorum eius, qui ex legitimo matrimonio nati ſunt, qui voluerunt Regem & ipſos occidere, & ipſe pro eo quaſi Abimelech in diebus Iudicum Iſrael regnaret, qui occidit fratres ſuos, ſeptuaginta viros ſuper petram vnam, & regnauit pro Gedeone patre ſuo, cum malitia tamen, & non diu. Rex Carolus cum cognouiſſet conſilium Pipini, & conſentaneorum ſuorum, coadiuuit aduentum Francorum, & aliorum fidelium ſuorum ad Reganeſpurg. Vbi vniuerſus populus Chriſtianus, qui cum Rege aderant, iudicauit Pipinum & conſentaneos ſuos in ipſo nefando conſilio, vt hæreditate & vita priuaretur, vt ita de aliquibus impletum eſt. Nam de Pipino filio ſuo, quia voluit Rex vt occideretur, iudicauerunt Franci vt ad ſeruitutem ei inclinare debuiſſet. Vt ita factum eſt, & miſit iam Clericum in Monaſterium & iterum ibidem moratus eſt Rex.

DCCXCIII. Ipſa hyeme fecit iterum Rex Carolus apud Reganeſpurg conuentum, & cùm conueniſſent, fideles Epiſcopos ſuos, Abbates & cunctos, qui cum ipſo erant & reliquum populum fidelem, qui cum *P*ipino in Cõſilio peſſimo erant, nos multipliciter honorauit, & in ipſa hyeme trãſiuit Rex cum filiis ſuis *P*ipino & Ludouico contra hoſtes, & facta eſt ibi fames validiſſima ſuper populum, qui ibi erat, & ſuper exercitum, qui ibi aduenerat, ita vt in ipſa quadrageſima aliquando à carnibus non abſtinerent, ſed & in Burgundia & Francia, perualida fuit. Et cum dominus *P*ipinus Rex inde pergeret, Sarraceni qui in Hiſpania erant, exiſtimantes, quòd Auari contra Regem dimicaſſent, egreſſi de finibus ſuis in aliquam Indiæ partem, coniungentes ſe inuicem ad partem noſtrã, multi ibidem ceciderunt de vtraq; parte. . . . .

Cætera deſunt.

Digitized by Google

ANTIQVÆ LECTIONIS
Tomi tertij

PARS SECVNDA,

IN QVA
HVSSITICA CONTINENTVR.

I, Oratio Ioannis Raguſini, qua in Concilio Baſileenſi reſpondit per octo dies ad articulum primum Bohemorum, de communione ſub vtraq; ſpecie, propoſitum à Magiſtro Ioanne Rockyzana Huſſita, fol. 1.

II, Oratio Ægidii Carlerii Decani Eccleſiæ Cameracenſis, qua in Concilio Baſileenſi reſpondit per quatuor dies, ad articulum ſecundum Bohemorum, de corrigendis peccatis publicis, quem propoſuit Nicolaus Taborita. fol. 289.

III. Diſputatio Capituli Eccleſiæ Pragenſis cum Rockyzana, de Huſſiticis controuerſiis, habita per dies quinq;, anno 1465. coram Gyrzikone ſeu Georgio Rege Bohemiæ. fol. 466.

OMNIA
NVNC PRIMVM EX MAnuſcriptis edita

AB
HENRICO CANISIO NOVIOMAGO SS. CANONVM PROFESSORE INGOLSTADII.

Digitized by Google

TRITHEMII TESTIMONIVM DE IOHANNE RAGVSIO.

IOannes de Raguſio, Ordinis Fratrum Prædicatorum, vir in diuinis ſcripturis eruditus, & ſecularis literaturæ non ignarus, ingenio præſtans & clarus eloquio, in declamandis ſermonibus ad populum celeberrimæ opinionis: edidit ingenii ſui præclara quædam opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis transmiſit. E quibus legi opus inſtructum ad patres Concilii Baſilienſis.

Contra Huſſitas lib. 1. Reuerendiſſimi venerandiſſ. &c.

De cæteris nihil vidi. Claruit in Concilio Baſilienſi perſonaliter, vbi dictum contra hæreticos tractatum pronunciauit publicè ad patres, ſub Alberto Imperatore Anno Domini 1438. Hæc Trithem. de Scriptorib. Eccl.

Quæ verba Trithemii non ita intelligas quaſi Raguſius anno 1438. dixerit in Concilio: cùm apertè cōſtet dixiſſe anno 1433. ſed vult illum floruiſſe anno 1438.

Digitized by Google

DE ÆGIDIO CARLERIO.

FVit Ægidius Carlerius inter legatos Pragam miſſos à Patribus Concilii Baſileenſis, teſte Cochlæo li. 6. hiſt. Huſſit. fol. 254. & lib. 7. fol. 262. Extat fragmentum orationis qua Carlerius Procopio Raſo reſpondit. *Moti hac oratione*, inquit Cochlæus lib. 7. folio 265. *oratoribus Concilii in ſcripto dederunt informationem ſuam. de qua duo antiqui Codices concorditer ſic habent: iſta ſcedula fuit concepta per Magiſtros ſtudii Pragenſis, & data oratoribus ſacri Concilii in Bohemiam miſſis: ſpecialiter autem mihi Ægydio Carlerio Decano Cameracenſi fuit porrecta.*

Alius autem Ægidius Decanus Cametacenſis eſt, de quo hæc Trithemius:

Ægidius Nettelet Decanus Eccleſiæ Cameracenſis, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularis literaturæ non ignarus, ingenio præſtans, vita & conuerſatione præclarus, & ſingulari deuotione conſpicuus: edidit quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum notificauit. E quibus extat opus celeberrimum omni ſtatui neceſſarium, quod mirabili induſtria, pulcherrimaq́; conſequentia in vnum comportauit ex Epiſtolis S. Hieronymi preſbyteri lib. 4. Cætera me latent. Viuit vſq; hodie ſub Maximiliano Rom. Rege clariſſ. & ſummo Pontifice Alexandro ſexto, Anno Domini 1494.

Hæc Trithem. de Scriptoribus Eccleſiaſt. Quis enim credat Ægidium Carlerium tamdiu vixiſſe?

EX BOHEMICÆ HISTORIÆ FRAGMENTO TESTIMONIVM DE QVATVOR HIS AVTHORIBVS EARVMQVE orationibus contra quatuor articulos Bohemorum.

Poſtulauit idem Rockyzana, Bohemorum nomine, diem quo audirentur. Deſtinatus eſt eis itaq; dies 16. *Ianuarii, quo die ipſe primum articulum, de communione ſub vtraq; ſpecie proponere cœpit, vsq; in tertium diem ſemper ante meridiem. Deinde Nicolaus Taborita ſecundum articulum, de corrigendis peccatis publicis, in medium protulit, per bidui ſpacium. Poſt quem Vldaricus presbyter Orphanorum, tertium articulum de libera prædicatione verbi Dei, duobus item diebus propoſuit. Quartum verò articulum, qui erat de ciuili dominio clericorum, per triduum abſoluit Petrus Payne Anglus. Fecerunt autem copiam ſuarum diſputationum ſacro Concilio in ſcriptis, & gratias egerunt, quod auditi fuiſſent. Quanquam poſteriores tres ſatis inciuiliter in noſtros inuexerant, vt nihil veriti fuerint, Ioannem VVicleph & Ioannem Hus vocare Doctores Euangelicos, quos iam pridem Eccleſia damnauerat. Exigebat res, vt Bohemis nonnihil reſponderetur. Itáq; ſurgens Ioannes de Raguſio, Dalmata, Theologiæ Profeſſor, Ordinis Prædicatorum, Procurator Generalis (qui & Cardinalis poſtea factus eſt) petiit clara voce, in medio ſacræ congregationis poteſtatem ſibi dari, vt reſponderet priuato nomine ad primum Bohemorum articulum. Aſſeruit Synodus, octoq́; diebus reſpondit ille horis antemeridianis. Antequam verò incepiſſet reſpondere, Ioannes Abbas Ciſtercienſis Orationem ad Bohemos habuit, vt ſe ſubmitterent determinationi ſanctæ matris Eccleſiæ, quam ſacrum iſtud Concilium repræſentaret. Ea res Bohemos non parum offendit. Cumq; Raguſinus, inter reſpondendum, crebrò hæreſeos & hæreticorum vocabulum haberet in ore, non poterat hoc tandem ferre Procopius Bohemus. Quin ſurgens cum ſtomacho, de hac iniuria apud ſanctam Synodum publicè conqueſtus eſt. Conterraneus (inquit) iſte noſter iniuria nos afficit, hæreticos nos ſubinde vocans. Ad hoc Raguſinus, Quia, inquit, conterraneus veſter ſum, lingua ac natione, propterea tam auidè cupio vos ad matrem Eccleſiam redire. Conſtat ſanè Dalmatas in Bohemiam transgreſſos, ab occupata regione nomen accepiſſe. Parum autem abfuit, quin ob eam offenſionem Baſilea Bohemi abirent, vixq; placari poterant. Quidam etiam ex*

Bohemis nolebant Raguſinum ad finem vsq; diſputantem audire. Deinde *reſpondit ad ſecundum articulum inſignis Theologus Ægidius Carlerius, Decanus Eccleſiæ Cameracenſis, per quatuor dies. Ad tertium articulum, Henricus, cognomento Frigidum ferrum, Theologus, Ordinis Prædicatorum, dies tres. Ad quartum poſtremò Ioannes Polomar, Archidiaconus Barcinonenſis, auditor cauſarum ſacri Palatii; tribus item diebus. Aſficiebat autem Bohemos tædio, noſtrorum (vt illis videbatur) prolixitas. Et quamuis accuratè reſpondiſſent noſtri, nihilominus illi ſuos articulos adhuc pertinaciter defendebant, præſertim primum; adeo vt Ioannes Rockyzana Reſpõſiones Raguſini ſex diebus fortiter impugnaret. Antè iſta cùm auditi fuiſſent Bohemi piam ad eos orationem habuit Præſidens Concilii Iulianus Cardinalis Legatus dicens: Audiuit hæc ſancta Synodus per decem dies magna cum patientia, quatuor veſtrorum articulorum propoſitiones, &c.*

Hæc Cochlæus libro 6. hiſtor. Huſſit. folio 551. ex antiquis Bohemicarum rerum Commentariis. Extant etiam apud Magiſtrum Ortvvinum Gratium in faſciculo rerum expetendarum.

TESTI-

Digitized by Google

TESTIMONIVM COCHLÆI DE ILLA DISPVTATIONE INTER *Capitulum Pragenſe & Rockyzanam.*

EA tamen animi moderatione & longanimitate erat Georgius. (Rex) vt interim non ſæuiret in Clerum Catholicum, qui (Clerus) Pragæ & in cæteris Bohemiæ vrbibus, palàm Rockyzanæ ſectæ & doctrinæ contradicebat, & cũ Eccleſia Romana (quæ ipſum Regẽ diris perſequebatur) cõſentiebat in fide. Quẽadmodum ex eo conſtat Tractatu, qui inter Capitulum Eccleſiæ Pragenſis & Rockyzanam, in Regis præſentia habitus fuit, anno Domini 1465. Hæc Cochlæus lib. 12. hiſtor. Huſsit.

ORA-

ORATIO QVA IOANNES DE RAGVSIO ORDINIS PRÆDICATORVM PROCVRATOR GENERALIS

Reſpondit per octo dies

AD ARTICVLVM PRImum Bohemorum,

DE COMMVNIONE SVB VTRAQVE SPECIE,

Propoſitum à M. IOANNE ROCKYZANA
16. Ianuarij.

REuerendiſſimi Reuerendiq; Patres, Illuſtriſſime Princeps, regũ & Principũ vniuerſitatũ atq; communitatũ Ambaſiatores, oratoreſq; egregij, vtriuſq; iuris diuini pariter & humani Doctores eximij & magiſtri, Comites, Barones, & nobiles, ciueſq; inſignes, & cæteri in Chriſto Ieſu omnes Patres Domini & fratres dilectiſſimi, qui huic ſacræ cõgregationi diuinoq; certamini intereſtis; poſt valdè vtilem ac perneceſſariam exhortationẽ Reuerendi in Chriſto patris & domini mei ſingulariſſimi domini Ciſtertienſis(cuius exhortationis verba vtinam tali fide,tali deuotione,taliq́; charitatis affectu fuiſſent à cunctis auditoribus accepta, quibus ab eodẽ patre prolata ſunt) reſponſionẽ pro modulo meæ paruitatis, & vt Spiritus ſancti gratia ſuggeſſerit,ad articulũ de cõmunione ſacratiſſimæ Euchariſtiæ, ſub vtraq; ſpecie,per Ambaſiatores & oratores incliti regni Bohemiæ propoſitum,facturus,video me neceſſitate compellente in præſenti actu quatuor debere peragere. Et PRIMO oportunas & neceſſarias excuſationes præmittere. SECVNDO diuinum auxilium implorare. TERTIO neceſſarias & conſuetas proteſtationes annectere. QVARTO Catholicę Romanę Eccleſię cõſuetudinẽ in cõmunione vnius ſpeciei,quo ad populum laicalem,firmare,ſtabilire & roborare,nec non & aduerſa quantum fieri poterit & vires meæ debiles permiſerint,propulſare.

Quatuor præmittuntur & tractantur.
1. Neceſſaria excuſatio.
2. Imploratio diuini auxilij
3. Conſuetæ ꝓteſtationes:
4. confirmatio communionis ſub vna ſpecie.

PRIMVM igitur proſequendo; triplici me intueor obrui difficultate. PRIMA eſt obiectæ materiæ altitudo. SECVNDA eſt aſtantis huius glorioſiſſimi ac celeberrimi & ſacratiſſimi cœtus ingenij profunditas,& ſummæ atq; incredibilis & penè diuinæ ſapientiæ magnitudo. TERTIA eſt proprij ingenij vehemens inſufficientia, inextricabiles tenebræ & profectò inexplicabilis hebetudo.

Sublimitas materiæ.

Nam ſic altam & profundam inuenio,de qua ad præſens coram glorioſiſſimis conſpectibus veſtris ſum prolocuturus materiam, vt profectò ad eam explicandam nedum me inſufficientem intueor, verum etiam totaliter inhabilem & ineptum. Si enim Paulus Apoſtolus diuinorum contemplator & reſerator arcanorum, immerſus diuinæ prouidentiæ irreſerabili atque inattingibili

& inperſcrutabili profunditati, coactus fuit exclamare: *O altitudo diuitiarũ ſapiẽtiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius!* quid ego miſer dicere potero, de hoc ineffabili ſacramento? quod inter mirabilia opera Domini egregius Propheta Dauid enumerat, ita dicens: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus; eſcam dedit timentibus ſe.* Ibi enim Apoſtolus diuinæ ſapientiæ infinitate oppreſſus cogebatur exclamare: *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei.* Ego verò in cõſideratione huius diuiniſſimi ſacramenti veluti manibus & pedibus triplici, quod difficile rumpitur, ligatus funiculo, nequeo me explicare. In hoc ſiquidẽ diuiniſſimæ Euchariſtiæ ſacramento diuina omnipotentia oſtenditur, ſumma Sapientia explicatur, & im̃enſa diuinæ bonitatis benignitas declaratur.

Rom. 11.

Pſalm. 110.

Et quidẽ diuina omnipotentia oſtenditur, dũ diuino verbo ad elementũ accedente, hæc terrena materies, remanentib. accidentib⁹, in Chriſti ſubſtantiã ſubito & in inſtanti cõuertitur, dũ ipſa panis & vini accidẽtia, præter naturę ordinẽ, abſq; ſubiecto relinquuntur, dũ eis modus exiſtẽdi ſubſtãtię tribuitur, Ita vt oĩa poſſint agere & pati, ſicut ſi eiſdẽ adeſſet ꝓpria ſubſtãtia, dũ non mutans locũ nec cœlum deſerens Chriſtus totus verus & integer, ſub hoc incipit eſſe ſacramento; & non ſolum totus ſub toto, ſed totus ſub qualibet parte, & quãtumuis ſpecies diuidantur, frangantur, dentibus maſticentur, ſiue in pluribus locis aut vbique terrarum multiplicentur, ipſe tamen Chriſtus totus & integer ſub qualibet particula diuiſionis perſeuerat, idemque & vnus in cœlo, & in omnibus locis, in quibus hoc ſacrificium celebratur aut exiſtit, non multiplicatus manet idem penitus, qui ex virgine natus, qui in mundo conuerſatus, qui in vltima cœna ſeipſum diſcipulis, hoc ſacramentum inſtituendo, tradidit, qui in cruce pependit, qui mortem pro nobis pertulit, lanceam militis ſuſtinuit, in ſepulcro iacuit, tertio die de ſepulcro glorioſus reſurrexit, in cœlum aſcendit, Apoſtolis Spiritum ſanctum miſit, ſedetq; nunc ad dexteram Patris, ipſe vnus, inquam, idem & totus, atq; integer eſt & apud patrē in cœlo & nobiſcum in altari, & vbicunq; hoc diuinū myſteriū celebratur, & ſicut non alius & alius hic & ibi Chriſtus, ſed vnus verus & totus in omnibus altaribus; ſic nec hoc aliud ab illo, ſed hoc & illud & omnia vnum verum & immaculatū ſacrificium. Hæc & innumerabilia quę in hoc cōtinentur ſacramento mirabilia fiunt omnipotēti virtute Dei. cū enim ſacerdos illa Chriſti verba pronunciet; *Hoc eſt enim corpus meum & hic eſt ſanguis meus*, panis & vinum in carnem & ſanguinem conuertuntur, illa verbi virtute qua Verbum caro factum eſt & habitauit in nobis, qua dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt, qua fœminam mutauit in ſtatuam ſalis, & virgam Moyſi in colubrum conuertit, qua fontes mutauit in ſanguinem, & aquam conuertit in vinum, Nam ſi verbum Heliæ potuit ignem de cœlo ponere, verbum Chriſti non poterit panem in carnem mutare? quis hoc audeat opinari de illo cui nullū verbum eſt impoſſibile, per quem omnia facta ſunt, & ſine quo factū eſt nihil? certe maius eſt creare quod non eſt, quàm mutare quod eſt; ac longe maius, quod non eſt, de nihilo procreare, quàm quod eſt, in aliud tranſmutare. Illud autem nemo eſt qui dubitat, & hoc aliquis dubitabit? abſit. Omnino incōparabiliter maius eſt quod Deus ita factus eſt homo, quod nō deſinit eſſe Deus, quam quod panis ita fit caro, quod non deſinit eſſe panis, quia non annihilatur, ſed in corpus Chriſti conuertitur. Illud per

Ioan. 1.
Pſalm. 168.
Geneſ. 19.
Exod. 4. & 7.
Ioan. 2.
4. *Reg.* 1.
Luc. 1.
Ioan. 1.

incarnationem ſemel factum eſt; iſtud per conſecrationem iugiter fit. Vnde Ambroſius in libro de ſacramentis:& habetur de conſecrat. diſ. 2.c. reuera. *Cognouiſti præſtantiora: potior eſt lux quam vmbra, veritas quam figura, corpus auctoris quã manna de cælo. Fortè dicis; aliud video: quomodo & tu mihi aſſeris, quòd Chriſti corpus accipiam? & hoc nobis adhuc ſupereſt vt probemus. Quantis igitur vtimur exemplis vt probemus hoc non eſſe quod natura formauit, ſed quod benedictio conſecrauit, maioremq; vim eſſe benedictionis quam naturæ, quia benedictione natura etiam ipſa mutatur? Virgam tenebat Moyſes, proiecit eam, & facta eſt ſerpens: rurſus apprehendit caudam ſerpentis, & in virga naturam conuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam eſſe naturã ſerpentis & virgæ. Currebant Ægypti flumina puro meatu aquarum, ſubito de fontium venis ſanguis cœpit erumpere. Non erat potus in fluuiis, rurſus ad Prophetæ preces cruor ceſſauit fluminum, aquarum naturã remeauit. Circumcluſus erat vndiq; populus Hebræorum, hinc Ægyptiis vallatus, inde mari concluſus virgã leuauit Moyſes, ſeparauit ſe aqua, & in murorum ſpeciem congelauit, atq; inter vndas via pedeſtris apparuit. Iordanis retrorſum conuerſus contra naturã in ſui fontis reuertitur exordium. Nonne claret naturam vel maritimorum fluctuum vel fluuialis curſus eſſe mutatam? ſitiebat populus patrum, tetigit Moyſes petram, & aqua de petra fluxit. Nunquid non præter naturam operata eſt gratia, vt aquam vomeret petra, quã non habebat per naturam? Marath fluuius amariſſimus erat, vt ſitiens populus bibere non poſſet; miſit Moyſes lignum in aquam, & amaritudinem ſuam aquarum natura depoſuit, quã infuſa ſubito gratia temperauit. Sub Eliſæo Propheta vni ex filiis prophetarum excuſſum eſt ferrum de ſecuri, & ſtatim merſum eſt; rogauit Eliſæum qui amiſerat ferrum, miſitq; Eliſæus lignum in aquã, & ferrũ natauit. vtiq; & hoc præter naturã factum cognouimus: grauior eſt enim ferri ſpecies,*

cap.8.& 9.
cap.69.
Exod. 14.
Ioſ.4.
Pſal.67.
Exod.15.
4.Reg.6.

quàm aquarum liquor. Aduertimus igitur maioris potentiæ eſſe gratiam, quàm naturam, & adhuc tamen Propheticæ benedictionis numeramus gratiam. Quod ſi tantum valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret, quid dicimus de ipſa conſecratione diuina, vbi verba ipſa Domini Saluatoris operantur? Nam ſacramentum iſtud quod accipis, Chriſti ſermone conficitur. Quod ſi tantum valuit ſermo Heliæ vt ignem de cœlo deponeret, non valebit Chriſti ſermo vt ſpecies mutet elementorũ? De totius mundi operibus legiſti quia ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. Sermo igitur Chriſti, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt in id mutare quod non erat? Non minus eſt dare, quàm mutare nouas naturas rebus. Sed cur argumentis vtimur? ſuis vtamur exemplis, incarnationiſq; exemplo aſtruamus myſterij veritatem. Nunquid naturæ vſus præceſſit, cum Dominus IESVS ex Maria naſceretur? ſi ordinem quærimus; viro mixta fœmina generare conſueuerat, liquet igitur quod præter naturæ ordinem virgo generat. & hoc quod conficimus corpus, ex virgine eſt. Quid hîc quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe Dominus IESVS partus ex virgine? vera vtique caro Chriſti quæ crucifixa eſt, quæ ſepulta eſt: verè ergo illius carnis ſacramentum eſt. Ipſe clamat Dominus IESVS: Hoc eſt corpus meum. Ante benedictionem verborum cœleſtium alia ſpecies nominatur: poſt conſecrationem corpus Chriſti ſignificatur. Ipſe dicit ſanguinem ſuum: ante conſecrationem aliud dicitur, poſt conſecrationem ſanguis nuncupatur; & tu dicis, Amen, hoc eſt, verum eſt: quod os loquitur, mens interna fateatur; quod ſermo ſonat, affectus ſentiat. Hæc Ambroſius. Sed diceret aliquis: Certus ſum omninò quòd Deus hæc valet, & maiora; at non ſum certus aliquo modo quod velit. Aduertat ergo, quod Chriſtus panem cum accepiſſet, benedixit & dixit: *Hoc eſt corpus meum. V*eritas enim hoc dixit, & ideo verum eſt omnino quod dixit. Quod ergo panis fuerat cum accepit, corpus ſuũ erat cũ dedit: panis itaq; mutatus erat in corpus ipſius, & ſimiliter vinum in ſanguinem. Non enim vt hæreticus ſapit, ſed deſipit, ita debet intelligi quod Dominus ait: *Hoc eſt corpus meum*, id eſt, hoc ſignificat corpus meum, ſicut quod dicit Apoſtolus: *Petra erat Chriſtus*, id eſt, Petra ſignificabat Chriſtum: hoc enim potius dixiſſet de agno Paſchali, quàm de azymo pane. Nam agnus Paſchalis abſque dubio figurabat corpus Dominicum, ſed panis azymus corpus ſyncerum. Sicut autem Ioannes Baptiſta qui dixerat: *Ecce agnus Dei*, per adiunctum determinauit, *qui tollit peccata mundi*: ſic & Chriſtus quod dixerat: *Hoc eſt corpus meum*, per adiunctum determinauit; *quod pro vobis tradetur*: ſicut ergo corpus Chriſti veraciter tradebatur, ita verè demonſtrabatur, non in figura quæ iam ceſſauerat, ſed in veritate, quæ iam aduenerat. Hæc Innocentius. Bene igitur omnipotens Dominus memoriam fecit mirabilium ſuorum, & talium, ad quæ nullius creaturæ potentia valet nedum actu aut opere ſed nec cogitatu attingere, vt meritò ratione huius ineffabilis potentiæ dicatur ei id quod habetur Heſter 13. *Domine Deus rex omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit reſiſtere voluntati tuæ, ſi decreueris ſaluare Iſrael. Tu feciſti cælum & terram, & quidquid cæli ambitu continetur. Dominus omnium es, nec eſt qui reſiſtat maieſtati tuæ.* ac ſi dicat, vt inquit Dominus Albertus in tractatu ſuo de officio Miſſæ, talem redemptionis noſtræ cibum & pignus impoſſibile eſt humanæ infirmitati præparare, ſed tibi Domine Deus rex omni-

Ioan. 1.

Albertus magnus de Euch. in cap. de præparatione ſacramentalis huius cibi. pag. 38. f. b.

omnipotens, nihil eſt impoſſibile, quia in ditione tua cũcta ſunt poſita, quia tu verbo ſimplici tibi coæterno feciſti cœlum & terram, & omnia quæ in eis ſunt contenta, & eodem verbo creaturas in id quod vis tranſmutas, quia dominus vniuerſorum ipſe tu es, cuius magnificentiæ cuncta obediunt, & nihil reſiſtit. & hoc eſt quod dicitur Sapientiæ 15. Subeſt tibi cum volueris poſſe: quia quamuis fides in omnibus articulis omnipotentiæ Dei innitatur; in ſacramento tamen altaris in quo conſiſtit fundamentum fidei, & totius Eccleſiæ communio, maximè innititur omnipotentiæ. Et hoc eſt quod in ſigno huius ſacramenti dixit ad Saram angelus, Geneſ. 18. vbi ſimul promiſſio * ſeminis facta eſt, & confectio cibi angelorum de tribus farinæ ſatis, quæ magna fuerunt, & non niſi ab omnipotentia Dei fieri poterant. Nunquid Deo quidquam erat difficile? quaſi dicat, Non. facile eſt enim Deo creaturas mutare & tranſſubſtantiare, quas fecit, & de cibis nobis conſuetis hoc eſt pane & vino corporis ſui & ſanguinis nobis dulcem cœnam præparare. Hinc eſt etiam quod Lucæ primò Angelus dixit, cùm de perfectione & conceptione Dominici corporis & ſanguinis ageretur; Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum: & perſuadens virgini vnde hoc fieri poſſet, dixit: virtus altiſſimi obumbrabit tibi. quod exponens Origenes, dicit, virtutẽ altiſſimi eſſe virtuoſam potentiam patris, quæ vmbram & imaginem ſui ipſius perfecit in Maria virgine, de creatura vetuſtatis corruptæ nouum hominem ſecundum Deum creatum perficiens, & hunc non ad imaginem, ſed ipſam imaginem faciens per vnionem, in quo perfecta reſultaret potentia patris. Hæc Albertus.

**Albert: habet: Sanguinis alter liber m. ſcriptus nec ſanguinis, nec ſeminis habet.*

Luc. 1.

Summa etiam diuina ſapientia in hoc diuiniſſimo ſacramento Euchariſtiæ diſcernitur, dum iuxta hominis naturalem conditionem hunc angelorum cibum in eis ſenſibilibus rebus præparauit, quibus communiter homines vti conſueuerunt, in cibo corporali, vt ſic per corporalia & ſenſibilia diſcernerent & diſcerent homines in cœleſtium & diuinarum rerum cognitionem deuenire. Etenim neq; poſſibile eſt aliter nobis lucere diuinum radium, niſi varietate ſacrorum velaminum anagogicè circumvelatum, vt diuinus ait Dionyſius primo capitulo cœleſtis hierarchiæ. Quemadmodum enim infirmi oculi ſolem nube tectum liberè conſpiciunt, qui coruſcum lumen eius intueri non poſſunt; ſic & diuinũ radiũ lippientibus mentis oculis lucere impoſſibile eſt, niſi varietate ſacrorum velaminum circumuelatum & præparatum prouidentia paterna connaturaliter & propriè quæ ſecundum nos ſunt &c. Hugo de ſancto Victore ibidem in gloſſa. Vnde Innocentius de officio Miſſæ ita dicit: Sapientia Dei quæ ſe per viſibilia manifeſtat, volens euidenter oſtendere, quod ipſa eſt cibus animarum, carnem aſſumptam propoſuit in edulium, vt per cibum humanitatis inuitaret ad guſtũ diuinitatis, de quo Pſalmiſta: *Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus.* Totum *Pſal. 33.* ergo ſe Chriſtus pro nobis exhibet in cibum, vt diuinitate nos reficiat, quem corporaliter ore comedimus, vt ita de viſibilibus ad inuiſibilia, de temporalibus ad æterna, de terrenis ad cœleſtia, de humanis ad diuina nos tranſferat. *Ego ſum* inquit *panis viuus qui* de cœlo deſcendi, ec- *Ioan. 6.* ce cibus diuinitatis: *& panis quem ego dedero, caro mea eſt*, ecce cibus humanitatis. Panis ergo angelorum factus eſt cibus hominum, ſecundum illud Propheticum: *panem angelorum manducauit homo*, quatenus qui ſecun- *Pſal. 77.*

dum animā cibum diuinitatis accipimus, etiam ſecundum carnem cibum humanitatis ſumamus: quoniam ſicut anima rationalis & caro vnus eſt homo, ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus: & quia per guſtū homo mortē incurrit, per guſtum quoq; vitā acquirit; quatenus vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret. Dictum eſt Gen. 2. quippe de illo: *Quacunq; die comederis, morte morieris*, dici-Ioan. 6. tur autem de iſto: *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Cibus ille mortalis pependit in ligno ſcientiæ boni & mali. Cibus iſte vitalis pependit in ligno vitæ quod eſt in medio Paradiſi: illud fuit lignum inobedientiæ, ad quod homo manus extenderet vt fieret ſicut Deus, iuxta quod ſerpens illi promiſerat: Gen. 3. *Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum*: iſtud eſt lignum obedientiæ, in quo Deus manus extendit vt fieret homo, iuxta quod dicit Apoſtolus: *Exinaniuit ſemetipſum* Phil. 2. *formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitū inuentus vt homo: factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.* Item Albertus Magnus in libro de officio Miſſæ ita dicit: *De ſapientia autem hunc cibum contemperante dicitur ad Romanos 11. O altitudo diui-* Rom. 11. *tiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei &c.* Et ſubdit: *Quis enim dignè inveſtigare valeat qualiter ex antiquo cor-* Albert. vbi ſupra. *pus incorruptum ſit innouatum, qualiter noua anima viuificatum, qualiter vtrumque horum deitati ſit ſociatum, & in vnam perſonam vnitum & aſſumptum, qualiter in carne infirmitates, carnis portauerit, qualiter in cruce mortuus ſit, & qualiter in corpus & ſanguinem principalia elementa eſculenti & poculenti humani mutauerit, & ſic ſe homini in cibum præbuerit. Hæ enim viæ ſapientiæ Dei ſunt nobis abſconditæ. Vnde Prouerbiorum trigeſimo dicit Salomon, hæc eſſe ſibi abſcondita, confitens: Tria ſunt difficilia*

mihi,

Digitized by Google

mihi, & quartum penitus ignoro: viam aquilæ in cœlo, viam colubri ſupra petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adoleſcentia ſua. Quæ quidem quatuor idem Doctor pulchrè deducens, ac difficultates quæ in hoc ſacramento continentur proſequitur ibidem; quæ pro nunc cauſa breuitatis omittuntur: in quibus valde pulchrum eſt conſiderare qualiter cœleſtis altitudo conſilij diſpoſuit, vt ſicut tres ſunt perſonæ in vnitate diuinæ ſubſtantiæ, ſcilicet Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, ita tres eſſent ſubſtantiæ in vnitate perſonæ ſcilicet diuinitas, corpus & anima: & ſicut Chriſtus ſecundum naturam diuinam tribus modis exiſtit in omnibus, per eſſentiam, præſentiam & potentiam, in ſolis iuſtis per gratiam & gloriam, in homine aſſumpto per vnionem: ſic voluit vt idem ipſe ſecundum naturam humanam tribus modis in rebus exiſteret, ſcilicet localiter in cœlo, perſonaliter in Verbo, ſacramentaliter in altari. Sicut enim ſecundum diuinitatem totus eſſentialiter eſt in omnibus rebus, ita ſecundum humanitatem totus ſacramentaliter eſt in omnibus locis in quibus conficitur & celebratur. Similiter & in hoc eodem venerabili ſacramento immenſa diuinæ bonitatis benignitas erga nos miſeros & pauperes copioſiſſime declaratur. Vt enim ſuam aduerſus nos caritatem oſtenderet & noſtram erga ſe caritatem accenderet, qui dedit ſe pro nobis in precium, ipſe tribuit ſe nobis in cibum, vt per precium redimeret nos à morte, per cibum aleret nos ad vitam. *Vnde qui* Ioan. 6. *manducat me & ipſe viuet propter me.* Quid amplius vnquam pro nobis potuit efficere? Precium ſe dedit pro nobis in mortem, & cibum tribuit nobis ad vitam, vt mortem noſtram ſua morte perimeret, &

vitam noſtram ſua vita nutriret. Panis iſte ſi dignè co- Pſal. 22. meditur, impinguat. *Poculum tuum inebrians quam præclarũ eſt?* Per hanc ergo ſacramenti virtutem vniuerſæ virtutes augentur, & omnium gratiarum fructus exuberant. Is enim in hoc ſacramento ſumitur totus & integer qui eſt fons & origo totius virtutis & gratiæ. Quapropter antonomaſticè reſpectu omnium aliorum ſacramentorum Euchariſtia dicitur græcè ꝙ latinè interpretatur bona gratia; cuius nuncupationis ſex poſſunt cauſæ & Alber: cap. 1. rationes aſſignari; quarum VNA eſt, quia nõ eſt niſi gratia, & non niſi gratia eſſe poteſt. SECVNDA autẽ quia nõ datur niſi à gratiſſimo. TERTIA quia non niſi gratiſſimis adminiſtratur. QVARTA autem quia non niſi gratiam operatur. QVINTA quia gratia eſt ſuper gratiam. SEXTA quia eſt omnis gratiæ contentiuũ, etenĩ cùm in omnibus ſacramentis aliis gratiã eius per partes participamus, in hoc ſacramento totũ quod videmus, quod tangimus, Alber: pag. 1. ꝙ guſtamus, eſt gratia. Vnde Zachariæ quarto dicitur de hoc ſacramento; *Exæquabit gratias gratiã eius*, quia quidquid in omnibus ſacramẽtis & virtutibus ſparſim in gratiis colligitur, totũ ſimul hic in vna gratia inuenitur. Vnde ſignificatur per Gomor, quod eſt menſura mannæ, quæ vnicuiq; ſufficiebat. Exodi 16. menſura enim ſufficiens homini ad ſalutem non eſt niſi quæ continet gratiam perfectam, in qua totus Chriſtus continetur. Hæc eſt Vrna aurea, continẽs manna, ad Hebræos nono, quæ intra ſancta ſanctorum collocatur, quæ ad vniuſcuiuſq; ſufficit capacitatem. Longum eſſet ſingulas bonitates, gratias & perfectiones huius ſacramenti enumerare, & immenſam diuinæ bonitatis benignitatem extollere pro præſenti, & potius mens & lingua, imò dies & tempora deficerent quam materia. Etenim vt dicit

Inno-

Digitized by Google

Innocentius: *Per Euchariſtiæ ſacramentum Chriſtus eripuit nos à poteſtate peccandi, liberat à peccandi voluntate. Nam Euchariſtia ſi dignè ſumatur, à malo liberat, & confirmat in bono, venialia delet, & cauet mortalia; vnde cum præmittimus in oratione Dominica: Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie; ſtatim adiungimus: Et dimitte nobis debita noſtra, & ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos à malo. quia per panem iſtum cœleſtem liberamur à malis præteritis, præſentibus, & futuris. Dedit ergo nobis hoc ſacramentum ſalutis, vt quia nos cotidie peccamus, & ipſe iam mori non poteſt, per hoc ſacramentum quod in memoriam mortis eius accipimus, remiſſionem peccatorum quotidie conſequamur.* Hæc Innocentius. Verum etiã vt aliqua ex multis ſub compendio proferamus: Primò hoc ſacramentum dignè ſumptum in nobis remiſſionẽ peccatorũ operatur: deinde vitã gratię tribuit, & ne à gratia deficiamus, nutrit, augetque ad perfectionem gratiæ, vnionem noſtri ad Deum operatur, ſumentes in Chriſtũ transformat. Præter effectus hos adhuc famẽ patientes ſaciat, inebriat ſitientes, tenues impinguat, confirmat debiles, lętificat mentes, ignit affectum, illuminat intellectũ, mitigat tentationes, affectum mortaliũ reprimit, firmat virtutes, à futuris præſeruat peccatis, pœnã minuit, ſubuenit viuis, proficit defunctis, Spiritum ſanctũ mittit, terret Dœmones, contra hoſtes etiam viſibiles adiuuat, & tandem ad æternam vitam perducit. Nullum igitur eſt iſto ſacramento ſalubrius, quo peccata purgantur, virtutes augentur, & mens omniũ Spiritualium chariſmatũ abundantia impinguatur. Quid plura? Hæc pro exercitio & excitatione mentis noſtræ de mirabilib. huius ineffabilis ſacramẽti, quã breuiter curaui perſtringere, in quib. & omnipotentia Dei, ſummã ſapientiã, & inenarrabilẽ erga nos diuinæ dignationis & benignitatis bonitatem ſedulo & grato animo cõtemplemur. & quamuis parum ſit, quod à nobis aut intelligi aut exprimi poſſit, eſt enim ſupra omnẽ ſenſum & omnẽ intelligentiã, id tamẽ modicum etiam quantulumcunq; ſit, debet eſſe magis amatũ & deſideratum à nobis omni cognitione quam habemus de rebus inferioribus. ſic enim & Ariſtoteles ait in 11. de animalibus, quod quamuis parum ſit quod de ſubſtantiis ſuperiorib. percipimus, tamen illud modicũ eſt magis amatum & deſideratũ omni cognitione q̃ de ſubſtãtiis inferiorib. habem⁹. Et in 2. de cœlo & mũdo dicit, ꝙ cum de corporib. cœleſtibus quæſtiones poſſunt ſolui parua & topica ſolutione, cõtingit auditori, vt vehemens ſit gaudiũ eius. & in 10. Ethicorũ cum Simonides cuidam homini prætermittendã diuinã cognitionẽ perſuaderet & humanis reb. ingenium applicandũ, oportere inquiẽs humana ſapere hominẽ, & mortalia mortalẽ; cõtra eum Philoſophus dicit, ꝙ homo debet ſe ad immortalia & diuina trahere quantũ poteſt: ꝙ vtiq; & nos Deo adiuuante in p̃ſenti altiſſima materia quantũ poterimus faciemus: tali tamẽ à nobis ſacrorũ eloquiorũ prædiffinita lege, vt non in perſuaſibilib. aut incredibilib. humanæ ſapientiæ verbis ſpem ponamus, ſed in demonſtratione à Spiritu motę theologorũ virtutis, ſecũdum quã ineffabilibus & ignotis ineffabiliter & ignotè cõiungimur ſecundũ meliorẽ noſtræ rationabilis & intellectualis virtutis & operationis vnionẽ, vt diuinus ait theologus Dionyſius primo capitulo de diuinis nominibus, erimusque circa hæc diuina myſteria tractanda, vt idem Dionyſius ait, temperantia & ſanctitate conſtricti; ſanctitate quidem diuinis firmiter inhęrẽdo ab omni nos errore immunes Deo duce obſeruabimus, temperantia verò, dũ ad diuina perſcrutanda myſteria non magis nos ingerimus, quã nobis

datum

Digitized by Google

datū de cœlo fuerit & oſtenſum: verū quia vt vox teſtatur
Apoſtoli non ſumus ſufficientes non ſolū aliquid agere 2. Cor. 3.
aut operari, ſed nec cogitare quidem quaſi ex nobis, ſed
omnis ſufficiētia noſtra ex Deo eſt, qui etiā omnia opera Eſa. 26.
noſtra in nobis operatur; ideo ſecūdo loco, vt verbis vtar
Platonis, agamus & deliberemꝰ cepta, vocata, vt mos eſt,
prius diuinitate. Etenim vt idem ait in principio Timæi,
omnib. mos eſt & quaſi q̄dā religio, qui vel de maximis
vel de minimis reb. ſunt acturi aliquid, p̄cari ad auxilium
diuinitatē, & vt dicit ſacer theologus Dionyſ. 3. ca. de diuinis
nominib. ante omnia ab oratione incipere eſt vtile,
ſicut nos ipſos tradentes Deo & vniētes: hæc ſunt enim
ſummæ intenſiones Dei gratiæ cum aguntur à mortalib.
vt inquit Trimegiſtus Mercurius in libro de Deo. Igitur
vt ea dicantur à nobis quæ placent Deo, veritatem declarent,
mentes noſtras illuminent, gignant concordiam,
caritatē accendant, pariant vnitatē & pacem; Primū
cum eodē diuiniſſimo theologo Pariſiorū antiſtite Areopagita
videlicet Dionyſio 1. c. cœleſtis hierarchiæ, Ieſum Cap. 1.
primū lumē inuocemus, quod eſt, ꝙ verum eſt, ꝙ illuminat
omnem hominē venientē in hunc mūdum, per quē
ad principale lumē Patrē acceſſum habemus. Etenim vt
idē ait Dionyſius theologus. Sicut omnis à Patre motæ
manifeſtationis luminū proceſſio in nos optimè ac largè
prouenit, ſic iterum viuifica virtus quæ eſt Chriſtus Ieſus
reſtituens nos replet & ad congregantis Patris vnitatem
& Deificam ſimplicitatem conuertit. Sicut enim diuinum
verbum per Paulum Apoſtolum teſtatur; ex ipſo & Rom. 11.
per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. origo enim fontium, vt
inquit S. Bernardus, & fluminū omniū eſt mare; virtutū &
ſcientiarū eſt dominus Ieſus Chriſtus, in quo ſunt omnes
theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi, cōtinentia Col. 2.

carnis, cordis induſtria, mentis rectitudo, caſta conſilia, iuſta iudicia, ſancta deſideria ex ipſo manant. Si quis viget ingenio, ſi quis nitet eloquio, ſi quis moribus placet, inde ſcientiæ, inde ſapientiæ ſermo, quia gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, de cuius plenitudine
Ioan. 1. omnes nos accepimus gratiam pro gratia Ioan. primo. Igitur in noſtris præcordiis fundamentis, iactis humilitatis, te Chriſte Ieſu huic cępto, penes quem hominum & omnium Sanctorum communi conſenſu maris & terræ regimen eſſe voluit, certiſſima ſalus patriæ, inuoco, vt noſter præſens hic ſermo, noſtra hæc inſtans oratio, noſter hic tractatus, atque pium certamen fidelium deuote flagitantibus tuam Chriſte veritatem fructus pariat ſalutares, vtq; noſter actus hic oportunum ſortiatur initium, progreſſum ordinatum accipiat, atq; fine competenti & debito terminetur cum effectu ſinceræ & veræ vnionis, Amen.

SEd iam accedo ad tertiũ mihi vtiq; neceſſariũ ſummè, & valde vtile, ſcilicet ad conſuetas debitas & laudabiles proteſtationes, quib. puro & ſincero corde inhęrẽdo puto & ſpero me ab omni erroris periculo liberari, maximè cum per huiuſmodi proteſtationes, præcipuè quę eſt omnis erroris mater & origo p̄ſumptio, euitetur: & omnium virtutum fundamentũ ſtabiliatur humilitas, cui ſemper præſto adeſt illuminator & illuſtrator cordiũ
Eſa. 66. Spiritus ſanctus, qui non niſi ſuper humilẽ & manſuetum requieſcit, docens ipſum omnem veritatem neceſſariam ad ſalutem. Proteſtor igitur inprimis, quod in præſenti actu & in quocunq; alio per me Deo concedente fiendo in poſterum, non intendo, ſicut nec vnquam intendi, aliquid dicere, aſſerere, dogmatizare aut pertinaciter defendere, quod ſit contra fidem Catholicam, ſacram Scripturam

pturam ſanè intellectam, determinationem ſacroſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ ac Romanæ Eccleſiæ, quod ſit contra communem intentionem ſanctorum doctorum ab Eccleſia approbatorum, aut contra bonos mores, ſeu quod ſit quouis modo piarum auriũ offenſiuum; Quod ſi ex ignorantia, quæ in me maxima eſt, & inaduertentia, aut ex lapſu linguæ aliquid me cõtra prædicta dicere aut ſcribere cõtingeret, quod Deus ſua pietate dignetur auertere, ex nũc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc, reuoco & annihilo, & habeo pro nõ dicto, ſubiiciens me & dicta mea atque ſcripta correctioni & emendationi Eccleſiæ ſanctæ Dei, & ſpecialiter huius ſacroſanctæ generalis Baſilienſis Synodi in *S*piritus ſancti gratia legitimè congregatæ, & vniuerſalẽ *E*ccleſiã repræſentãtis, & omniũ aliorũ, ad quos huiuſmodi deuiantes aut errantes pertinet ad viã reducere veritatis, & huic proteſtationi adhæreo pro præſenti, & adhærere intendo quamdiu vitam duxero in humanis, & vtinam ſimilem proteſtationem, quo ad ſingulas eius partes, feciſſent domini qui pro regno Bohemiæ propoſuerunt, quia & ſe ipſos & nos & vniuerſam Chriſtianitatem à multis laboribus anguſtiis & perturbationibus ſatis facilè potuiſſent & poſſent liberare, ſe determinationi Eccleſiæ Catholicæ Romanæ ſubmittentes, quod quandoque, imò nunc, & ipſis & nobis *D*eus ſua immenſa pietate dignetur concedere. Proteſtor inſuper toto & puro corde & ſincera intentione quod in præſenti actu & tota collatione quã habiturus ſum coram hoc ſacro Concilio Baſilienſi publicè cum dictis Dominis ambaſiatoribus & oratoribus regni Bohemiæ, nihil etiam priuatim, non intendo aliquid dicere aut facere nutu vel ſigno quomodocunq; aut qualitercunq; animo vel intentione iniuriãdi, nec intendo vti terminis quibuslibet in præiudicium & quouis modo in confuſionem ipſorum vergentibus; ſemper tamen, manente veritate illibata quam Eccleſia Catholica & Romana profitetur, in cuius defenſione ſi aliquid me dicere contigerit, quod forte poſſit eiſdem rationabiliter diſplicere, ex inaduertentia, vel ex lapſu linguæ; illud ex nunc habeo pro non dicto, & rogo eoſdem Dominos vt nõ capiant ad animum, offerens me vſq; ad condignam ſatisfactionem in omnibus, velintque recordari vnius capituli in ipſorum ſaluoconductu inſerti, ſub tali verborum forma: Item liberum erit illis ſicut & nobis, ſalua pace & bona honeſtate, coram dicto Concilio, ſi placuerit, obiicere ſiue accuſare quoſcunq; ſtatus exorbitantes, defectus ſibi inuicem, quos ſenſerint, modeſtè exponendo: velint etiam ad mentem Chriſti regulam reducere, qua dixit: In qua menſura menſi fueritis, eadem remetietur vobis.

Cap. 1. FAteor inſuper & proteſtor cum Beato Auguſtino in libro, de vtilitate credẽdi, circa principiũ, quia rogaui Deum & rogo, & ſpero ita fore, ſi mihi bene conſcius ſum, quod ad hunc ſtylum, actum & tractatũ pio & officioſo animo, non vani nominis appetitione ac nugatoriæ oſtentationis acceſſi: ſcit enim, vt idem inquit doctor, Deus, cui nota ſunt arcana conſcientiæ meæ, nihil me in hoc ſermone malitioſè agere, ſed vt exiſtimo accipiendum eſſe veri probandi cauſa, cui vni rei viuere iam diu ſtatuimus & incredibili ſolicitudine. Non igitur de vani nominis appetitu aut rancoris aut malitię hodie ſiue in præſenti actu à vobis præſtantiſſimi patres habear ſuſpectus, niſi forſan elatio incaſtigati vultus aut verba rigida hæc depingant. Sed rogo præſtantiſſimi Domini mei, ſi hæc eueniant, recolite, ꝙ corde profiteor, & date ſignis

Cap. 2.

ſignis veniam, & ſi forſan interdum me contingat aliquid durius loqui, & à ſolita exorbitare manſuetudine, indulgete rogo fragilitati dicentis, & audacitati fideli. Non enim poſſum omnes alloqui pari corde, nec tamē ſi in me huiuſmodi cōtingant defectus debent cōtumelia reputari ab auditoribus, ſecundum quod idem glorioſiſſimus Doctor Auguſtinus declarat in conſimili caſu, in epiſtola ad Proculeianum inter epiſtolas centeſima ſeptuageſima prima: Audiui, inquit, de memorato fratre noſtro, te fuiſſe conqueſtum, quod neſcio quid contumelioſè tibi reſponderit, quod quæſo te ne illā contumeliam deputes, quoniam certum mihi eſt non de ſuperbo animo proceſſiſſe; noui enim fratrem meum: Sed ſi quid in diſputando, pro fide ſua & pro caritate Eccleſiæ dixit, fortè feruentius, quā tua grauitas vellet audire, non illa contumacia, ſed fiducia nominanda eſt. Proinde per viſcera miſericordiæ Dei noſtri quemlibet hic aſſiſtentē rogo & obſecro, quatenus in inquiſitione veritatis prædictorum quatuor articulorum propoſitorum ſtudeat imitari atq; ſeruare, quod venerabilis Doctor Auguſtinus in primo libro de trinitate de ſeipſo ait: Non pudebit me, inquit, ſicubi hæſito quærere, nec pudebit ſicubi erro diſcere. Quiſq̃s ergo hæc audit vel legit, vbi pariter certus eſt, pergat mecum; vbi pariter hæſitat, quærat mecū; vbi errorem ſuū cognoſcit, redeat ad me; vbi meum reuocet me: ita ingrediamur ſimul caritatis viam tendētes ad eum de quo dictum eſt, Quærite faciem eius ſemper.

Cap. 2. & 3.

Pſal. 104.

CVm deniq; coram Reuerendiſſimis paternitatibus veſtris omni auctoritate & ſapientia præditis conſidero me tam alta & grandia tractaturum, dum coram acutiſſimis ingeniis illuſtriſſimis & omnium literarum peritiſſimis inueſtigandæq; veritatis diuino amore flagrantiſſimis me proſpicio locuturum, profecto timor & tremor me taliter obruunt, vt potius ſilentio opus eſſet quam verbis, nec mirum, reuerendiſſimi patres. Nam ſi quibusdam etiam conſtantiſſimis dicturis in conſpectu populi ſudor erumpit, non aliter quam fatigatis & æſtuantibus ſolet; quibuſdam tremunt genua, quorundã dentes colliduntur, lingua titubat, labia cõcurrunt, vt Seneca ait 12. Epiſtola ad Lucillum; quid mirum ſi & nunc & aliàs mihi loquenti, non in conſpectu vulgi aut rudis populi, ſed in præſentia glorioſiſſimi ſenatus totius orbis Chriſtiani, prædicta mihi contigerint & contingant: inter hæc enim eſſe & ruborem ſcio, inquit idem Philoſophus, qui grauiſſimis quoq; viris ſubitus effunditur; magis quidem in iuuenibus apparet, quibus & plus caloris eſt, & tenera frons: nihilominus & veteranos & ſenes tangit, & quidem nunquam magis quam cùm erubuerint timendi ſunt, quaſi omnem verecundiam effuderint. Sylla tunc erat violentiſſimus, cum faciem eius ſanguis inuaſerat. nihil erat mollius ore Pompeij; nunquam non coram pluribus erubuit, vtiq; & in concionibus. Fabianum cùm in Senatum eſſet teſtis inductus, erubuiſſe memini, & hic illum mirè pudor decuit. non accidit hoc ab infirmitate mentis, ſed à nouitate rei quæ inexercitatos etſi non concutit, mouet, naturali in hoc facilitate corporis pronos. Nam vt quidam boni ſanguinis ſunt ita quidem incitati & mobilis, & citò in os prodeuntis & cætera: hæc, vt dixi, nulla ſapiẽtia abigit. ſuperius enim dixerat, poſtquam verecundiam adoleſcentis cuiusdam deſcripſerat; rubor hic illũ quantũ ſuſpicor, etiam cũ ſe conformauerit & omnibus viciis exuerit, ſapientẽ quoq; ſequetur. Nullâ enĩ ſapiẽtiâ corporis aut animi vitia naturalia ponuntur: Quidquid infixum

Epiſt. 11. ſecundum edit. Rom. Mureti.

infixum & ingenitum eſt, lenitur arte, non vincitur; alioquin haberet rerum naturam ſub imperio, ſi omnia eraderet vicia. quæcunque attribuit condicio naſcendi & corporis temperamentum cum multum diuque ſe animus compoſuerit, hærebunt, nihil horum vitari poteſt. Et infrà: nihil aduerſus hæc ſapientia permittit, nihil proficit, ſui iuris ſunt, iniuſſa veniunt, iniuſſa diſcedunt. Hæc Seneca in eadem epiſtola. Quid plura? & ſi nunquam prædictis naturæ defectibus impedirer, quod vt verum fatear, in primordiis dicendi nunquam arte quacunque ab ineunte ætate mea comprimere valui, nihilominus tamẽ attenta altitudine rerum & huius ſacratiſſimi cœtus ineffabili ſapientia meaq; inſufficientia atque inexperientia, tarditate ingenij, hebetudine ſenſuum, labilitate memoriæ, difficultate iudicij, indiſcretione rationis, intellectus imbecillitate, qui ſe habet ad ea quæ manifeſtiſſima ſunt in natura ſicut veſpertilionis oculus ad lucem diei, vt Philoſophus dicit in principio ſuæ primæ philoſophiæ. Honeſtior mihi fuga eſſet, quã quod tantillus in conſpectu tantorum ac talium præſumã apparere: Grandes ſiquidẽ materias vt glorioſiſſimus doctor noſter Hieronymus ait, ingenia parua nõ ſufferunt, & in ipſo conatu vltra vires auſa ſuccumbunt: quantoq; maius fuerit quod dicendum eſt, tanto magis obruitur qui magnitudinem rerum verbis vult explicare: ſed etſi vulgi ſimilia & pedeſtris materiæ nos in præſenti dicere tractatu oporteret, in tam nihilominus conuentu ſacratiſſimo me profecto prolocuturum erubeſco, quibus nõ niſi difficilia intellectu alta myſterijs, & imperſcrutabilia placent ſacramentis. Neminem namq; vt nobiliſſimi oratoris teſtatur ſententia excelſi ingenij virũ delectant humilia & parua. habet enim hoc optimum in ſe generoſus animus, ꝙ ad ardua concitatur & honeſta, magnarum rerum ſpecies ad ſe vocat & attollit, atque igneæ flammæ comparatus, quæ ſurgens in rectũ iacere ac deprimi poteſt nõ magis quàm quieſcere. Vos potius, glorioſiſſimi patres, vos qui omni terreno caretis negocio, vos qui cœleſti abundatis ocio, lectione continua refecti, oratione aſſidua ſaginati, quorum ſicut adipe & pinguedine repletur anima ſupernorũ ſecretorũ dulcedine, vos inq̃, labiis exultationis deberetis animas eſurientium reficere, ſitientes potare & ex ſuperabundante Spiritus veſtri ſagina cordium ariditatẽ impinguare, qui eiuſdem panis verbo, quo viuunt Angeli, dulci ac ineffabili ſuauitate eſtis repleti. hæc quidem ſunt glorioſiſſimi patres quæ me ſilere iubent, loqui non permittunt, & impoſita ori cuſtodia taciturnitatem exhortantur; & reuera, ſi mea res eſſet hæc, & non fidei & Eccleſiæ Catholicæ cuius defenſioni etiam vſq; ad ſanguinis effuſionẽ, ſpecialiter in ſuſceptione gradus magiſtralis, licet imeritus & indignus, iuramento me aſtrinxi, longè altius pertimeſcerem: & licet naturalis affectus quo ex affinitate linguæ inclito regno Bohemiæ tota cordis affectione & caritate afficior, me ab hoc certamine quam plurimum retrahat, tamen quia ſecundũ vtriuſq; Philoſophiæ, diuinæ pariter & humanæ doctrinam duobus exiſtentibus amicis, vt dicit Ariſtoteles, Sanctũ eſt præhonorare veritatem; ſic enim & ipſe erat ſolitus dicere, Amicus Plato, ſed magis amica veritas, ꝙ prouerbiũ etiam ab ipſo ſuo præceptore Platone acceperat, qui & ipſe ſolitus erat dicere: Amicus Socrates ſed magis amica veritas; & in Euangelio dicit ipſa prima veritas: Qui non odit patrem & matrem propter me, non eſt me dignus, & multo magis qui non odit *patriam linguam & gentem, quod

Luc. 14.

* propria.

quidem odium non excludit caritatem, ex qua & ipſi pater & mater ſæpe præcipueque propter fidei veritatem odio habentur, ſic etiam & ſecundi Eſdræ quarto capitulo dicitur, omnis terra veritatem inuocat, cœlum etiam ipſam benedicit, & omnia opera mouentur & tremunt eam, & non eſt cum ea quidquam iniquum. & infra: nec eſt apud eam recipere perſonas neque differentias, ſed quæ iuſta ſunt, facit omnibus, & omnes benignantur in operibus eius &c. Et hęc quo ad primum ſcilicet quo ad excuſationes neceſſarias & oportunas dicta ſunt tum omni humilitate & manſuetudine.

3. Eſdræ ca. 4.

His itaque humiliter præſuppoſitis. Venio ad quartum & principale noſtri actus præſentis intentum, videlicet ad reſponſionem articuli de communione diuiniſſimæ Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie. Pro cuius rei executione proponitur quæſtio ſub tali verborum forma. Vtrum communio diuiniſſimæ Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie panis ſcilicet & vini ſit vtilis multum & ſaluti expediens, toti credentium populo neceſſaria, & à domino præcepta ſaluatore. Omiſſis argumentis pro & contra, gratiâ breuitatis, in determinatione huius quæſtionis ſic procedam, quia primò proponentur quædam neceſſaria ad intelligentiam dicendorum per modum ſuppoſitionum quarundam. Secundò ponentur concluſiones ad quæſtionem propoſitam, & tertiò reſpondebo ad obiecta aduerſariorũ & oppoſitum tenentium. Quantum ad primum, ponentur ſuppoſitiones quædam generales fundantes omnem materiam fidem & Eccleſiam Catholicã concernentes: Quædam verò ſpeciales & ꝓprie ad propoſitã quæſtionẽ & materiã pertinentes.

Status quæſtionis:

Primò ponentur ſuppoſitiones.

Secundò concluſiones.

Tertiò reſponſiones ad obiecta.

Pro executione primæ partis, primò ſciendum eſt & notãdum, ꝙ ſicut in ſcientiis naturalib. oportet fieri ro-

In omnibus ſcientiis oportet fieri reductionem ad prima principia indemonſtrabilia.

ductionẽ ad principia quæ per priora ꝓbari nõ poſſunt, ſicut ſunt indemonſtrabilia & per ſe nota, quorum ſtatim cognitis terminis cognoſcitur veritas, & per ipſa omnium aliorũ quæ traduntur in ſcientia cuius ſunt principia, veritas iñoteſcit, cuiuſmodi in mathematica ſunt: Omne totum eſt maius ſua parte, & ſi ab æqualibus æqualia demas, ea quæ remanent ſunt æqualia, & cæteræ tales propoſitiones & in metaphyſica: de quolibet eſt: eſſe vel nõ eſſe: ita in doctrina & ſcientia fidei quæ ſupernaturalis eſt, ſunt quædam principia indemonſtrabilia & per ſe nota in lumine fidei, quæ per alia non probantur; ſed omnia alia quæ in doctrina theologiæ traduntur; habent notitiam & manifeſtationem per ipſa. Item ſicut principia indemonſtrabilia & per ſe nota ſunt plura, & tamen omnia neceſſe eſt reduci ad vnum vniuerſaliſſimum & primum atq; cõmune omnium, quod eſt dignitas omnium dignitatum, ſicut eſt illud: de quolibet eſſe vel non eſſe &c. Ex cuius veritate & cognitione omniũ aliorũ notitia dependet & veritas, vt patet per Ariſtotelem quarto metaphyſicæ: ita quamuis plures ſint articuli fidei, tamẽ eſt vnus inter eos qui eſt ianua & principiũ omnium aliorum, qui eſt ſimpliciter per ſe notus, quo ad nos, vel nullo modo variabilis in aliquod aliud, quod ſit notius quo ad nos, in lumine fidei, per quod aut probari aut manifeſtari à priori quoquo modo poſſit in vita præſenti, & hoc eſt credere ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam regi & gubernari à Spiritu ſancto, nec eam poſſe vllo modo errare in his quæ fidei ſunt & neceſſitatis ad ſalutem, & tangitur in ſymbolo cum dicitur: Credo in Spiritum ſanctum, ſanctam Catholicã Eccleſiam, quia per ipſum Spiritum ſanctum ſcilicet Catholica Eccleſia ſancta eſt & gubernatur ac dirigitur per eundem.

Et tandẽ perueniẽdum ad vnum principium quod eſt dignitas dignitatum.

Et hoc in rebꝰ fidei, eſt credere vnam, ſanctam, Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam regi à Spiritu ſancto.

dem qui nec falli nec fallere poteſt. Quod autem prædictus articulus ſit inter omnes alios primus in quem omnes alij reſoluuntur, manifeſtum eſt, quia ſi qua dubitatio circa alios articulos contingit, ſtatim ad ſacrā ſcripturam veluti ad certiſſimam & inobliquabilem regulam communiter recurritur & ſecundum teſtimonium veritatis eiuſdem, ſublatis dubiis, veritas eluceſcit. In tali autem recurſu ad ſacram ſcripturam adhuc duplex dubium remanet. quia cùm ſacra ſcriptura non procedat ex rationibus conuincētibus & ligantibus intellectum, quemadmodum in ſcientiis naturalibus, & præcipuè Mathematicis proceditur, oportet quod modus ſuus procedendi ſit ex auctoritate: quia, vt dicit Boëtius, argumentatio fit duobus modis, vel ex ratione, vel ex auctoritate. & licet in ſcientiis humanis locus ab auctoritate ſit debiliſſimus, niſi pro quanto fundatur in ratione, in ſcientia tamen diuina locus ab auctoritate qui non in humana ratione fundatur, ſed in diuina reuelatione, eſt firmiſſimus. Quæ autem ſcripturæ ſint diuina reuelatione traditæ, vt earum auctoritati aſſentiatur, vel quæ non, ſciri non poteſt niſi aliquo approbante, de cuius teſtimonio dubitari non poſſit, quod vtiq; de nullo particulari homine dici poteſt, quia quilibet talis poteſt errare. Oportet ergo firmitatem ſcripturarum in approbationem reſoluere eccleſiæ, ſecundum quod glorioſiſſimus facit Auguſtin. qui in pluribus locis ait: Non crederem euangelio niſi me eccleſiæ auctoritas commoueret. Quod ſi & ipſa errare poſſet, vtiq; nil firmi in ſcientia diuina remaneret. Deinde cum ſacra ſcriptura in pleriſq; locis ſit ad intelligendum difficilis, in ſoluendis huiuſmodi dubiis circa fidem emergentibus, ſæpe inter doctos accidit varietas & multiplicitas opinionum &

Aug. contra epiſtolas Manichæi cap. 5. tom. 6. & lib. 28. contra Fauſtum c. 2. tom. 6.

inexterminabilis quodammodo difficultas. In hac ergo difficultate ſcripturarum & varietate opinionum, neceſſe eſt habere recurſum ad aliquod metrum vel menſuram, per cuius applicationem, verũ à falſo diſcernitur; quod vtiq; non poteſt eſſe aliud in humanis, quàm ipſa Eccleſia ſancta Catholica; quam præſupponimus errare non poſſe. Item ſicut in ſcientiis Phyſicis contra negantẽ principia, & præcipuè communiſſima, non eſt ampli⁹ diſputandum, ad probandum ipſum à priori, quia nõ eſt aliquid prius per quod poſſit probari, cum ponatur ſimpliciter primũ, vt patet per Ariſtotelem in 4. Metaph. ita in doctrina fidei contra negantẽ articulos fidei, & ſacræ ſcripturæ veritatem, & præcipuè Eccleſiam regi à Spiritu ſancto & ita non errare, quod eſt ſimpliciter primú in doctrina fidei, non eſt amplius diſputandum à priori, cũ non ſit aliquod prius in quod poſſit reſolui, vt dictum eſt. Item licet non ſit diſputandum à priori contra negantem principia, ad ipſa probandum, vt dictum eſt, tamen accipitur eorum experientia per ſenſum. & etiam, ſi aduerſarius concedat aliquod eorum, quæ in lumine naturæ nota ſunt à poſteriori, ex conceſſis poteſt oſtendere defenſor principiorum eorum veritatem, ducendo ipſum ad inconueniens aliquod, aut ſoluendo rationes, ſi quas contra veritatem ipſorum adducit. Si autem nihil concedat, tunc nec diſputandum nec loquendum eſt cũ ipſo, vt patet per Ariſtotelem in 4. Metaph. prout etiam per ſe manifeſtum eſt: ſic & in doctrina fidei à poſteriori quidem manifeſtari poſſunt & declarari quo ad nos in lumine fidei ipſius principia aliquo modo, vt per exempla, & alia, & contra negantem aduerſarium, ſi aliquod eorum quæ ſunt fidei concedat, ex conceſſis procedi, vt ſi aduerſarius hæreticus negaret reſurrectionem futuram

Contra negantem principia non eſt diſputandum.

Si qua tamen aduerſarius concedat, poteſt oſtendi veritas principiorum ex conceſſis & à poſteriori.

ram

ſam mortuorum, & concederet reſurrectionem Chriſti, poſſet Catholicus ex reſurrectione capitis arguere reſurrectionem mortuorum. Sic & Apoſtolus ad Corint. facit Epiſtola 1. 15. cap. Si autem nil eorum quæ ſunt fidei concedat, vt paganus, tunc cum ipſo de negocio fidei nihil agendum eſt, quia talis longe erit à noſtra Philoſophia, vt Dionyſius ait in lib. de diuinis nominibus: poterunt tamen fideles per exempla, manuductiones, & perſuaſiones aliquas, mouere animos infidelium ad credendum, non eſſe impoſſibilia, nec diuinæ potentiæ, ſapientiæ, maieſtati & bonitati inconuenientia ea quæ fides prædicat & affirmat, atq; rationes naturales ex Philoſophia humana ſumptas, ſi quas in oppoſitum & in contrarium fidei mundi ſapientes adducerent, ſoluere & annullare, cum non poſſint eſſe demonſtrationes, ſed qualeſcunq; perſuaſiones, quia in infallibili veritate impoſſibile eſt demonſtrare contrarium eſſe verum.

QVia ergo in doctrina fidei vniuerſaliſſimum principium & primum eſt, *Eccleſiam Catholicam credere, à Spiritu Sancto dirigi & gubernari*, ac per hoc non poſſe errare in his quæ neceſſitatis ſunt ad ſalutem, vt dictum eſt, & ex ipſo & per ipſum omnis hæreticorum nequitia eliditur: Idcirco licet non à priori, à poſteriori tamen ad ipſum declarandum & manifeſtandum inſiſtendum eſt. Verum quia huiuſmodi declaratio atq; manifeſtatio prædicti vniuerſaliſſimi principij & aliorum in hoc tractatu dicendorum, præcipuè & maximè ſumenda eſt ex auctoritate ſacræ ſcripturæ quæ ſuperficie tenus & in cortice intellecta, ſuperbis hominibus & elatis multam materiam præſtat erroris, ſicut patet intuenti omnes antiquas hæreſes & modernas, quæ in defenſionem ſui erroris, pluribus auctoritatibus ſacræ ſcripturæ male intellectis ſe muniunt & defendunt: Idcirco vt manifeſtius & clarius pateat veritas Catholicæ fidei, quam in præſenti, Deo auctore & directore, defendere ſuſcepimus, & omnium hæreſum falſitas & malicia: quædam generalia cenſuimus præmittenda, quibus in intellectu ſacrarum ſcripturarum, veluti quibuſdam regulis atq; lineis, dirigamur.

I. *Omnis doctrina veteris & noui teſtamenti, edita eſt ex inſpiratione ſpiritus ſancti.*

IN primis igitur tamquam omnium fundamentum firmiſſimum ſtabiliatur, quod omnis ſcriptura veteris & noui teſtamenti contenta in volumine Bibliæ, ſit edita ab auctoribus ſuis ſpiritu ſancto inſpirante. Et de veteri quidem teſtamento habetur 2. Petri. 1. cap. vbi ait: *Non enim voluntate humana allata eſt aliquando Prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirante locuti ſunt ſancti Dei homines*, in nomine Prophetiæ tanquam in nobiliori parte includens cæteras partes ſcripturarum. De ſcripturis verò noui teſtamenti habetur, Matth. 10. cap. vbi Chriſtus mittens Apoſtolos & dans eis auctoritatem prædicandi & euangelizandi, dixit eis: *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.* Conſtat autem Apoſtolos conſcripſiſſe & Euangeliſtas nouum teſtamentum, & de Apoſtolo Paulo notum eſt, quia non ab homine, neq; per hominem ſed per reuelationem Ieſu Chriſti vt ipſe teſtatur ad Galatas primo cap. Ex quibus ſequitur, quod principalis auctor ſacrarum ſcripturarum eſt ſpiritus ſanctus, qui eſt Deus: homines verò per quos editæ & conſcriptæ ſunt, fuerũt quaſi inſtrumenta & calami eiuſdem ſpiritus ſancti. Vnde Propheta: *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*, Scriba enim doctiſſimus in lege, vt ait Hier. eſt ſpiritus ſanctus. *Pſal. 44.*

SEcunda ſuppoſitio eſt: Tanta eſt certitudo veritatis ſacrarum Scripturarum, vt nihil in eis aſſertiuè poſitũ aut expreſſum poſſit eſſe mendoſum & falſum. Patet ex prima, quia autor ipſarum Spiritus ſanctus cum ſit prima & ſumma veritas, nec fallere nec falli poteſt aut mentiri. Et patet Matthæi 5. cap. *Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cælum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant.* & Lucæ 16. cap. *facilius eſt cælum & terram præterire quam de lege vnum apicem cadere.* quin videlicet propter infallibilem certitudinem ita eueniat, prout lege factum eſt & expreſſum, iuxta ſenſum quem intendit Spiritus ſanctus. Ad hanc veritatis regulam confirmandam ſunt quodammodo infiniti textus ſcripturarum tam veteris quam noui teſtamenti, quos adducere longum eſſet & tædioſum: quã regulam & Auguſtinus confirmat his verbis, in libro de videndo Deum: Fieri nullo modo poteſt, vt hæc ſacrarum literarum auctoritas ex aliqua parte ſui mentiatur, hoc enim omnium Catholicorum firma & inconcuſſa eſt ſententia: & oppoſitum dicere, eſt totius fidei noſtræ diruere fundamenta. Quamobrem tota ſacra ſcriptura debet conſiderari quaſi eſſet vna propoſitio copulatiua, ad cuius veritatem exigitur vtranq; propoſitionem & partem eſſe veram, connectens ſingulas partes, & vnam affirmans, elucidans & exponens per alteram; alioquin ſi propoſitio aliqua ſacræ Scripturæ poſita aſſertiuè per autorem ſuum qui eſt Spiritus ſanctus, eſſet falſa, tota Scripturæ ſacræ, ſicut dicit Auguſtinus, vacillaret auctoritas.

2. *Scripturæ ſacræ Canonicæ tanta eſt certitudo veritatis, vt nihil planè in ea falſum eſſe poſſit.*

TErtia ſuppoſitio. ſacram Scripturam à Deo dari hominibus, diuinæ bonitati fuit congruum & humanæ ſaluti neceſſarium patet, quia cum bonum de ratione ſua ſit communicatiuum, & Deus ſit non ſolum quoddam,

3. *Eam hominibus dari à Deo, diuinæ bonitati fuit*

cõgruum & humanæ ſaluti neceſſariũ.

ſed & omne, ſummè ac per eſſentiã bonũ vtiq; congruũ fuit & eſt, vt ſe communicet liberaliſſimè omnibus creaturis ſecundũ vniuscuiuſq; naturæ exigentiam, à qua vt Plato ait, porro inuidia hominis longè relegata eſt. Neq; enim diuinũ inuidum eſſe cõuenit, vt Ariſtoteles ponit in primo metaphyſicæ cõtra Poëtas, qui maxime in cõmunicatione ſapientię Deum inuidere hominib. aſſerebant, vnde & Simonides quidã: Solus quidẽ Deus hunc habet honorem inquit, virũ verò non dignũ eſſe quęrere quæ ſecundũ ſe eſt ſapientia: & ſecundũ prouerbium vt idem Ariſtot. ait, multa mentiuntur Poëtæ. Cũ igitur rationalis creatura, homo ſcilicet capax ſit ſecundũ intellectum & voluntatẽ æternę felicitatis, quia ad hoc ipſum idẽ Deus & Dominus produxit & creauit ꝓpter bonitatẽ ſuam, dicente Auguſtino in libro de doctrina Chriſtiana, & allegatur à Magiſtro ſententiarum li. 2. diſ. 1. quia inquit, bonus eſt Deus ſummus, & in quantum ſummus bonus ſummus: vt ſi quæritur ad quid creata ſit rationalis creatura, reſpondetur ad laudandũ Deum & ad ſeruiendum ei, & ad fruendũ eo in quibus proficit ipſa, nõ Deus. Deus enim perfectus & ſumma bonitate plenus, nec augeri poteſt, nec minui. Quod ergo rationalis creatura facta eſt à Deo, referendũ eſt ad creatoris bonitatẽ & ad creaturæ vtilitatem. Et iterum ibidẽ Magiſter dicit: fecit Deus rationalem creaturam quę ſummũ bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, & poſſidendo frueretur. Verum quia hæc fruitio non competit homini ſecundũ naturam ſuã, licet inſit ei capacitas ad eã obtinendã & habendam à natura per gratiã Dei, idcirco ipſa diuina bonitas ſicut ipſum hominẽ ad prædictã fruitionem, quę comprehenſionẽ rationis humanæ excedit ordinauit, ſecundũ id Eſaiæ ſexageſimo quarto; *Oculus*

1. Metaph. c. 2

non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te: ita eidem ſua liberaliſſima communicatione ſcientiam & doctrinã ſacrarum ſcripturarum omnẽ humani intellectus excedentem capacitatem reuelauit, per quam ad hunc finem dirigeretur, oportet enim præcognitũ eſſe finem hominibus, qui ſuas actiones & intentiones debent ordinare in finem, & hoc eſt valde homini vtile & neceſſarium. Vnde Apoſtolus 2. Timoth. 3. *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia.*

4. *Habet illa vno eodemque ſermone plures ſenſus.*

QVarta ſuppoſitio. ſacra Scriptura in vno eodemque ſermone habet plures ſenſus, literalem ſcilicet & ſpiritualem. patet per Gregorium tertio libro moraliũ, vbi dicit, ſacra ſcriptura omnes ſcientias ipſo ſuo more locutionis tranſcendit, quia vno eodẽq; ſermone habet plures ſenſus, dum narrat geſtum, prodit myſteriũ. quod S. Thomas primá parte q. 1. articulo 10. ita declarat: Auctor ſacræ ſcripturæ Deus eſt, in cuius poteſtate eſt nõ ſolum quod voces ad ſignificãdum accõmodet ꝙ etiam homo facere poteſt, ſed etiã res ipſas; & ideo cũ in omnib. ſcientiis voces ſignificẽt, hoc habet ꝓprium iſta ſcientia, ꝙ ipſæ res ſignificatæ per vocẽ etiam ſignificant aliꝗd. Illa ergo prima ſignificatio qua voces ſignificãt res, pertinet ad primũ ſenſum qui ſcil. eſt hiſtoricꝰ vel literalis ſenſus. Illa aũt ſignificatio qua res ſignificatę per voces iterũ res alias ſignificãt dicitur ſenſus ſpiritualis, propter ꝙ ſenſus ſpiritualis ſemper ſuper literã fundatur, & eum ſupponit. Hic autem ſenſus ſpiritualis trifariè diuiditur, ſicut enim dicit Apoſtolus: Lex vetus figura eſt nouæ legis: & ipſa noua lex vt Dionyſius dicit in Eccleſiaſtica Hierarchia, eſt figura futuræ gloriæ. In noua etiã lege ea quæ in capite geſta ſunt, ſigna ſunt eorũ quæ nos agere debemus.

Secundum ergo quod ea quæ ſunt veteris legis ſignificant ea quæ ſunt nouæ legis, eſt ſenſus allegoricus. Secundum verò quod ea in Chriſto ſunt facta, vel in his quæ Chriſtum ſignificant, ſunt ſigna eorũ quæ nos agere debemus, eſt ſenſus moralis, & dicitur tropologicus: prout verò ſignificãt ea quæ ſunt in æterna gloria, eſt ſenſus anagogicus, ſicut exemplariter poſſet declarari in illo verſu Pſalmiſtæ: *Lauda Hieruſalem dominum.*

5. *Senſus litteralis principalis eſt, non quem littera prætendit, ſed quem Spiritus ſanctus ſcripturarum author intendit.*

QVinta ſuppoſitio. ſenſus literalis ſacrarum Scripturarum principalis eſt ille, non quem litera prætendit, ſed quem auctor earum ſcilicet Spiritus ſanctus intendit. patet exemplariter in ſenſu parabolico ſiue figuratiuo, qui ſub literali ſenſu continetur. Nam in huiuſmodi locutionib. parabolicis per voces ſignificatur aliquid proprie & aliquid figuratiue, nec eſt literalis ſenſus ipſa figura, ſed id quod eſt figuratum: ſic enim cum ſcriptura nominat Dei brachiũ non eſt literalis ſenſus, quod in Deo ſit membrũ huiuſmodi corporale, quia Spiritus eſt Deus, vt dicitur Ioan. 4. ſed id quod per hoc membrum ſignificatur, ſcilicet virtus operatiua. Ex quo patet quod ſenſui literali ſacræ Scripturæ nunquam poteſt ſubeſſe falſum, vt dicit S. Thomas vbi ſupra.

6. SExta ſuppoſitio. fides & omnia neceſſaria ad ſalutem, tam credenda quam agenda, fundantur in ſenſu literali. & ex ipſo ſolo argumentatio ſumitur ad probandum ea quæ fidei ſunt, vel neceſſitatis ad ſalutem, & non ex his quæ ſecundum allegoriã vel alium ſenſum ſpiritualem dicuntur; vt Auguſtinus dicit in epiſtola contra Vincentiũ Donatiſtam. & nil ſpirituali ſenſu continetur fidei neceſſarium quod ſcriptura ſacra per literalem ſenſum alicubi manifeſte non tradat, vt dicit S. Thomas in loco præallegato.

Digitized by Google

7. Septima ſuppoſitio: ſacra ſcriptura in ſenſu litterali ſanè & benè intellecta, eſt infallibilis fidei regula &* ſufficientiſſima. Prima pars huius ſuppoſitionis ex ſuperioribus manifeſta eſt: ſed probatur quia cum intellectum, circa ea quæ fidei ſunt contingat errare, vt patet in hæreticis, neceſſe eſt eſſe regulam aliquam per cuius deuiationem aut conformitatē percipiat ſe intellectus errare vel non errare: Alioquin ſemper in dubio maneret, & ſemper fluctuaret, & cum fides ſic circa ea quæ humanam intelligentiam & rationem excedunt; ſecundum illud Apoſtoli ad Hebræos: *fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum; argumentum non apparentium*. Et ſecundum Ambroſium: tolle argumenta, vbi fides quæritur: & ſecundum Gregorium: *fides non habet meritum*, vbi humana ratio præbet experimentum; patet, nullam humanarū ſcientiarum eſſe regulam fidei. Relinquitur ergo quod huiuſmodi regula fidei ſit ſacra ſcriptura. Hæc regula eſt Ioh. 20. cap. vbi ait: hæc autem ſcripta ſunt vt credatis ꝙ Ieſus eſt filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius, & Petri 2. primo capitulo 2. *Habemus firmiorem Propheticum ſermonem cui benefacitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus veſtris.* Et Apoſtoli ad Rom. 15. *quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt vt per patientiā & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus*, & patet quod prędictæ auctoritates ſunt ſacræ ſcripturæ, & de eadem ſacra ſcriptura loquuntur: & non de aliis ſcientiis humanitus adinuentis. ſecunda pars patet etiā, quia ſi ſacra ſcriptura nō eſſet ſufficiens fidei regula, ſequeretur quod Spiritus ſanctus inſufficienter tradidiſſet eam, qui eſt auctor ipſius: quod de Deo, cuius omnia opera ſunt perfecta, nullo modo eſt ſentiendum. Præterea ſi ſacra ſcriptura in ali-

** Intellige, explicitè vel implicite, vt ipſemet infra fol. 34. ſe explicat.*

Heb. 11.

Digitized by Google

quibus,quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, deficeret, tunc licitè & meritoriè ea quæ deficiunt poſſent aliunde ſuperaddi, aut ſi aliqua eſſent ſuperflua, diminui. Sed hoc eſt prohibitū à Ioh. Euangeliſta Apocal. vlt. vbi ita ait; *ſi quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas quæ ſunt in libro iſto, & ſi quis diminuerit de verbis libri Prophetiæ huius, auferat Deus partem eius de libro vitæ & de ciuitate ſancta & de his quæ ſunt ſcripta in libro iſto.* Ex quibus verbis Iohannis Euangeliſtæ clare oſtenditur, in ſacra ſcriptura nihil diminutè, nihilq; ſuperfluè contineri, quod vtiq; congruit autori ipſius, qui eſt Spiritus ſanctus, vt dictum eſt, cuius omnipotentiæ congruit, vt nil diminutè; ſapientiæ, vt nil ſuperfluè; & bonitati, vt ordine congruo noſtræ prouideat neceſſitati ſalutis. Vnde Prouerb. 30. *Sermo Dei ignitus clypeus eſt ſperantibus in ſe, ne addas quidquam verbis illius, & arguaris inueniariſq; mendax,* & loquitur de diuina ſapientia. Sed pro declaratione ampliori huiuſmodi regulæ pro iſta parte ſciendum eſt, ꝙ ſufficientia alicuius doctrinæ neceſſario intelligitur dupliciter, vno modo explicitè. Alio modo implicitè. Et hoc verum eſt in qualibet doctrina & ſcientia, quia nulla vnquam doctrina fuit tam ſufficienter tradita, quod omnes concluſiones in ipſius principiis contentæ explicitè, & in propriis terminis fuiſſent traditæ & expreſſæ & ſic eſt in propoſito noſtro: quia nihil eſt ad fidem & ad ſalutem quomodocunq; & qualitercunq; pertinēs, quod non in ſacra ſcriptura ſufficientiſſimè explicitè aut implicitè contineatur. Vnde Auguſtinus: Omnis veritas in ſcripturis continetur latēs aut patens, quemadmodū & in aliis ſcientiis ſiue ſpeculatiuis ſiue moralibus & ciuilibus concluſiones & determinationes, in earum principiis continentur, quæ iuxta exigentiam rerum temporis &

ris & perſonarum atq; occaſionum varietatem educuntur & explicantur, vt notum eſt cuilibet in Scholaſticis Diſciplinis erudito, quæ quidem eductio fit per modum illationis vel determinationis vt in proceſſu huius operis fortaſſe clarius eluceſcet. Item ſciendum quod ad aliquã doctrinã addere aliquid, poteſt intelligi quatuor modis. Primo per modum explicationis aut declarationis. ſecũdo per modũ ſuppletionis. tertio per modũ ampliationis. quarto per modũ deſtructionis aut contrarij. Primus modus eſt neceſſarius in qualibet ſcientia & doctrina, & ſpecialiter in ſacra ſcriptura, nõ propter ſe ipsã, quæ ſufficientiſſima eſt & clariſſima in ſe, ſed propter nos: vnde & declarantibus eam promittit præmium vitæ æternæ: *qui elucidant me*, inquit, *vitam æternam habebunt*. Eccleſ. 24. Secund⁹ modus eſt neceſſarius ſciẽtiis ab auctoribus earum diminutè & inſufficienter traditis ad ipſarum ſupplementũ; cuiusmodi apud nos ſcientiæ ſeu Philoſophię naturali, quam aut Ariſtoteles non plene & ſufficienter tradidit, aut ſi perfectè tradidit, ad nos non peruenit cõplete aut ꝑfecte: Albertus Magnus & alij Phyſicorũ latinorum multos libros & tractatus ad complementũ ipſius addiderunt. Tertius modus maxime ſi non fuerit exceſſiuus, ſuſtinendus eſt & tolerandus ad bene eſſe, licet non ſit neceſſarius. Quartus modus poteſt addi in ſcientiis duobus modis: vel declaratiue, tanquam oppoſitum oppoſito, vt verũ ex ſuo contrario & oppoſito ꝙ eſt falſum magis eluceſcat, ſecundum quod Ariſtoteles poſuit & cõmuniter dicitur; *Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt* ſcilicet vnũ quodq; in ſua ratione, quia falſum oppoſitũ vero, eius falſitas ex cõparatione veri manifeſtior fit, & è cõtrario veritas falſitati. Et ſic iſte mod⁹ ad primũ reducitur: qui eſt, vtilis & laudabilis in qualibet doctrina: *Vel*

Addere aliquid ad doctrinã 4. modis intelligitur.

aſſertiuè pro concluſione tamquā verum, & ſic cum deſtruat veritatem doctrinæ & corrumpat omninò, in qualibet doctrina tamquā venenum abiiciendum eſt, & tanto amplius quanto doctrina certior fuerit & remotior à cōtradictione. Vnde cum ſacra doctrina ſit certiſſima in veritate, vt patet ex ſecundo huius propter auctoritatē eius qui errare non poteſt, omne contrarium eius omnimodè eſt repellendū; alioquin ſic apponēs incurret plagas deſcriptas, ſuperius per Ioannē Euangeliſtā. Et hoc modo intelligendæ ſunt auctoritates ſcripturarū quæ ꝓhibent additionē, vel ſubtractionem ad ſacram ſcripturā. Vnde ſuper illo Deut. 4. *Non addetis ad verbū quod vobis loquor, nec auferatis ex eo*, gloſſa ordinaria dicit, docet normam æquitatis, & omnē hæreſin percutit, vetat enī rectę doctrinæ aliquid prauæ intentionis addere, vel aliquid veritatis ſubtrahere. Via enim regia incedendum eſt, nō ad dextrā vel ad ſiniſtram, quia rectæ viæ Domini & iuſti ambulabūt in eis. Vnde Nicolaus de Lyra conſiderandū eſt, ꝙ hic prohibetur additio deprauans intellectū legis, non autē additio declarans aut elucidans, ſecundū quod ſcribitur Eccleſ. 24 *Qui elucidant me vitam æternā habebunt. &c.* Similiter ſuper illo; ſermo Dei ignitus &c. dicit gloſſa interlinearis: vt hæretici, qui corrumpunt ſcripturas, ne eis conuincantur, & Hieronymus ibidē; Ne corrumpas eloqa ſacrarū ſcripturarū ſicut quidā hæretici, ne eis cōuincerentur, feciſſe noſcuntur. Et Nicolaus de Lyra: Ne addas quidquam ꝙ ſit eis contrarium. poſſunt tamen benè & meritoriè addi illa quæ faciunt ad verba Domini declaranda. Eccleſ. 24. *Qui elucidant me*. ſimiliter ſuper dicto Ioan. Apocal. vlt. dicit gloſ. ordinaria: quia quoſdam ſciebat in Aſia eſſe, qui pro ſuis erroribus fouendis adderēt, vel diminuerēt, ſupponit excōmunicationi.

Oſe. 4.

Et

Digitized by Google

Et Nicolaus de Lyra. *Si quis appoſuerit* &c. id eſt, diſcrepantia, ſicut faciebant hæretici, qui tempore illo addebant diſcrepãtia à veritate Euangelij & aliqua diminuebant de eius veritate, dicentes Chriſtum ante Mariam non fuiſſe; per hoc tamen nõ excluditur quin poſſent aliqua addi licitè quæ faciunt ad declarationem totius ſacrę Scripturæ, & ſic fecerunt doctores ſancti. & ad hunc modum reducitur ſi quis mandatis Chriſti dimiſſis & neglectis, alias humanas ſuperadderet traditiones, ſicut dicunt Doctores ſuper illo verbo Chriſti. *Væ vobis qui decimatis mentam ciminum & anetum, & quæ potiora ſunt legis dimittitis* ſicut miſericordiam & iudiciũ, Matthæi 23. Et alibi increpat dominus Iudæos dicens: *Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras* Et per Eſaiam Prophetam: *Sine cauſa colũt me mandata & doctrinas hominum docentes & ſequentes.*

Matth. 15.
Eſa. 29.

8.
Non eſt incõueniens ſub vno & eodem textu ſacrarũ literarũ plures eſſe ſenſus literales.

OCtaua ſuppoſitio. non eſt inconueniens ſub vno & eodem textu ſacrarum literarum eſſe plures ſenſus literales. declarat hæc ſanctus Thomas vbi ſupra, dicens, quia auctor ſacræ Scripturæ Deus eſt, qui omnia ſimul ſuo intellectu comprehendit, ideo non eſt inconueniens vt Auguſtinus dicit, 12. confeſſionum, ſi etiam ſecundum literalem ſenſum in vna litera ſacræ Scripturæ plures ſint ſenſus. verbi gratia, primi Paralip. 17. cap. dicit dominus de Salomone: *Ego ero illi in patrem & ipſe erit mihi in filium.* & intelligitur de Salomone ad literã, in quantum fuit filius Dei per adoptionem in iuuentute, propter quod Nathan Propheta nominauit eum amabilẽ Deo, vt habetur 2. Regum 12. Prædicta etiam auctoritas, *Ego ero illi in patrem* inducitur ab Apoſtolo ad Hebræos primo tanquam dicta de Chriſto ad literam, quod patet ex hoc, quia Apoſtolus inducit eam ad probandũ quod Chri-

Digitized by Google

Chriſtus fuit maior angelis, talis autem probatio nõ poteſt fieri per ſenſum myſticum, vt dicit Auguſtinus contra Vincentium Donatiſtam, vt ſupra allegatum eſt. prædicta igitur auctoritas completa fuit ad literam in Salomone, minus tamen perfectè, quia fuit Dei filius ſolum per gratiam: in Chriſto autem perfectius imò perfectiſſimè, qui eſt Dei filius per naturam; verba ſunt Nicolai de Lyra in prologo Bibliæ.

9. *Ad rectè intelligendum ſacram ſcripturam ſecũdum ſenſum literalem, cõſiderãda ſunt præcedentia & ſequentia, & alia quoq; loca.*

NOna ſuppoſitio. Ad rectè intelligendum ſacrã ſcripturam, ſecundum ſuum ſenſum literalẽ neceſſe eſt ſæpe vt vnus & idem textus ad præcedentia vel ſubſequentia referatur vel ad alia loca in quibus de eadem materia tractatur, quia per ipſam quandoq; exponitur & quandoq; ſuppletur. vnde Auguſtinus in libro octuaginta trium quæſtionum, quæſt. ſexageſima nona: ſolet circumſtantia ſcripturarũ illuminare ſententiam: quapropter in verbis Chriſti hæc regula diligenter notanda eſt, quia per eam perpendimus ſæpe an verba Chriſti figuratiuè dicta ſint an nõ, quia ex præcedentib. vel ex ſequentibus ibidem, vel ſimul ex vtriſq; vel aliis locis ſacræ ſcripturæ perpenditur & aperitur intellectus; ſicut ſi volumus intelligere quæ iſtarum locutionum figuratiua ſit & quæ non: *Ego ſum vitis vera*, &, *hoc eſt corpus meum*. Ex his quæ ſubiunguntur, aperitur intellectus. Nam ad primam ſtatim ſubiunxit ad diſcipulos, *Et vos palmites*. per quam ſubiunctionẽ manifeſte oſtenditur, quod cum diſcipuli ſui nõ eſſent palmites naturales ſed tantũ figurales, ꝙ nec ipſe erat vitis, cũ dixit, *ego ſum vitis*, niſi ſecundũ figurã. Ad ſecundã vero ſubdit *quod pro vobis tradetur*, per ꝙ intelligitur cum ipſe verũ corpus ſuum & naturale ꝙ traxit de virgine tradiderit in cruce pro nobis, ꝙ etiam illud idẽ corpus quod aſſumpſit de virgine, & in quo in cruce pependit, tradiderit diſcipulis in cœna, in hoc diuiniſſimo Euchariſtiæ ſacramẽto. Similiter ſæpe truncata ſentẽtia per aliũ paſſum ſuppletur. Nã ille textus Matth. vlt *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit,* ſi præciſè intelligatur de fide & de baptiſmo ſine aliis virtutibus, falſus eſt & truncatus, quia prædicta non ſufficiunt ad ſalutem, ſed oportet quod alię virtutes concurrant & ſpecialiter caritas, ſine qua nec fides nec baptiſmus proficit ad ſalutem, vt patet per Apoſtolum. & ſimiliter facile eſſet videre in multis aliis ſacræ ſcripturæ locis.

10. *Ad habendũ verũ ſenſum literalẽ, opus eſt attendere diligenter ad varium modum procedẽdi eorum.*

DEcima ſuppoſitio. Ad habẽdum verum ſenſum literalem ſacrarũ ſcripturarũ, neceſſe eſt ſummo opere cum ſtudio & diligentia attendere varium modum procedendi earundem. Nam in eodem contextu verborũ, ſæpe aliqua verba accipiuntur literaliter & purè gramãticaliter, & aliqua myſticè, & ſępe vnum & idem verbum aliter & aliter: Nam illud Marci 6. *Nihil tuleritis in via niſi virgam tantum*, habet prædictam diſtinctionem, vbi hæc verba, *nihil tuleritis in via* accipiuntur literaliter, & ſequentia, *niſi virgam tantum*, accipiuntur myſticè pro poteſtate accipiendi victui neceſſaria. Item hoc ipſum, *niſi virgam tantum*, aliter accipitur nomine virgæ Matth. 10. Lucæ 9. Marci 6. quia in primis locis vbi Chriſtus loquitur de miſſione Apoſtolorum, accipitur virga pro baculo aut rebus neceſſariis humanæ ſuſtentationi. hîc vero accipitur myſticè pro poteſtate accipiẽdi neceſſaria ab auditoribus, quam Chriſtus dedit Euangelizantibus. vnde Auguſt. in de conſenſu Euangeliſtarũ, ſolet, inquit, quæri quomodo Matth. & Lucas commemorauerint Dominũ dixiſſe diſcipulis vt nec virgã ferrẽt, cũ dicat Marcus, *Et præcepit eis ne quidquã tollerent niſi virgã tantũ,* ꝙ ita ſoluitur, vt ſub alia ſignificatione dictã virgam q̃ ſecundũ Marcũ

Aug. de conſenſu Euangeliſtarum lib. 2. ca. 29.

ferenda eſt, & ſub alia quæ ſecundum Matthæum & Lucam non eſt ferenda, intelligamus. Potuit enim breuiter ſic dici; nihil neceſſariorum vobiſcum feratis, nec virgam, niſi virgam tantum, vt illud quod dictum eſt *nec virgam* intelligatur, nec minimas quidem res: quod verò adiunctum eſt *niſi virgam tantum*, intelligatur poteſtas, quia per poteſtatem à domino acceptam, quæ virgæ nomine ſignificata eſt, etiam quæ non portantur, non deerunt, & ſubdit ad propoſitum: Quiſquis autem putat non potuiſſe dominum in vno ſermone quædam figuratè, quædam propriè ponere eloquia, cætera eius inſpiciat, & videbit quam hoc temere ac ineruditè arbitretur. ſimiliter multi paſſus ſacræ ſcripturæ ſibi inuicem eſſent contrarij, ſi tamē ad grammaticalē ſenſum reſpiciamus, vt patuit in prædictis locis, in quibus Matthæus & Lucas dicunt *neque virgam*, & Marcus *niſi virgam tantum*. Similiter Matthæi vltimo præcipitur diligi inimicus, & Lucæ quarto decimo præcipitur odiri pater, mater, vxor, filij, fratres & ſorores. Item ſæpe ſacra ſcriptura ſub vno contextu quaſi vna perſona aliquando loquitur, non tamen ad idem ſingulæ partes locutionis referuntur, ſed altera ad caput, altera ad corpus refertur, ſcilicet altera ad Chriſtum altera ad Eccleſiam, quæ eſt corpus Chriſti myſticum: ſecundum quem modum intelligitur id Eſaiæ 61. *Induit me veſtimento ſalutis & indumento iuſtitiæ circumdedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.* quod enim dicitur hîc *quaſi ſponſum* intelligitur de Chriſto capite, & id quod ſubditur, *& quaſi ſponſam*, intelligitur de ipſa Eccleſia. ſimiliter Canticorū primo: *oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino.* cum enim dicitur, *oſculetur me*, deſiderium ſponſæ ſponſum deſiderantis exprimitur, & quod ſubditur, *quia meliora*

meliora ſunt vbera tua vino, verbum eſt ſponſi ſponſam cõmendantis. Quia verò myſticum Eccleſiæ corpus eſt quaſi ſagena nondum tracta ad littus, continens malos permixtos cum bonis, ideo ſæpe in ſacra ſcriptura mali commendantur cum bonis quibus ſunt permixti; ſicut Oſee quarto: *puer Iſrael, & dilexi eum*, & e conuerſo ſæpe boni vituperantur cum malis, ſicut Iſaiæ 1. ſcribitur; *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum & aſinus præſepe Domini ſui: Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Similiter in eodẽ contextu, aliquãdo quid ad bonos pertineat, & quid ad malos, exprimitur, ſicut Canticorum 1. *Nigra ſum ſed formoſa filiæ Ieruſalem ſicut tabernacula Cedar, ſicut pellis Salomonis*, verba ſunt Eccleſiæ quæ ratione malorum in ipſa contentorum dicit: *nigra ſum*, ſed ratione bonorum ſubdit: *ſed formoſa*, & quod ſubditur, quaſi pro exemplo inducitur, *ſicut tabernacula Cedar.* Cedar enĩ fuit filius Iſmael, à quo deſcenderunt Sarraceni, & refertur ad malos. Quod autem dicitur *ſicut pelles Salomonis*, refertur ad bonos. Per Salomonem enim intelligitur ſecundũ expoſitores Catholicos & Hebræos ipſe Deus, & ideo pelles eius dicuntur quibus operiebatur tabernaculum in quo boni colebant eum. Quandoq; etiam ſacra ſcriptura in ſuo modo loquendi tranſit de ſpecie ad genus, ſiue de parte ad totum, & e conuerſo, ſecundum ꝙ patet Iſaiæ 13. vbi ſpecialiter loquitur contra Babylonem, primò dicens: *Onus Babylonis* & deinde tranſit ad intelligendum verbum de toto mundo generaliter per hoc ꝙ ſubditur, *à ſummitate cæli Dominus & vaſa furoris eius, vt diſperdat omnem terram.* Poſtea reuertitur ad loquendũ contra Babylonem ſpecialiter, cum dicit, *Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos qui argentum non quærant, nec aurum velint, ſed ſagittis paruulos interficient, lactantibus vteris non miſerebun-*

Digitized by Google

tur, & ſuper filios non parcet oculus eorum &c. quia Darius Medus cum Cyro nepote ſuo cepit Babyloniam & interfecit Balthaſar Regem Babylonis, vt patet Daniel. 5. cap. Quia etiā Diabolus cum malis conſtituit corpus malorū, ſicut & Chriſtus cum bonis conſtituit corpus Eccleſiæ myſticum, dicente Gregorio Homilia 10. Certè iniquorum omniū Diabolus caput eſt, & huius capitis membra ſunt omnes iniqui, ideo ꝓpter connexionem vtrorumq; adinuicem ſcriptura in eodē contextu loquens de vno, tranſit ad loquendū de altero, ſicut habetur Iſaiæ 14. vbi loquens de rege Babylonis qui erat membrum Diaboli, tranſit ad loquendum de principe Dæmoniorum, cum ſubditur ibidem : *quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris: corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes*. & ſimiliter habetur Ezech. 24. Vbi loquens de principe tranſit ad loquendum de Diabolo cum ſubditur: *tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapiētia & decore in delicijs Paradiſi fuiſti*. Sæpe etiam in ſacra ſcriptura contingit difficultas ex parte temporis. ꝙ quidē cōtingit quadrupliciter videlicet per Synecdochen, quandò videlicet pars ponitur pro toto, ſicut cum dicitur in Euangelio Chriſtus tribus diebus in ſepulchro iacuiſſe, cum tamē prima & tertia dies nō fuerint integri. Alio modo per minutiarum temporis omiſſionem, quæ aliquando in ſcriptura computantur & aliquando omittuntur: ſicut cum aliquando ſcriptura loquens de aliquo numero annorū in pluribus locis accidit varietas, quia in vno loco numerantur minutiæ tēporis, & ita videntur plures anni, in alio vero loco dimittendo dictas minutias, pauciores videntur. Tertio modo contingit ex variatione termini; quia cōputatio annorū aliquando incipit in vno loco à priori termino, & in alio loco à poſteriori. vnde Geneſ. 15. cap. dictum fuit Abrahæ

Difficultas ſcripturæ ex parte temporis.

ſcito prænoſcens, quod peregrinum futurum ſit ſemen tunc in terra non ſua, & ſubiicient eos ſeruituti & affligent quadringentis annis: Exodi 12. De iſta eadem peregrinatione dicitur, quod manſio filiorum Iſrael in terra Ægypti fuit quadringentorum triginta annorũ, quia computatio huius maioris numeri, incipit à natiuitate Iſaac, quæ fuit triginta octo annis poſt egreſſum Abrahæ de Aran. Quarto vero modo contingit eo quod ſcriptura ſacra loquitur de futuro, per modum præteriti, ſicuti Iſaiæ nono, *paruulus natus eſt nobis &c.* & hoc ad denotandum certitudinem Prophetiæ, cuius euentus de futuro eſt ita certus, ſicut iam præteriiſſet & hoc eſt propter certitudinem diuinæ præſtantiæ, ex qua fit reuelatio ipſi Prophetæ. Eſt tamen aduertendum quod talis modus loquendi non habet locum niſi in Prophetia prædeſtinationis, quæ eſt quando aliquod certum contingens reuelatur Prophetæ eo modo, quo eſt in præſcientia Dei, quæ ita infallibiliter intuetur futura ſicut præſentia & pręterita. In Prophetia verò comminationis non habet locum, quæ eſt quando aliqua pœna reuelatur Prophetæ, infligenda populis vel alicui perſonæ particulari, non ſecundum quod eſt in Dei præſciẽtia, ſed ſecundum ordinem cauſarum ſecundarum, vtpote ſecundum demerita hominũ, ſicut eſt illa Prophetia Ionæ 3. *Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur.* Hanc enim ſubuerſionem meruerant peccata illius ciuitatis, veruntàmen quia talis cauſa mutabilis eſt, ideo effectus aliquando non ſequitur, ſicut in propoſito, quia Niniuitæ egerunt pœnitentiam, & ſic Dominus non inflixit eis pro tunc pœnam comminatam. Inſuper contingit difficultas in ſcriptura propter variam mutationem recapitulationis & anticipationis in narratione, quia nõ ſuper eo ordine geſta & facta ſcribuntur

buntur & ideo quando præponuntur poſteriora, dicitur anticipatio, quando autem fit econuerſo, dicitur recapitulatio, ſicut Geneſ. 10. dicitur de filiis Noë: *Ab his diuiſæ ſunt Inſulæ gentium in regionibus ſuis, vnusquisq; ſecundum legem ſuam*, & infra eodem capitulo, *hi ſunt filii Elam in cognationibus & linguis*, poſtea vndecimo capitulo dicitur. *Erat autem terra labii vnius & ſermonum eorundem.* ex quo patet quod illud quod dictum eſt prius de diuiſione linguarum, dictum eſt per anticipationem ſimiliter Geneſ. 2. cap. poſtquam Moyſes deſcripſerat creationem cœli & terræ & diſtinctionem & ornatum partium mundi dicit: *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ in die quo creati ſunt &c.* Ex hoc patet quod prædicta dicuntur hîc & referuntur, per recapitulationẽ. Hæ & multæ aliæ difficultates in intelligendis ſacris ſcripturis interueniunt volũtate & ordinatione diuina, cuius nutu & inſpiratione cõſcriptæ ſunt, ad quarũ difficultatum dilucidationẽ Donatiſta quidã Tyconius nomine ſeptẽ regulas adinuenit quas Auguſt. 3. de doctrina Chriſtiana ꝓſequitur, & declarat Iſidorus de ſummo bono, Nicolaus de Lyra in ꝓlogo Bibliæ, & multi alii Doctores, quorum in aperiendis prædictis difficultatibus veſtigia ſum ſecutus.

11. *Difficultas illa ſacras ſcripturas intelligendi, vtilis eſt ac neceſſaria ad exercitium ſtudioſorum, & meritum eorundem.*

VNdecima ſuppoſitio, prædicta difficultas in intelligentia ſacrarũ ſcripturarũ eſt Eccleſiæ valde vtilis & neceſſaria cum ꝓpter exercitium ſtudioſorũ, & meritũ eorundẽ. Nam ſi ſingula paterent & omnes planũ haberent exceſſum ad diuina cognoſcenda & capiẽda myſteria, humanũ ingeniũ pigreſceret & multi ꝗ nũc in inquiſitione veritatis glorioſo labore occupãtur; aut ocio marceſcerẽt aut ad illicita ꝓlaberentur, nec in ſtudio earundẽ ſcripturarum, haberẽt illud meritum, ꝙ eis promittitur; tum etiã propter vitandas irriſiones infidelium, & no etiam apud fideles eadem diuina myſteria vileſcerent. vnde Dominus ait Matth. 6. *Nolite ſanctum dare canibus & margaritas nolite proiicere ante porcos &c.*

DVodecima ſuppoſitio. Tali ac tanta difficultate in intelligentia ſacrarum ſcripturarum exiſtente, neceſſariò ipſæ ſcripturę requirunt diligentes & fideles expoſitores, qui ſint præditi ingenio, exercitati ſtudio, humiles in iudicio, & immunes ab affectato vitio. Nam ex oppoſito alterius illorũ quatuor, ſolet facillimè falſus intellectus ſcripturæ ſuboriri, vt ſi ſit homo hebetis ingenij iners & neglector ſtudij, ſi ſuperbi & arrogantis iudicij, ſi deniq; fuerit infectus & damnatus ex affectu alicuius vitij aut paſſionis, ſicut pleroſque excæcat malitia eorum, poſſent prædicta & quodlibet ipſorum tam auctoritatibus quam exemplis & rationibus multipliciter declarari, quę cauſa breuitatis cum ſint ex ſe nota relinquuntur.

12. *Hac difficultate exiſtente, neceſſariò requiruntur diligentes & fideles expoſitores, qui quales eſſe debeãt explicatur.*

TErtiadecima ſuppoſitio. Inter expoſitores & declaratores ſacræ ſcripturę ſummâ cum diligentiâ facienda eſt comparatio, & illi quos conſtat habere conditiones poſitas in præcedenti ſuppoſitione, præferendi ſunt non habentibus, ſimiliter reuelationem habentes, non habentibus eam; & dona gratis data poſſidentes, cæteris paribus, non poſſidentibus ea. Magna enim ſtultitia & fatuitas eſt hominis, qui dimiſſis Doctoribus omni ſanctitate & deuotione feruẽtibus, ſummo ingenio præditis, exercitatis ſtudio, humilibus in iudicio, & omni vitio ac paſſione ſpoliatis, qui etiam in vita & poſt mortem miraculis claruerunt, & interpretandis & exponendis ſacris ſcripturis diuinas & cœleſtes reuelationes habuerunt, ſequeretur homines rudes ingenio, neglectores ſtudij, ſuperbos & arrogantes ac præſumptuoſos in iudicio, deprauatos & infectos omni vitio, quibus à percipi-

13. *Inter expoſitores ſacræ ſcripturæ, facta diligenti cõparatione, præferendi ſunt qui prædictas conditiones habẽt, non habentibus.*

Digitized by Google

enda veritate humanus animus retrahitur. Sed heu impletum eſt hodie illud ꝙ Apoſtolus prædixerat 2. ad Timotheum 4. *Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Ex quo ſequitur quod antiqui doctores cuiuſmodi fuerũt Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Gregorius, & alij qui ſimiliter prædictis conditionibus claruerunt, præferendi ſint modernis, quibus & vitæ ſanctitas, & ingenij acuitas, & cæteræ conditiones videntur noſtris peccatis defeciſſe. atq; inter modernos illi præferendi ſunt qui plures de prædictis conditionibus participant: ac proinde conuincitur & deprehenditur quorundam arrogantia modernorum, vſurpantium ſibi illa Pſal. 118. de Pſalmo: *ſuper omnes docentes me intellexi*, & iterum: *ſuper ſenes intellexi*, & iterum: *ſuper inimicos meos prudentem me feciſti.* Sed vtinam animaduerterent ſi veræ ſint cauſæ in eis quæ iunguntur, *quia teſtimonia tua exquiſiui: quia lex tua meditatio mea eſt*: ſequitur vlterius ꝙ incautiſſimum eſt fidelibus accipere & ſequi nouas ſcripturarum expoſitiones aut interpretationes; quas non commendat famoſa veterum traditio, neq; nouorum exponentium vitæ ſanctitas, nec miraculorum atteſtatio, nec ſinceræ veritatis puritas, nec vniuerſalis Eccleſiæ certa approbans auctoritas. Patet, quia hoc eſt ſe exponere periculo ſalutis, cũ ignorantia legis Dei neminem excuſet: & e conuerſo omninò cautum & ſecurum eſt in exponendo & allegãdo ſacram ſcripturam inniti ſententiis antiquorum doctorum Eccleſiæ de quorum conditionibus & gratiis in præcedenti dicebatur: quo enim quiſq; magis ratione vtitur, eo maioris auctoritatis eius verba eſſe videntur.

Quarta

14. QVarta decima ſuppoſitio. ſicut ſacra ſcriptura recipit interpretationem & expoſitionem in ſuis verbis originalibus, ſic etiã doctores exponentes eam ſæpe recipiunt interpretationẽ & expoſitionẽ dictorũ ſuorũ, & cõparanda ſunt dicta doctorum & etiã vnius & eiuſdẽ doctoris adinuicẽ, & ſi aliqua contrarietas in dictis eorũdẽ videatur, reducenda eſt ad concordiam. & ſi omninò repugnarent, tunc accipiendus eſt ille doctor cuius ſententia propinquior eſt veritati & ſenſui quẽ intendit auctor ſcripturarũ, qui eſt Spiritus S. vel ei quem Eccleſiæ auctoritas corroborat. Similiter ſi dicta vnius & eiuſdem doctoris diſſona & contraria videantur, ea accipienda eſt pars quam doctor ex intentione proſequitur, & quæ magis apꝓpinquare videtur veritati aut ſenſui litterali quẽ exponit, vt ſi Auguſt. aliquo in loco diceret communionẽ laicam vtriuſq; ſpeciei eſſe de neceſſitate ſalutis, & alibi diceret vel ſeruaret oppoſitũ, tunc laborandum eſſet vt dictus doctor ad concordiam reduceretur, vel ea pars eſſet amplectenda quã ex intentione proſequitur: prout facit in expoſitione cap. 6. Ioh. vbi totum illud capitulũ ex intentione proſequens exponit & declarat de manducatione ſpirituali, vt clarè declarabitur in ſequentibus, &c.

Ipſi quoque doctores declarãtes ſcripturam ſacram, aliquãdo dictorum ſuorum interpretationem recipiunt.

15. QVinta decima ſuppoſitio. Sacra ſcriptura patitur in lectoribus ſuperbis & præſumptuoſis, permittente Deo, quod errent, & proteruè agant, incidantq; in varias hæreſes & errores, & hoc multiplici ratione. neq; enim omnipotẽs Deus & optimus hæreſes permitteret, ſicut & alia mala, niſi etiam ex ipſis poſſet & vellet meliora bona elicere, vt Aug. dicit in Enchiridio. *Diligentibus*, inq̃t Apoſtolus, *Deũ, omnia cooperantur in bonũ*. Ad Rõ. 8. Nã ex ipſis fideles ꝓbantur, doctores per amplius illuminãtur, electi

Sacra ſcriptura patitur in lectoribus ſuperbis & præſumptuoſis, permittente Deo, quod errent.

purgantur, innocentes maiorem gloriam merentur, & humanæ præſuppoſitiones meritò puniuntur. Multi etenim tempore proſperitatis ſe putant eſſe bonos & firmos in fide, exemplo Petri, Lucæ 12. qui paratum ſe dixit cum Chriſto in mortem & in carcerem ire, qui tamẽ tempore perſecutionis aut dubitãt, aut à fide labuntur. Quapropter inquit Apoſtolus prima Corint. 11. *Oportet hæreſes eſſe vt qui probati ſunt manifeſti fiant in vobis*, vbi gloſſa dicit; Non vult Apoſtolus nec optat vt hæreſes ſint, ſed ſic futurũ eſſe prædicit, & quia hoc vtile eſt, idcirco ad quid ſit vtile declarans ſubdit; vt non tantum reprobi qui dicunt, ego ſum Pauli, ſed etiam qui probati ſunt in vobis id eſt inter vos, ſicut illi qui dicunt, ego ſum Chriſti, manifeſti fiant hominibus: tunc etiam videtur qui ſint lolium ſeu Zyzania in agro Eccleſiæ. Vtiles ſunt quia tunc Doctores plus illuminantur. vnde gloſſa Auguſtini vbi prius: multa quidem ad fidẽ Catholicã pertinentia, dum hæreticorũ callida inquietudine exagitantur, vt aduerſus eos defendi poſſent, & conſiderantur diligentius, & intelliguntur clarius, & prædicantur inſtantius, ideoque diuina prouidentia hæreticos multos eſſe permittit, vt cùm inſultant nobis, interrogant nos quæ neſcimus, excutiamus pigritiam, & diuinas ſcripturas noſſe cupiamus. Vtiles ſunt hæreſes quia per eos electi purgantur, vnde gloſ. vbi prius: omnes inimici Eccleſiæ, vel errore cæcati, vel malitia deprauati proſunt, quia ſi accipiunt poteſtatem corporaliter affligendi, excercent eius patientiam; ſi verò malè ſentiendo aduerſantur, exercent eius ſapientiam. Ab aduerſario enim mota quæſtio, diſcendi exiſtit occaſio. Poſtremò vtiles ſunt hæreſes, quoniam tunc videtur quomodo diuina iuſtitia humanas præſumptiones punit. Sunt enim quidam hominum

tantum

Digitized by Google

tantum de ſuo ingenio præſumentes, vt totam rerum naturam ſe reputent ſuo intellectu poſſe metiri, vt dicit S. Thomas primo contra gentiles, exiſtimantes id ſolum eſſe verum quod eis videtur, & eſſe falſum, quod eis non videtur, exempli gratia ſi quis crederet intra cœlũ & circulum Lunæ eſſe omnia, neceſſe haberet credere non eſſe, quidquid intra ipſum non inueniret: & ex hoc, tanto amore amplectuntur opiniones ſuas & ſectas, vt de contrariis etiam nec cogitare velint, tantoq; odio auerſi ſunt, vt contraria errorum ſuorum nullatenus videre, reſpicere, aut audire velint. in quibus verificatur illud Prouerbiorum 18. *Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in eius corde.* Quare merito huiuſmodi præſumptio nequam venit punienda, quia vt dicit Apoſtolus ad Romanos 1. de Romanis & ſapientibus paganorum: *cum cognouiſſent Deum non ſicut Deum glorificauerũt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt.* vbi gloſſa: obſcuratum eſt cor, id eſt, ratio tumore ſuperbiæ obumbrante, & ſic paulatim vſq; ad inſipientiam cor eorum deductum eſt. Nebula enim erroris contexit cor eorum. Vnde Leo Papa ait: quid iniquius eſt quam iniqua ſapere & ſapientibus doctoribus non credere? Sed in hanc inſipientiam cadunt quicunq; ad cognoſcendã veritatem aliquo impediuntur obſcuro, non autem ad Propheticas voces, nec ad Euangelicas auctoritates, ſed ad ſemet ipſos recurrunt, & ideo Magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis Diſcipuli non fuerunt.

16. *Scriptura ſacra in ſui receptione, &c.*

VLtima ſuppoſitio pro præſenti ad noſtrum faciens propoſitum: ſcriptura ſacta in ſui receptione & expoſitione authentica atq; intellectum eiuſdem, plano & vero, *authentica expoſitione, ſicut & doctorum explanationes reſoluuntur in receptionẽ & approbationem Eccleſiæ.*

vero, nec non & cuiuſcunq; doctoris Catholici expoſitio, intentio ſiue ſententia ad fidem Catholicam pertinens, finaliter reſoluitur in auctoritatem, receptionem & approbationem vniuerſalis Eccleſiæ, tamquam in primum & vniuerſaliſſimũ doctrinæ & ſcientiæ fidei principiũ ad quod probandum ex eiſdem fundatis auctoritatibus in æternum, & veritatibus eiuſdem ſacræ ſcripturę procedemus diuina gratia & Spiritu ſancto dirigente, qui eſt in ſecula ſeculorum benedictus amen. Et hæc de ſuppoſitionibus generalibus dicta ſunt pro præſenti.

Prima ſpecialis de Euchariſtia ſuppoſitio.

In Sacramento Euchariſtiæ eſt verũ corpus Chriſti & ſanguis, licet nec ſenſu, nec ratione poſſit deprehendi.

QVantum verò ad ſuppoſitiones ſpeciales & proprias præſentem quæſtionem diuiniſſimæ Euchariſtię concernentes, primo ſupponitur tamquam articulus fidei, quod in ſacramento diuiniſſimæ Euchariſtiæ ſit verũ corpus Chriſti & ſanguis, licet nec ſenſu nec ratione poſſit deprehendi. Hanc ſuppoſitionem doctor ſanctus tertia parte ſummæ quæſt. ſeptuageſima quinta, articulo primo triplici ratione declarat. Prima ſumitur ex perfectione nouæ legis reſpectu veteris, quia ſacrificia veteris legis illud verum ſacrificium paſſionis Chriſti ſolum in figura continebant, ſecundum illud ad Hebræos 10. *Vmbram habens lex futurorum bonorum non ipſam imaginem*, & ideo oportuit vt aliquid plus haberet ſacrificium nouæ legis à Chriſto inſtitutum, vt ſcilicet ipſum Chriſtũ paſſum non ſolum in ſignificatione, vel figura, ſed etiam in rei veritate cõtineret. Quare ratione perfectionis nouæ legis & ſacramentorum eiuſdem, neceſſariũ eſt dicere quod hoc ſacramentum Euchariſtiæ ipſum Chriſtum contineat realiter, vnde Dionyſius dicit 4. cap. Eccleſ. Hierarchiæ, quod eſt perfectiſſimũ omnium ſacramentorum aliorum, in quibus virtus Chriſti participatur. Secunda ſumitur ex perfectione caritatis & amicitiæ

qua

Digitized by Google

qua ipſe dominus Ieſus Chriſtus Eccleſiæ ſuæ ſanctæ cõiungitur, ex qua ꝓuenit, vt ſicut pro ſalute noſtra corpus verum naturæ aſſumpſit, & in eadem pro nobis paſſus eſt, ita etiam cum eodẽ corpore nobiſcũ & cum Eccleſia maneat in æternum. Nam vt dicit Philoſophꝰ in Ethicis maxime, proprium eſt amicitiæ conuiuere amicis, & quia in ꝓpria ſpecie ſecundũ ſtatum mortalem, non erat conueniens, vt maneret nobiſcum in æternum, tum propter redemptionem noſtram peragendam, tum etiam vt reſurrectione ſua futuram noſtram reſurrectionẽ aſtrueret: nec etiam ſecundum ſtatum gloriæ cõgruebat, cùm ſit alterius conditionis incõparabiliter diſtans à natura, neceſſariũ nobis & oportunũ fuit & congruũ ſuæ immẽſę bonitati, caritati & amicitiæ, vt ſaltẽ ſub aliena ſpecie in ꝓpria tamen corporali præſentia, ſemper & in æternum maneret cum Eccleſia vt ſic per veritatẽ corporis & ſanguinis ſui nos ſibi in hoc ſacramento coniungeret. *V*nde & ipſe Dominus dicit Ioh. 6. *Qui manducat meã carnẽ & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo.* *V*nde hoc ſacramentum eſt ſignum maximæ caritatis Chriſti ad nos, & noſtræ ſpei ad Chriſtum ſubleuatio ex tam familiari coniunctione ipſius ad nos. Tertia ratio ſumitur ex perfectione fidei, quæ ſicut eſt de diuinitate Chriſti, ita eſt etiã de eius humanitate, ſecundũ illud, Ioh. 14. *creditis in Deum & in me credite,* & quia fides eſt inuiſibilium. Idcirco ſicut Chriſtus dum erat in hoc ſeculo diuinitatem ſuam exhibebat diſcipulis humanitate velatam inuiſibiliter, ita & in hoc ſacramento carnem ſuam ſimul & diuinitatẽ alienis ſpeciebus velatam modo exhibet inuiſibili: Prædicta veritas ex verbis Chriſti patet, qui ait: *hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur.* Manifeſtum eſt autem ꝙ Chriſtus verum corpus ſuum reale & naturale pro nobis tradidit in cruce & in morte: Ergo illud idem quod ſic tradidit, dedit Diſcipulis, quando dixit, *Hoc eſt corpus meum.* Item idem patet per Apoſtolum Paulum 1. ad Corinth. 11. *qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit non diiudicans corpus Domini,* vbi expreſſe Paulus nõ dicit, non diiudicans figuram corporis Domini, ſed ſimpliciter corpus Domini; ꝓpterea ſi eſſet ibi corpus Chriſti ſecundum ſolam ſignificationem ad quid oporteret diiudicare hunc cibum ab aliis? quia quilibet panis eadem ratione poſſet ſignificare & ſignificat corpus Chriſti. Oportet igitur ponere quod ſit ibi verum corpus Chriſti: Ad hanc veritatem Catholicam aſtruendam corroborandam & confirmandam eſt auctoritas Eccleſiæ, quæ ſemper tenuit, tenet & tenebit in æternum, tam diu quàm diu hic mundus durabit, quod in hoc diuiniſſimæ Euchariſtiæ Sacramento ſit verus totus & integer Chriſtus, quæ veritas fide tenetur omniũ Chriſti fideliũ, approbatur doctrina vniuerſorũ ſanctorum doctorum Eccleſiæ, & innumeris miraculis exſtitit declarata, quæ omnia peto hîc haberi pro repetitis gratia breuitatis.

2. *In eodem Sacramento, poſt conſecrationem, nullo modo remanet, nec remanere poteſt panis & vini ſubſtantia.*

SEcundo ſupponitur, quod in eodẽ diuiniſſimæ Euchariſtiæ Sacramento poſt conſecrationem nullo modo remanet nec remanere poteſt panis & vini ſubſtantia; quod Doctor ſanctus declarat in quarto ſententiæ diſtinct. 10. q. 1. triplici ratione. Prima, quia eſt contra veritatem ſcripturæ: nam ſi ſimul in hoc Sacramento eſſet corpus Chriſti cum ſubſtantia panis, corpus Chriſti eſſet ibi concomitanter & quaſi in loco, & ſic cum ꝓnomen *hoc*, ſit demõſtratiuum ſubſtantiæ, Chriſtus falſum dixiſſet porrigens panem, *hoc eſt corpus meum*, & debuiſſet potius dixiſſe cum hoc vel hic eſt corpus meum. Quia igitur eſt contra veritatem verborum Chriſti, vt dicit idem

Doctor, omninò eſt hęreticum dicere ſubſtantiam panis & vini poſt conſecrationem remanere. ſecunda quia ſic dicere eſſet dare occaſionem idololatriæ populo Chriſtiano. Nam cum huic ſacramento exhibeatur veneratio latriæ ratione præſentiæ domini noſtri Ieſu Chriſti in ipſo exiſtente; ſi ibi remaneret ſubſtantia panis & vini cum ſpecies extrinſecæ ſint ſacramento corporis Chriſti vtiq; non ducerent in verum corpus Chriſti per modum ſigni: ſed magis in ſubſtantiam panis, & ſic homines vnum pro reliquo adorarent, quod eſſet maximum inconueniens & omnino importabile. Tertia, quia manente veritate in hoc ſacramento corporis Chriſti prout prima ſuppoſitio prę ſupponit, impoſſibile eſt eandem ſubſtantiam panis & vini remanere. Nam manifeſtum eſt quod ante conſecrationem ibi corpus Chriſti nõ eſt, oportet igitur quod virtute conſecrationis incipiat eſſe, vbi prius non erat. Non poteſt autem aliquid eſſe alicubi vbi prius non erat, niſi aut per loci mutationem, vel per alterius conuerſionem in ipſum: ſicut in domo aliqua de nouo incipit eſſe ignis aut quia illuc defertur, aut quia ibi generatur. Manifeſtum eſt autem quod corpus Chriſti non incipit eſſe in hoc ſacramento per motum localem, quia ab extrinſeco aduenirct: primò quidem quia ſequeretur quod non remaneret in cœlo; nõ enim quod localiter mouetur peruenit de nouo ad aliquem locum niſi deſerat priorem. Secundò quia omne corpus localiter motum, pertranſit omnia media, quod hîc dici non poteſt. Tertiò, quia impoſſibile eſt quod vnus motus eiuſdem corporis localiter moti, terminetur ſimul ad diuerſa loca, cum tamen in pluribus locis corpus Chriſti ſub hoc ſacramento ſimul eſſe incipiat, & propter hoc relinquitur, quòd non poſſit aliter corpus Chriſti incipere eſſe re eſſe de nouo in hoc ſacramento, niſi per conuerſionẽ ſubſtãtiæ panis in ipſũ; ꝙ autem conuertitur in aliquid, facta conuerſione non manet. vnde relinquitur ꝙ ſalua veritate huius ſacramẽti ſubſtantia panis poſt conſecrationem remanere non poteſt, nec tamen ſubſtãtia panis in præiacentem materiam, vt quidam poſuerunt, nec etiam in nihilum conuertitur, vt alii dixerunt, quia, ſi ſic, vel ſic fieret, non eſſet dare aliquem modum per quem corpus Chriſti verum inciperet eſſe in hoc ſacramento niſi per ſolam ſubſtantiæ panis conuerſionem in ipſum corpus Chriſti, vt clarè deducit idem doctor tertia ſummæ eadem quæſtione articulo tertio.

3. *Accidentia panis & vini in hoc ſacramento, poſt conſecrationem, remanẽt ſine ſubiecto.*

EX prædictis ſequitur tertia ſuppoſitio: videlicet ꝙ accidentia panis & vini quæ ſenſu deprehenduntur in hoc ſacramento poſt conſecrationẽ remanent ſine ſubiecto. Nam ex quo ibi fides Catholica ponit eſſe verum corpus Chriſti, vt dicit prima ſuppoſitio, nec remanet ſubſtantia panis, vt dicit ſecũda, oportet ꝙ remaneãt ſine ſubiecto: q̄a ſi remanerẽt in ſubiecto aut remanerent in ipſo corpore Chriſti, aut in aëre, aut in aliqua alia ſubſtãtia, ſed nõ poterit dici primum, q̄a corpus humanũ nullo modo poteſt affici huiꝰmodi accidẽtibꝰ, neq; etiã eſt poſſibile ꝙ corpus Chriſti glorioſum & impaſſibile exiſtẽs alteretur ad ſuſcipiẽdas huiꝰmodi qualitates: nec poteſt dici ſecundũ, q̄a aër nõ eſt huiuſmodi accidentiũ ſuſceptiuus, q̄a etiã accidens nõ tranſit de ſubiecto in ſubiectũ, vt ſcilicet idem accidens numero ſit ꝙ primò fuit in ſuo ſubiecto, poſtmodũ fiat in alio: accidẽs enĩ accipit numerũ à ſubiecto. vnde nõ poteſt eſſe ꝙ idẽ numero manẽs ſit quandoq; in hoc, quandoq; in alio ſubiecto, & videmus etiã ad oculũ, ꝙ cũ huiuſmodi accidẽtia transferãtur de loco ad locũ, ad motum harũ ſpecierũ aër depellitur, ꝙ vtiq; nõ fieret ſi in ipſo aëre exiſterent, ſicut in ſubiecto,

Digitized by Google

nec poteſt dici ꝙ remaneāt in aliqua alia ſubſtantia paritatione ſicut nec in ſubſtātia panis, vt ſuꝑius dictū eſt, cū ibi nulla remaneat. nec hoc eſt inconueniēs diuinæ omnipotētiæ & ſuæ ſapiētiæ; cùm enī effectus magis dependeāt à cauſa prima quā à cauſa ſecunda, vtiq; nulli dubiū poteſt eſſe, ꝙ Deus qui eſt prima cauſa ſubſtantiæ & accidētis poſſit ſua virtute infinita conſeruare in eſſe accidēs ſubtracta ſubſtātia, per quā in eſſe cōſeruabatur, ſicut per cauſā ſecundā: ſicut & in genere cauſæ efficiētis poteſt alios effectus naturaliū cauſarū producere, ſine eiſdē cauſis naturalib⁹, quemadmodū corpus humanū formauit ſine virili ſemine, in vtero virginis. Has tres ſuppoſitiones de veritate noſtri diuiniſſimi ſacramenti volui proponere duplici de cauſa. prima eſt quia ad ſequentia multū mihi deſeruient, ſecunda eſt ad aliqualiter aperiendā maledictæ & damnatiſſimæ memoriæ hęreſiarchę Ioh. VVicleif perfidiam, qui quantū in eo fuit, non diuino ſed Diabolico ſpiritu inſpirat⁹ viſus eſt tollere à cordibus fidelium fidem huius venerabilis ſacramenti, & ſubuertere vniuerſam fidem & Eccleſiam Catholicam, ponens in forma tres concluſiones contrarias prædictis tribus veritatibus Catholicis. videlicet: Chriſtus non eſt in eodem ſacramento identicè & realiter, in ꝓpria præſentia corporali, contra primā. Subſtantia panis materialis & ſimiliter ſubſtantia vini materialis remanent in ſacramento altaris, contra ſecundā. Accidentia panis non manent ſine ſubiecto in eodē ſacramento, contra tertiā. Quæ ſentētiæ & propoſitiones quàm ſint aduerſæ fidei, quàm ſint blaſphemæ in Deum vtpote eiuſdem omnipotentiæ, ſummæ ſapientiæ, & ſummæ bonitati derogātes quàm ſint piarum auriū offenſiuæ, quantū derogent ipſius Eccleſiæ Catholicæ & ſacramentorū eiuſdē dignitati, quis ſufficiat enarrare, cum etiam horror ſit nedum

loqui

Digitized by Google

loqui aut audire tantas in Deum & Eccleſiam blaſphemias, ſed nec etiam piis mentibus cogitare: O hominem iniquitate plenum, omnium errore ſeductum, omni inuidia ſauciatum, omni blaſphemia ſordidatum: tibi profecto competit illa Apoſtoli ſententia quam actuum 14. cap. protulit: *O plene omni dolo, & omni fallacia fili Diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas.*

4. *In ſacramento Euchariſtiæ tria ſunt conſideranda; videlicet, id quod eſt ſacramentum tantùm; id quod eſt res & ſacramentum ſimul; id quod eſt res tantum & nõ ſacramẽtum.*

QVarta ſuppoſitio. Sciendum quod ſecundum Magiſtrum ſententiarū in 4. diſ. 8. in ſacramento Euchariſtiæ tria ſunt conſideranda. videlicet id ꝙ eſt ſacramentū tantū, id ꝙ eſt res & ſacramentū ſimiliter & id ꝙ eſt res tantū & non ſacramentū. Primū eſt ſpecies viſibilis panis & vini quæ poſt conſecrationem manet. Secundum eſt corpus Chriſti verum. Tertiū eſt corpus Chriſti myſticum. Primum dicitur ſacramentum quia ſacræ rei ſignum, huius autem ſacramenti duæ ſunt res, quarū prima eſt contenta & ſignata, atq; ſignificans, & ideo eſt res ſimul & ſacramentum, & hæc res eſt caro Chriſti quā de virgine traxit, & ſanguis quem pro nobis in cruce fudit, quæ res ſignificatur per ſpecies viſibiles panis & vini, & veraciter ſub eiſdem continetur. & hoc corpus Chriſti eſt figura corporis Chriſti myſtici, & ipſum ſignificat. Alia verò res huius ſacramẽti eſt corpus Chriſti myſticū per ipſum ſacramentū, ſignificatum, ſed non contentum ſub eo realiter: nec aliquid aliud ſecundum ſe ex vi huius ſacramenti ſignificans, & ideo eſt res tantum & non ſacramentum. Vnde Innocentius in ſumma de officio miſſæ vbi dicit; tria quippe in hoc ſacramento ſunt diſcreta, videlicet, forma viſibilis, veritas corporis, & virtus ſpiritualis. Forma panis & vini, veritas caro & ſanguis, virtus vnitas & caritas. Primum oculo cernitur, ſecundum anima creditur, tertium corde percipitur. primum eſt

Sacramentum & non res. ſecundum eſt Sacramentum & res. tertium eſt res & non Sacramentum, ſed primum eſt Sacramentum geminæ rei. ſecundum verò Sacramentum vnius eſt & res alterius. tertium verò eſt res gemini Sacramenti. Nam forma panis vtramque carnem Chriſti ſignificat, id eſt verã & myſticam, ſed verã carnẽ continet & ſignificat, myſticam vero ſignificat, ſed non continet. Item ſciendum quod ſecundum prædictam duplicem rem huius Sacramenti, eſt duplex caro Chriſti ſiue corpus, vna quam ſumpſit & traxit de virgine & ſanguis qui fuſus fuit in cruce pro nobis; de hac carne dicitur Lucæ vlt. *Palpate & videte, quia ſpiritus carnẽ & oſſa non habet ſicut me videtis habere.* De ſanguine verò dicit Ioh. 19. *& continuo exiuit ſanguis & aqua.* Alia verò caro & ſanguis Chriſti eſt ſpiritualis & myſtica; id eſt corpꝰ Chriſti myſticum, cuius corporis caput eſt ipſe Chriſtus, reliqui verò fideles ſunt membra, de quo inquit Apoſt. 1. ad Cor. 12. *Sicut enim corpus vnum eſt & membra multa habet, omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum corpus ſunt: ita & Chriſtus, etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus Baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gentiles, ſiue Serui, ſiue Liberi & omnes vno ſpiritu potati ſumus*, & infra: *vos autem eſtis corpus Chriſti & membra de membro*, nec eſt vis quod in prædicta diſtinctione in vno membro dicitur caro, in alio verò corpus: quia in hoc Sacramento idem ſignificant. Vnde & Saluator noſter in inſtitutione huius Sacramenti dixit: *hoc eſt corpus meum*, & Ioh. 5. *caro mea verè eſt cibus.* Corpus etiam myſticum Chriſti dicitur caro Chriſti, vt dicit Magiſter ſentẽtiarum in 4. Hanc diſtinctionem duplicis carnis ſiue corporis Chriſti tangit Auguſtin. 3. de Trinitate, dicens: *Commendauit enim Chriſtus in hoc ſacramento corpus & ſanguinem ſuum, quod etiam fecit & nos ipſos, namq; &*

Duplex corpus Chriſti.

Verum.

Myſticum.

cap. 2.

nos ipſius corpus facti ſumus. Et habetur de conſe. diſtinct. 2. commendauit. Et ſimiliter Hieronymus ſuper Epiſtolam ad Epheſios, & ponitur in gloſſa prima Corinthiorũ ita dicens: *dupliciter intelligitur caro Chriſti & ſanguis, vel ſpiritualis illa atq; diuina de qua ipſe ait: Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Et niſi manducaueritis carnem meam & biberitis meum ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: vel ea quæ crucifixa eſt, & ſanguis qui militis effuſus eſt lancea*: & ponuntur hæc verba de conſecrat. diſtinct. 2. dupliciter: huius itaque geminæ carnis Chriſti ipſa viſibilis ſpecies ſacramentum eſt, quia vtramque ſignificat & vtriuſque ſimilitudinem gerit. Sicut enim panis præ cæteris cibis corpus reficit & ſuſtentat, vinum hominem lætificat atque inebriat: ſic vera caro Chriſti & eius ſanguis plus cæteris ſacramentis, gratiis interiorem hominem reficit & ſaginat. Similiter ſicut ex multis granis perficitur vnus panis, & ex plurimis racemis vinum in vnum confluit: Sic ex multis fidelium perſonis, vnitas Eccleſiaſtica conſtat, & conſtituitur corpus Chriſti myſticum. vnde Apoſtolus prima Corinth. 10. dicit: *vnus panis & vnum corpus multi ſumus.* ſuper quo & Auguſtinus: vnus panis & vnum corpus dicitur Eccleſia pro eo, quod ſicut vnus panis ex multis granis & vnum corpus ex multis membris componitur, ſic Eccleſia ex multis fidelibus caritate copulante connectitur. Similiter ipſa vera caro Chriſti aut eius verus ſanguis, eſt carnis Chriſti myſticæ & ipſius ſanguinis myſtici ſignum & ſacramentum. Sicut enim vera caro Chriſti ex multis membris puriſſimis & immaculatis conſtat, ſic caro Chriſti myſtica, quæ eſt ſocietas Eccleſiaſtica ex multis perſonis à criminali macula, erroris ſcilicet vel operis liberis conſiſtit.

Quinta

Digitized by Google

5. QVinta ſuppoſitio: quod ſecundum tria prædicta quæ in hoc ſacramento attenduntur, triplex eſt manducatio huius ſacramẽti & ſumptio. Scilicet ſpecierũ, veræ carnis Chriſti, & ipſius carnis myſticæ. Prima manducatio eſt purè corporalis, qua hoc ſacramentum comeſtum maſticatur & in ſtomachum trahitur, & ſimiliter bibitũ, & poſtea digeritur, & vltimò in ſubſtantiam ſumentis conuertitur. Et ſic verè manducantur & bibuntur illæ ſpecies, ſub quibus veraciter continetur verum corpus Chriſti. Alia verò manducatio eſt ſumptio veri corporis & ſanguinis Chriſti ſub dictis ſpeciebus panis & vini contentis. Et hæc manducatio dicitur ſacramentalis, de qua dicitur Matth. 26. *Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum*; & ibidem: *bibite ex hoc omnes*. Et iſta manducatio fit dupliciter. Vno modo in ſacrificii oblatione. Lucæ 22. *hoc facite*, id eſt conficite, *in meam commemorationem*, & ſic fit ſub duplici ſpecie. Alio modo fit in laica ſiue in ſimplici communione. Et illa ſecundum diſpoſitionem & obſeruantiã Eccleſiæ fit ſub vna ſpecie tantum. Et prædictæ duæ manducationes pertinent ad os corporis. Tertia manducatio & bibitio eſt ſpiritualis, & hæc ad os animæ pertinet. Et hæc eſt duplex ſecundũ quod duplex eſt res huius ſacramenti. Prima primæ rei ſcilicet veræ carnis & veri ſanguinis Chriſti, & hæc eſt deuota cogitatio ſeu meditatio paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſiue ipſius Chriſti ſecundum quod ſub hoc ſacramento continetur, cum vero ſuo corpore & ſanguine, in quo multiplicem ſuſtinuit paſſionem & quem pro nobis in ara crucis fudit. Et hanc ipſam cogitationem ſeu meditationem ſequitur ipſius recogitantis vnio transformatiua ad ipſum cogitatum per actum amoris. Vnde ad hanc manducationem ſpiritualem ſicut in

Triplex eſt manducatio huius ſacramenti, ſpecierum, veræ carnis Chriſti & carnis myſticæ.

Prima purè corporalis.

Secunda, ſacramentalis.

Tertia ſpiritualis quæ duplex eſt.

Differentia harum manducationum.

corporali, duo requiruntur: ſcilicet maſticatio & incorporatio. Primò enim requiritur quod homo in fide vera recogitet deuotè paſſionem Chriſti, cuius memoriale eſt hoc venerabile ſacramentum, & hoc ſufficit quo ad minores ſeu vulgares. Sed quo ad maiores, vltra hoc requiritur, quod deuotè recogitent quomodo ſub illis ſpeciebus eſt realiter & verè corpus Chriſti, Deus & homo, cum ſuo ſacratiſſimo corpore, quod pro nobis expoſuit tam multiplici paſſioni. Et quod illud ex ineffabili ſua bonitate dedit nobis in cibum animarum noſtrarum & cætera, quæ in hoc ſacramento mirabilia opera pietatis continentur. Et talis deuota recogitatio maſticationi correſpondet. Secundò requiritur quod recogitans vniatur per actum amoris ipſi cogitato ſcilicet Chriſto Domino, & in ipſum per amorem quantum poteſt transformetur. Et hoc incorporationi correſpondet. Secunda manducatio ſpiritualis, quæ in hoc ſacramento tertiò principaliter attenditur, & bibitio, quæ eſt ſecundæ rei, eſt conſecutio vnionis ſeu adeptio per fidem & caritatem ad membra Eccleſiæ & cum Chriſto capite, quam vnionem tam ſacramentum quàm prima res huius ſacramenti ſignificat. Differentia inter prædictas manducationes eſt, quia prima habet veram & omnimodam rationem corporalis manducationis, vt dictum eſt, cæteræ verò non: quia caro Chriſti vera ſumpta ſacramentaliter, nec laceratur dentibus, nec ſecundum ſaporem guſtum immutat, nec conuertitur in corporale manducantis nutrimentum. Similiter nec aliæ duæ ſpirituales, quia nec Chriſtus dum recogitatur eius paſſio, aut dum ſibi mens vnitur per amorem, comeditur, aut materialibus dentibus premitur; nec ſimiliter corpus Chriſti myſticum dum quis ſibi vnitur per fidem & caritatem: intelliguntur tamẽ & dicuntur prædictæ manducationes per aliquam ſimilitudinem ad manducationem corporalẽ. Sicut enim cibus corporalis nutrit, augmentat, reficit, confortat, & ſuſtentat corpus, & vitam conſeruat: ſic & ſumptio corporis Chriſti ſiue veri in ſacramento, & recogitati per deuotionem; ſiue etiam myſtici per fidei & caritatis vnionem, animam nutrit, augmentat, & conſeruat in vita ſpirituali, differunt tamen & per contrarium ad manducationem corporalem, quia cibus corporalis ſumptus in ſumentem & manducantem conuertitur. Sed Chriſtus dignè ſumptus, ſiue ſacramentaliter, ſiue ſpiritualiter, non in ſuſcipientem conuertitur, ſed potius ipſe ſumens in Chriſtum transformatur, ſiue conuertitur. Vnde Auguſtin. in libro ſuarum confeſſionum dicit: *Quaſi audirem vocem Dei de excelſo dicentem: cibus ſum grandium, creſce & manducabis me, nec tu me mutabis in te ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me.* Similiter in manducatione corporis myſtici, ſumens non ſibi corpus myſticum incorporat, ſed potius ipſi corpori myſtico & Chriſto capiti coniungitur & in ipſum transformatur & incorporatur. Item differentia eſt inter manducationem ſacramentalem & ſpiritualem: quia manducatio veræ carnis fit ore corporali, vt dictum eſt, ſub ſpeciebus ſacramentalibus: manducatio verò ſpiritualis fit ore animæ ſiue intellectu & voluntate, per fidem & caritatem. Per hæc enim habitat Chriſtus in nobis & nos in ipſo tamquam membra coniuncta capiti, ſecundum illud ad Epheſ.3. *Habitare Chriſtum per fidem in cordibus noſtris*, & prima Ioh.4. *Deus caritas eſt & qui manet in caritate in Deo manet & Deus in eo.* Prima manducatio poteſt eſſe bona & digna, & etiam indigna, & tunc ad iudicium, ſecunda autem ſemper eſt bona. Prima exigit ſecundam, vt ſit ad

Digitized by Google

Neceſſitas reſpectu finis triplex.

Abſoluta.

Ex ſuppoſitione.

Ex vtili & faciliori modo.

ſalutē, ſecunda eſt ſola ſufficiens & neceſſaria ad ſalutē. Prima vocatur ſacramentalis, ſine qua multi Martyres ſancti & paruuli ſaluati ſunt. Secunda verò vocatur ſpiritualis, ſine qua nullus ſaluatur. Vltimò notandum eſt, quod licet neceſſarium ſiue neceſſitas tam à Theologis quàm à Philoſophis & præcipuè ab Ariſtotele in quinto Metaphyſicæ, multipliciter diſtinguatur, tamen quantum ad præſentem ſpectat materiam neceſſarium reſpectu finis eſt tripliciter diſtinguendum, quia aliquid dicitur neceſſarium reſpectu finis ſimpliciter & abſolutè, id ſcilicet, ſine quo nullo modo poteſt finis obtineri. Alio modo ex conditione ſiue ex pacto, ſiue ex ſuppoſitione. Tertio modo neceſſarium accipitur pro vtili & expedienti: ſicut reſpectu finis qui eſt æterna felicitas, conſequendi, aliquid dicitur neceſſarium eſſe abſolute & ſimpliciter, ſcilicet ipſa diuina volitio, ſine qua impoſſibile eſt ſimpliciter & abſolutè dictam felicitatē conſequi. Aliquid ex ſuppoſitione, & ex communi lege, ſicut eſt Baptiſmus, de quo habetur Ioh. 3. *niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt intrare in regnū Dei.* Qui quidem baptiſmus non eſt ita neceſſarius ad conſequendum vitam æternam ſicut diuina volitio, quia Deus non ſic ſuam potentiam alligauit ſacramentis, vt ſine ipſis non poſſit aut non valeat dare & conferre vitam æternam cui voluerit. Aliquid autem dicitur eſſe neceſſarium reſpectu dicti finis non ſimpliciter & abſolutè, nec ex ſuppoſitione, ſed ſecundum quid, quia etiam ſine eo poteſt finis obtineri, licet non ita expeditè & de facili: cuiuſmodi dicimus conſilia Chriſti eſſe neceſſaria, id eſt vtilia ad æternam vitam conſequendam, quia per ipſa facilius & expeditius ad dictum finem poteſt homo peruenire.

Digitized by Google

IStis præſuppoſitis: venio ad ſecundam partem principalem propoſitę quæſtionis, videlicet ad proponendas concluſiones, pro eiuſdem quæſtionis deciſione, & erũt tres in numero tantummodò, quarum prima ſit iſta: Cōmunio diuiniſſimæ Euchariſtiæ ſub ſpecie vtraq; ſcilicet panis & vini, toti credentium populo non eſt neceſſaria, primò modo accepta neceſſitate. Secunda concluſio: cōmunio diuiniſſimæ Euchariſtiæ ſub ſpecie vtraq; panis ſcilicet & vini, non eſt neceſſaria toti credentium populo, ſecundo modo accepta neceſſitate, nec à Domino præceptá Saluatore. Tertia concluſio: communio diuiniſſimæ Euchariſtiæ ſub ſpecie vtraq; panis ſcilicet & vini conſuetudine & ſtatuto Eccleſiæ ſtantib⁹ in oppoſitũ non eſt multũ vtilis nec ſaluti expediens toti credentium populo, imo eſt multũ inutilis eidem & nociua. Probationi primæ cōcluſionis nō intendo inſiſtere, cùm ſit quaſi per ſe nota, quia Deus non alligauit ſuam potentiā ſic ſacramentis, vt abſq; illis non poſſet & valeat ſaluare, cum voluerit, niſi forte aliquis VVichleſiſta vellet dicere, quod omnia ex neceſſitate proueniant. Ex quo ſequeretur ꝙ ſolùm per hanc viam ſacramentorũ Deus poſſet ſaluare & non aliter, à quo errore peſtifero quia video magiſtrũ Ioannē qui hunc articulum propoſuit longè remotè poſitũ, Idcirco in hac materia me non extendo, ſed pergo ad 2. quæſt. in qua conſiſtit pondus belli, diei & æſtus: q̄ iterum replico, videlicet cōmunio diuiniſſimæ Euchariſtiæ ſub ſpecie vtraq; panis ſcilicet & vini, nō eſt neceſſaria toti credentiũ populo, ſecũdo modo accepta neceſſitate, nec à Domino p̄cepta Saluatore: ꝓbatur hæc cōcluſio ſic. laicis & nō conficiētib⁹ ſufficit ad ſalutē ſumere prædictũ ſacramētũ ſub vna ſpecie, ergo nō eſt de neceſſitate ſalutis neq; de pręcepto Chriſti ſumere ſub vtraq;.

Communio diuiniſſimæ Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie, ſcilicet panis & vini, toti populo credentium non eſt neceſſaria, primo modo accepta neceſſitate Nec Secundo modo eadem communio ſtantibus conſuetudine & ſtatuto Eccleſiæ in oppoſitum, non eſt multum vtilis vel expediens.

Probatio primæ concluſionis.

Probatio ſecundæ concluſionis per legem diuinā.

conſequentia nota eſt, quia ſi vna ſufficit, ſequitur quod altera non ſit neceſſaria neq; de præcepto Chriſti, vt patet ex rationibus ſufficientiæ, & neceſſarij atq; præcepti. Aſſumptum probatur primò per legem diuinam, deinde per praxin Chriſti, per praxin Apoſtolorũ & primitiuæ Eccleſiæ, tertio per ſacra generalia concilia. Quarto per dicta ſanctorum doctorum veraciter ſe in lege diuina fundantium: Pòſt ſubiungentur cauſæ aliquæ & rationes pro concluſione intenta. Et primò per legem diuinam tam noui quã veteris teſtamenti. Nam in noua lege Chriſtus loquens de hoc ſacramento ſecundum intentionem aduerſariorum, Ioh. 6. quindecim vicibus vel forte pluribus fecit mentionem de hoc ſacramento diuiniſſimo, de pane quidem & de manducatione tantum vndecim vicibus, de manducatione verò carnis & bibitione ſanguinis quater. De vino verò in toto ꝓceſſu illo nõ fecit mentionẽ, ad oſtendẽdum manifeſte, ꝙ ſumere ſub altera ſpecie tantum, ſcilicet ſub ſpecie panis, ſufficit ad ſalutem, & quod ſub ipſa ſpecie panis continetur vera caro Chriſti, & verus ſanguis ipſius. vnde inquit, *Operamini cibum qui non perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quẽ filius hominis dabit vobis, hunc enim pater ſignauit Deus.* Ecce primum teſtimoniũ in quo nullam mentionem facit de potu, & dicit cibum permanere & ſufficere in vitam æternam. Item *non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, &c.* Ecce ſecundum teſtimoniũ in quo hic cœleſtis panis præfertur mannæ dato per Moyſen, quod inter huiuſmodi cibos corporales habebat omnem ſaporem ſuauiſſimum, nec erat verus panis, & quod hic ſcilicet, de quo Chriſtus loquitur, eſt panis verus: vbi iterũ nulla mentio fit de potu, aut de vino. Item *panis enim verus eſt qui de cœlo deſcendit & dat vitam mundo.* Ecce tertium teſtimoniũ de pane qui

Chriſtus Ioh. 6. 15. vicibus fecit mentionem de hoc ſacramento, de pane in manducatione vndecies, de carne & ſanguine quater, de vino nunquam.

dat vitam mundo & nihil dicit de vino: Item: *ego ſum panis vitæ, qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me non ſitiet vnquam.* Ecce quartum teſtimonium de pane vitæ manifeſtiſſimum, qui non ſolum tollit eſuriem, ſed etiam ſitim vt eadem ratione ſicut cibus dicitur, & eſt, ſic etiam & potus dicatur. Item quinto: *ego ſum panis vitæ: patres veſtri manducauerunt manna in deſerto & mortui ſunt.* Ecce iterum dicit ſe panem vitæ & nulla mentio fit de vino. Item ſexto: *hic eſt panis de cœlo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur:* Item ſeptimo: *ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.* Item octauo: *& panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita* Item nono: *Amen amen dico vobis niſi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius ſanguinem, nō habebitis vitam in vobis.* vbi primò incipit mentionem facere de bibitione ſanguinis, nullam tamen mentionem faciens de ſpecie vini. Item decimo: *qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam.* Item vndecimo: *caro mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus.* Item duodecimo: *qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in eo,* in quibus ſolum quatuor locis mentio fit de potatione ſanguinis, & nullo modo de potatione vini. Et cum ſub ſpecie panis contineatur totus & integer Chriſtus, manifeſtum eſt, quod qui ſumit ſub vna ſpecie, ſumit vtrumq;, ſcilicet carnem & ſanguinem, & adimplet Domini mandatum: *niſi manducaueritis, &c.* Dato quod de ſacramentali ſumptione intelligeretur. Deinde redit ad priſtinum modum loquendi ſcilicet de ſolo pane, vnde ſubiungit tertio decimo loco: *ſicut miſit me viuens pater & ego viuo propter patrem. & qui manducat me & ipſe viuit propter me.* Et iterum quarto decimo: *hic eſt panis qui de cœlo deſcendit, non ſicut manducauerunt patres manna in-*

na in deſerto & mortui ſunt. & concludit finaliter: *qui manducat hunc panem viuet in æternum.* ecce quoties Chriſtus fecit mentionem de pane & nullam de vino: & quod qui manducat hunc panem viuet in æternum. Vnde cum in toto illo proceſſu Euangelico nullam facit mentionem de vino, ſed ſolum de pane, manifeſtum eſt ꝙ ſumptio iſtius ſacramenti ſub ſpecie panis ſufficit ad ſalutē, cui pœnè in ſingulis clauſulis vitam vel æquiualēs tribuit, quem vtiq; qui manducat, veram Chriſti carnem mãducat, & verum ipſius ſanguinem bibit, etiam ſi nunquã de vino guſtet. vnde & illud Chriſti pręceptum implet; ſi tamen de ſacramentali ſumptione intelligatur. *Niſi mãducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*: quia ſumendo tantum ſacramentum panis, ſumit verè vtrumque, cum vtrumque ſub altera ſpecie contineatur. Vnde ſanctus Thomas in Poſtilla ſuper Iohannem ſuper eodem verbo. *Niſi &c. ſolus Sacerdos communicat ſanguini, nec tamen eſt contra ſententiã Domini quia qui communicat corpori, communicat etiam ſanguini, cum ſub vtraque ſpecie totus Chriſtus contineatur, etiam quantum ad corpus & quantum ad ſanguinem.* Hæc ille. Si enim Chriſtus prædicto mandato voluiſſet ad vtramque ſpeciem obligare fideles, procul dubio ſicut panem totiens nominauit & expreſſit, ita & vinum alicubi in prædicto proceſſu nominaſſet, ꝙ minimè fecit. *V*nde in hoc decipiuntur aduerſarii quia arguunt à contento ad continēs, & præceptū ꝙ determinat contentū & rem illius ſacramenti, trahunt ad continens, ſcilicet ſpecies, quę ſunt ſacramentū tantū. Chriſtus ſiquidem poſuit præceptū ad carnē & ſanguinē dicens: *niſi manducaueritis, &c.* & ipſi trahunt ad panem & vinum. Vlterius, manifeſta in prædicto proceſſu Euangelico & verbis Chriſti cõtradictio implicaretur ſi illa auctoritas: *niſi manducaueritis &c.* eſſet obligatiua de neceſſitate & de præcepto Chriſti, quo ad omnes ad vtrāq; ſpeciē, & ſic in vno illorū cōtradictorū prima & ſumma veritas non diceret verū, ꝙ nullo modo eſt dicendum: patet tamen ſequela. Nam Chriſtus in prædicto ꝓceſſu præmiſit: *ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum*, & iterum: *ſi quis ex ipſo manducauerit, non morietur.* Et ne cuncta replicē, ita concluſit in præmiſſis: *qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Ex quibus patet quod ad vitam habendam ſufficit ſumptio huius ſacramenti ſub ſpecie panis. Si autem ex oppoſito illa auctoritas; *niſi manducaueritis carnem filii hominis &c.* vt aduerſarius dicit, obligat ad ſumendum panem & vinum, ſequitur expreſſa contradictio, quia, ſufficit ſumere panem ad ſalutem, & non ſufficit ſumere panem ad ſalutem, quia ad hoc vinum requiritur: contradicunt. quod nullus ſanæ mentis diceret. Et confirmatur. Nam in prædicto proceſſu pro eodem accipit panem carnem ſuam, carnem & ſanguinem, & ſe ipſum, & ad omnia prædicta idem præmium appoſuit. Nam dixit primo: *ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Et declarans quis eſſet ille panis, ſubiunxit: *& panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita.* Et iterum. *Qui manducat me & ipſe viuet propter me.* Ex quibus patet quod idem ſunt prædicta quatuor, ex quo idem præmium omnibus apponitur. Nam manducare panem, manducare carnem & manducare carnem ſimul & ſanguinem bibere, nihil aliud ſunt quàm manducare ipſum Chriſtum, quod erat vltimum, quia ſiue ſub ſpecie panis, ſiue ſub vtraq; ſumatur Chriſtus, in tali ſumptione nihil confert vitam niſi Chriſtus, qui ſub illis ſpeciebus continetur & ſumitur. Et ſic de primo &c.

ITem ſecundo principaliter probatur idem ex lege Chriſti, Lucæ 11. cum Diſcipuli peterent vt eos Chriſtus orare doceret, ait: *cum oratis dicite: pater noſter qui es in cælis &c. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie &c.* Et Matth. 6. dicitur: *Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie*, quod vtiq; principaliter & ſpecialiter de pane huius ſacramenti intelligendum plurimi ſanctorum doctorum expoſuerunt, qui materiam in nobis non ſubſtantialem, ſed ſuperſubſtantialem ſcilicet gratiam auget & augmentat. Vnde Hieronymus dicit: *quando petimus vt peculiarem vel præcipuum nobis Deus tribuat, panem, illum petimus qui dicit: ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi.* Et beatus Cyprianus *panis vitæ Chriſtus eſt, & panis hic omnium nō eſt, ſed noſter eſt, hunc autem panem dari nobis quotidie poſtulamus. Ne qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliquo grauiori delicto dum abſtentè & non communicantes à cæleſti pane prohibemur, à Chriſti corpore ſeparemur. petimus ergò, vt qui in Chriſto manemus & viuimus, à ſanctificatione eius & corpore non recedamus.* Beatus quoq; Auguſt. in libro de bono perſeuerantiæ. *perſeuerantiam ergo à Domino petunt ſancti, quando petunt ne à corpore Chriſti ſeparentur, ſed in ea ſanctitate permaneant qua nullum quo inde ſeparari mereantur, crimen admittant:* & in collationibus Patrum dicitur: *cum dicit hodie, oſtendit eum quotidie eſſe ſumendum & heſternam præbitionem eius non ſufficere, niſi hodie quoq; ſimiliter fuerit attributus; omniq; tempore hanc orationem debere profundere, indigentia eius quotidiana commonet. quia non eſt dies in quo non opus ſit nobis huius eſu ac perceptione cor interioris noſtri hominis confirmare.* prædictas auctoritates adducit ſanctus Thomas in gloſ. continua ſuper Matthæum. Titus etiam dicit: *panis ille medicina animarum eſt, deferens vitam per hominem, hunc ergo quotidie accipe, vt tibi quotidie proſit:*

Cyp. de oratione Dominica.

Auguſt. de bono perſeuerantiæ c. 4.

Coll. 9. c. 2.

ſit: ſic viue, vt quotidie merearis accipere. & Lyra tractans illud Matthæi 6. *panem noſtrum quotidianum*, dicit: *Omnia ſacramenta ordinantur ad hoc ſacramentum, quomodo petimus quando dicimus: panem noſtrum ſuperſubſtantialem. Dicitur autem ſuperſubſtantialis, quia tranſcendit vitam corporalem, & perducit ad vitam æternam.* Ioh. 6. *Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. & petendo hoc ſacramentum, petimus omnia alia quæ ordinantur ad ipſum:* Et ſubdit Lyra: *Lucas Euangeliſta 5. capitulo vocat eum panem quotidianum quia quotidie ipſum ſumimus per miniſtros Eccleſiæ qui hoc ſacramentum percipiunt pro ſe & pro tota cõmunitate.* Ex quorum Doctorum auctoritate patet quod in prædicta oratione Dominica per panem quotidianum & ſuperſubſtantialem intelligitur corpus Chriſti, quod in ſacramento altaris accipimus, quod docet nos Saluator petere ab eo. Cùm igitur in prædicta oratione Chriſtus nullam fecit mentionem de potu aut de vino, ſed tantummodo de pane, manifeſtum eſt quod ſufficit ſpecies panis tantum, alioquin inſufficienter Chriſtus ſuos docuiſſet orare Diſcipulos. Item Ioh. 1. dicitur. *Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi.* Vbi per Auguſtinum ſecundum omnes Doctores intelligitur Chriſtus, qui figurabatur per agnum paſchalem comeſtum in figuram commeſtionis huius ſacramenti. & ſic Euchariſtiæ ſacramentum hoc in loco ſub vna ſpecie ſcilicet cõmeſtibili exprimitur. Item Lucæ quintodecimo habetur de prodigo, quod ei pater occidit vitulum ſaginatũ, per quem Chriſtus ſignificatur: propter gratiæ pinguedinem, qui vitulus occiſus manducabatur, nulla mentione facta de bibitione, & licet fortè biberent, non tamẽ fit mentio, tamquã de impertinenti, ſicut nec de lotione & de aliis quæ in huiuſmodi conuiuiis ſolent accidere &

fieri, tamquam de impertinentibus ad intentionem propoſitam: vbi inquit Lyra: Adducite vitulum ſaginatũ vt epulemur, & occidite vt manducemus, id eſt ſacramentũ Euchariſtiæ fidelib⁹ miniſtrate, in quo immolatur Chriſtus, qui eſt vitulus ſaginatus propter gratiæ pinguedinẽ, & manducemus, quia in primitiua Eccleſia nõ ſolum miniſtri Eccleſiæ ſumebant hoc ſacramentum, ſed etiam omnis populus quotidie, vt habetur actuum 2. *Erant perſeuerantes in fractione panis.*

Ex doctrina Apoſtolica.

Item tertio ex doctrina Apoſtolica. 1. Corinth. 5. inquit Apoſtolus: *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus*, per quem tranſire debemus de hoc mundo ad patrem, vt dicit gloſſa. Immolatus eſt, quem ſcilicet edere debemus. Vbi Apoſtolus non dicit, immolatum eſt vinum, quod bibere debemus. vnde & ſubdit poſt modum: *itaque epulemur*, & non dicit, bibamus, *in azymis ſinceritatis & veritatis*, vbi nullam mentionem facit de vino aut de potu, ſed ſolum de pane azymo, ſecundum quod Eccleſia Romana conficit. Item Apoſtolus 1. Cor. 11. in fine cap. *Itaq; fratres mei cum conuenitis ad manducandum*, *inuicem exſpectate. Si quis eſurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniatis.* Qui textus ſecundum gloſſam Ambroſii ſic exponitur: itaq; fratres mei, cùm conuenitis in vnum ad ſimilitudinem cœnæ Dominicæ ad manducandum, ſupple, corpus Domini, inuicẽ exſpectate, ſupple, ieiuni, dũ omnes conueniant, vt multorum oblatio ſimul celebretur. Si quis autem eſurit, ſupple & impatiens, non vult exſpectare, domi manducet, ſcilicet ſuos cibos, id eſt, pane terreno paſcatur, nec poſtea Euchariſtiam ſumat, vt non in iudicium, ſupple, damnationis, conueniatis. Ecce quàm apertè & notanter Apoſtolus, licet in præcedentibus locutus fuerat de modo quem Chriſtus tenuerat in

Digitized by Google

vltima cœna quando Apoſtolos in Sacerdotes ordinans cõmunicauit ſub duplici ſpecie, in ſola mãducatione, ſui ſermonis iam poſuit finem, nullam faciens mentionem de bibitione, ad manifeſtè oſtendendum quod ſufficit ſub ſpecie panis & per modum manducationis non conficientibus hoc ſacramentum ſumere.

Item quarto ex lege diuina veteris teſtamenti. Manifeſtum eſt enim ſecundum Apoſtolum, quod omnia vel plurima veteris teſtamenti contingebant in figuram eorum quæ ſunt in nouo teſtamento: *omnia*, inquit, *in figuram contingebant illis*, vnde & huius ſacramenti quod eſt præcipuum & potiſſimum, atque finis omnium aliorum ſacramentorum nouæ legis, plures figuræ præceſſerunt. Inter quas ſunt tres præcipuæ ſecundum Magiſtrum ſententiarum in quarto Diſtin. 8. videlicet panis & vini oblata per Melchiſedech ſub lege naturæ, agnus Paſchalis, & manna ſub lege Moſaica. Sed panis & vinum, oblata per Melchiſedech ſummum Dei Sacerdotem, Geneſ. 14. qui Chriſtum præfigurauit, vt dicit Apoſtolus. Hebr. 7. Hic enim Melchiſedech Rex Salem, Sacerdos Dei ſummi, qui obuiauit Abrahæ regreſſo à cæde regum, & benedixit ei, cui decimas omnium dimiſit Abraham. Primum quidem quia interpretatur rex iuſticiæ, deinde autem & rex Salem, quod eſt rex pacis, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neq; initium dierum, neq; finem habens, aſſimilatus autem filio Dei, manet Sacerdos in æternum, de quo & iam ait Ambroſius ſuper illud Matth. 26. accipite & comedite. *Chriſtus*, inquit, *ſuis Diſcipulis obtulit in cœna, quod Melchiſedech repræſentat in figura.* Et idẽ in libro de ſacramentis, & allegatur per Magiſtrum ſententiarũ in Diſ. 8. *Ex hoc accipe anteriora eſſe ſacrificia Chriſtianorũ quã Iudæorũ, obtulit enim*

Ex lege diuina veteris teſtamenti.

1. Cor. 10.

Lib. 4. c. 3.

Melchi-

In cap. Matt. 26.

Pſal. 77.

Melchiſedech panem & vinum ſimilis per omnia filio Dei, cui dicitur: tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, & beatus Hieronymus ſuper illo: *Cœnantibus illis accepit*, dicit: poſtquam typicum paſcha fuerat impletum, & carnes agni cum Apoſtolis commederat, ad verum paſchæ transgreditur ſacramentum, vt ſicut in præfiguratione eius Melchiſedech ſummi Dei Sacerdos panem & vinum offerens fecerat, ipſe quoq; veritatem ſui corporis & ſanguinis ſic figuratum repræſentaret. Per hunc itaq; Melchiſedech panis & vinum oblata, non leguntur à populo ſub vtraq; ſpecie ſumpta, ſed ſolum per Melchiſedech oblata. Sic etiam hodie ſolum Sacerdos celebrãs ſumit ſub vtraq; ſpecie. Similiter nec agnus paſchalis ſumptus reperitur cum vino vel huiuſmodi bibitione, ſed comeſtus, & licet fortè biberent, non tamen bibitio cadebat ſub præcepto. Similiter manna omne delectamentum in ſe habens, ſine præcepto bibitionis ſumebatur quod quidem manna in ſcripturis panis angelorum & eſca nominatur. Vnde Sapientiæ 16. *Eſca angelorum nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cœlo præſtitiſti eis ſine labore omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem*, & in Pſalmo: *panem cœli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo.* In quibus nulla mentio fit de vino aut de potu. Inſuper ſanguis in veteri teſtamento oblatus Domino in altari & non populo viſus eſt immolari. Vnde Leuitici primo dicitur Sacerdotibus, *ſanguinem fundentes per altaris circuitum*, & quarto ibidem; *pro peccato Sacerdotis vel etiam totius multitudinis Sacerdos offerat vitulum, cuius ſanguinem aſpergat contra velũ ſanctuarii, & de eodem ponat ſuper cornua altaris, reſiduum fundendo in baſim altaris holocauſti.* & 17. ibidem dicitur: *Sanguinem dedi vobis vt ſuper altare meum expietis pro animabus veſtris:* in cuius etiam ſignum ſoli Sacerdotes veteris teſtamenti vtebantur libaminibus & his ſacrificiis, quæ fiebant ex fluida materia, ſcilicet oleo & vino. Item primo Reg. 2. cap. quidam Sacerdos in deſiderio populi & omniũ non ſacrificantium hunc cibum deſiderantium dicebat & petebat: *dimitte me obſecro ad vnam partem Sacerdotalem vt comedam buccellam panis:* duæ enim partes ſunt Sacerdotis ſacrificantis & conficientis, ſcilicet panis & vinum, & ſub ambabus & ſub qualibet ipſarum totus & integer Chriſtus. populus itaq; nõ ad ambas partes Sacerdotis, ſed ad vnam petit & obſecrat admitti, & ad eam quæ eſt ſub ſpecie panis, ad quam vtiq; admittitur, vt buccella corporis Dominici ſatietur. Huius inſuper figura præceſſit, vt inquit Albertus Magnus, in tractatu de officio miſſæ, in tribus ſatis farinæ Geneſ. 18. cùm Abraham ſederet in oſtio tabernaculi ſui, vidit tres angelos deſcendentes per viam, quibus tria ſata farinæ ſimilæ cõmixta parari fecit in ſubcinericios & azimos panes, per quod innuitur laicos ſolum ad vnam ſpeciem debere admitti, eo quod de vino nullam mentionem facit. tria verò ſata fuiſſe narrãtur propter triplicem ſubſtantiam quæ in hoc ſacramẽto continetur, ſcilicet corpus, anima, & deitas. Similiter in comeſtione Heliæ huiuſmodi manducationis ſacramentalis expreſſiſſima figura præceſſit, quando ſubcinericium panem comedit cum potu aquæ, nulla facta mentione de vino, in cuius cibi fortitudine, ambulabat quadraginta diebus & noctibus. Patet igitur ex lege diuina tam noui quàm veteris teſtamenti, quod communicare laicos aut non conficientes, ſufficit ſub altera ſpecie tantum, ſcilicet panis, & per conſequens non eſſe de neceſſitate ſalutis, ſiue de præcepto Chriſti, ſumere ſub vtraque.

3. Reg. 19.

Digitized by Google

Ex praxi Chriſti.

SEcundo principaliter probatur ex praxi Chriſti, & primò quia in toto Euangelio non reperitur, quod Chriſtus communicauit aliquem laicum ſub vtraq; ſpecie, ſed tantũmodo duodecim Apoſtolos, vt patet Ioh. 12. vbi duodecim Apoſtolorum pedes lauiſſe fertur, & Marci 14. vbi dicitur quod veſpere facto venit cum duodecim Apoſtolis, & Lucæ 22. *cum facta fuiſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo.* Quos duodecim ante in ſacerdotes ordinauit, vt dicunt cõmuniter doctores omnes, in eadem cœna, per illa verba; *accipite, hoc eſt corpus meum, & hoc facite in meam commemorationem.* & poſtmodum eos communicauit, & licet pro tunc ſolus Chriſtus conficeret, & non Apoſtoli, tamen communicauit eos ſub vtraq; ſpecie non vt laicos, ſed vt Sacerdotes, dans eis exemplũ & doctrinã, qualiter & ipſi conficientes conficere & ſumere deberent. Prȩterea ſi huiuſmodi cõmunio ſub vtraq; ſpecie fuiſſet de neceſſitate ſalutis, nequaq̃ matrẽ alioſq; vtriuſq; ſexus caros, qui ipſum Dominũ & mentis & corporis paſſibus ſequebantur, à prædicta cõmunione excluſiſſet, ꝙ tamẽ videtur feciſſe, cum exceptis duodecim, vt dictũ eſt, non legantur dictæ cœnæ interfuiſſe. Itẽ hoc idem patet ex ſatietatibus Chriſti, quibus ſatiauit turbas & Diſcipulos ſuos ante & poſt ſuam reſurrectionẽ. Scribitur etenim Matth 14. & Ioh. 6. quod Dominus ſatiauit quinq; millia hominũ de quinq; panibus & duobus piſcibus. & Marci 8. habetur, quod ſatiauit quatuor millia de ſeptem panibus, in quibus ſatietatibus nulla mentio fit de potu aut vino ſiue aqua aut quocunque alio liquore. Et licet non habeatur ex textu, quod ſatietates prædictæ fuerint de pane veraciter tranſubſtantiato in corpus Chriſti, tamen veraciter tenendum eſt quod ille panis diuina potentia multiplicatus, & tam mirabiliter ſater ſatians corpora manducantium, typum & figuram gerebat huius ſanctiſſimi panis, qui de cœlo deſcendit & dat vitam mundo. quia ſicut ille panis ineffabili quadam ſuauitate refecit manducantium corpora, & in quadam admiratione omnes ſuſpendit, ita vt quærerent ipſum regem facere, & vt ipſum ſequerentur: ſic iſte panis cœleſtis & ſuperſubſtantialis replet ineffabili ſuauitate animas ſe dignè ſumentes, & eas ſic in ſui amorem & admirationem conuertit, vt nil præter Chriſtum in cordibus ipſorum regnare permittant. ſicque ipſas trahat, vt omnibus poſtpoſitis, currant in odorem vngentorum ſuorum. vnde Chriſtus Iohan. 6. loquens de prædicta ſatietate corporali, ait: *Amen Amen dico vobis, quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus & ſaturati eſtis.* & ſtatim pòſt ſubiunxit loqui de hoc ſacramentali & ſpirituali pane, ſi tamen de ſacramentali intelligatur, vt per prædictam ſatietatem corporalem manuduceret nos in ſocietatem ſpiritualem huius ſanctiſſimi panis, de quo ſtatim ſubiunxit: *operamini nō cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit.* Item poſt paſſionem ſuam, & habetur Lucæ vltimo: *& factum eſt cum diſcumberet IESVS in Emaus*, cum illis ſcilicet duobus Diſcipulis Cleopha & alio. *accepit panem benedixit & fregit & porrigebat illis*, vbi ſecundum multos Doctores, corpus ſub ſpecie panis ſolùm eis tradidit, eo quod nullam facit mentionem de vino. vnde Aug. in Homilia de concordantia Euangeliſtarum. *à Chriſto facta eſt permiſſio impedimenti vſq; ad ſacramentū panis, vt vnitate corporis participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Chriſtus poſſit cognoſci.* Item Beda, ſuper eodem: *impedimentum permittit eſſe Deus, donec ad ſacramentū perueniatur, ſed percepta veritate corporis Chriſti, impedimentū inimici aufertur,* *vt Chriſtus poßit agnoſci.* Item Theophylactus: *Sed & aliud innuit, quod ſcilicet ſumentibus ſacrum panem aperiuntur oculi eorum, vt eum cognoſcant. magnam enim habet & ineffabilem Domini caro virtutem* Item gloſſa eſt, & eſt Bedæ: *Per panem corpus Chriſti & eius ſanguinem ſignabat.* Item Ioh. vltimo Chriſtus manifeſtauit ſe Diſcipulis ſeptem ad mare Tyberiadis, vbi accepit panem & piſcem aſſum & dabat eis, quod verbum tractans Innocentius dicit: *per aſſum piſcem quem Chriſtus cum ſuis Diſcipulis comedebat, intelligi debet corpus Chriſti quod in ara crucis aſſatum fuit.* Vnde beatus Gregorius in Homilia 27. dicit per aſſum piſcem intelligi debet mediator Dei & hominum, pro nobis paſſus, & patet quod ibi nulla mentio fit de potu vel vino. Item ſequenti die poſt inſtitutionē prædicti ſacramenti Chriſtus docuit exemplo & opere non ſolum non eſſe de neceſſitate ſalutis ſumere ſub vtraque ſpecie quo ad laicos, ſed nec ſimpliciter ſumptio prædicti ſacramenti in latrone, cui mox credenti & dicenti: *memento mei Domine dum veneris in regnum tuum*, promiſit Dominus paradiſum, dicens: *Hodie mecum eris in paradiſo*, abſq; quacunq; huius ſacramenti perceptione quod etiam in innumeris Martyribus probatum eſt, qui abſq; huius perceptione ſacramenti ad regna cœleſtia feliciter peruenerunt. quod & de pueris Baptiſatis ſancta tenet Eccleſia: Item probatur ex praxi Apoſtolica & primitiuæ Eccleſiæ ſimul, quia dicitur actuum 2. *Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis*, ſancti, ſecundum gloſſam, vt Magiſter hiſtoriarum in ſcholaſticis hiſtoriis exponit fractionem panis, id eſt Euchariſtiæ, quia in primitiua Eccleſia fideles crebrò communicabant & cōueniebant ad percipiendā Euchariſtiam: in quo loco ſcriptura nullam mentionem facit de vino aut de potu.

Ex praxi Apoſtolica.

Eodem modo & Albertus Magnus exponit de Apoſtolis & de iſta fractione panis. Item de nullo Apoſtolorum legitur quod huiuſmodi communionẽ duplicis ſpeciei practicauerint quo ad laicos, vel de eo doctrinam tradiderint aut præceptum, excepto Paulo Apoſtolo, qui recitatiuè Corinthiis narrat, qualiter Chriſt⁹ ſub duplici ſpecie hoc ſacramentum inſtituerat, & ſolum Corinthiis apud quos ſolos erat huiuſmodi conſuetudo. Et indubitanter ſi fuiſſet Chriſti præceptum indifferenter, quo ad omnes, communicare ſub vtraq; ſpecie, ſanctus Paulus expreſſius ſcripſiſſet de ipſo tam Corinthiis quàm & aliis fidelibus quibus ſuas transmiſit epiſtolas, præcipuè Romanis qui erant caput mundi, & Hebræis pro quibus cupiebat eſſe anathema vt eos lucrifaceret. ſimiliter quilibet Apoſtolorum & Euangeliſtarum ſcripſiſſet aliquid de huiuſmodi præcepto ſine quo non eſſet ſalus hominibus; quod quia non fecerũt, ideo indubitanter tenendum eſt quod non ſit præceptum Chriſti. Idem patet ex praxi multorum ſanctorum antiquorum & præcipuè in primitiua Eccleſia, de ſancta Petronilla beati Petri Apoſtoli filia, de qua ſic in eius legenda legitur, ꝙ in extremis poſt multa ieiunia & orationes corpus Domini ſuſcepit, & demum in lecto ſe reclinans, poſt triduum ad Chriſtum migrauit. Item atteſtatur beatus Euſebius ad Damaſum Portuenſem Epiſcopũ de morte glorioſiſſimi Hieronymi, vbi refert, quomodo beatus Hieronymus variè & multipliciter ſacramentum Dominicum recommendans, Euchariſtiæ ſacramentum ſub ſpecie panis ab alio ſuſcepit, vbi refert verba Hieronymi in hunc modum: *Rogo vos fratres, vt Domini mei afferatis corpus, quatenus in ſuo lumine videam lumen, vt firmans ſuper me oculos ſuos, det mihi intellectum & inſtruat me in via hac qua* *gradiar.* his verbis finitis poſt longas orationes vir Dei glorioſus ſacrum Domini corpus ſuſcipiens ad terram ſupinus rediit. hæc Euſebius. ſic & idem Beatus Euſebius in extremis poſitus ſub ſpecie panis communicauit, vt de eo ſcribit Beatus Cyrillus in Epiſtola ad Beatum Auguſtinum de mirabilibus glorioſiſſimi Hieronymi. Illo etiam modo Beatus Ambroſius in extremis communicauit de manibus Beati Honorati VVercellẽſis Epiſcopi. Idem habetur de Beato Benedicto, de quo in legẽda ſua dicitur quod vltima die exitus ſui, in oratorium portari ſe fecit, & ibi exitum ſuum Dominici corporis perceptione muniuit. Idem refert Beatus Gregorius tertio Dialogorum, quod Beatus Agapitus Papa, quendam claudum & mutum ſub vna ſpecie cõmunicans eum plenè ſanauit. Idem habetur de Beata Lucia quod ipſa ſpiritum non tradidit poſt gladii in guttur eius immerſionem, donec Sacerdos corpus Dominicum ei traderet. Idem de Beato Dominico & Franciſco & in multis aliis ſanctis habetur per omnia. Idem VVilhelmus in ſuo ſacramentali Hugonem de ſancto Victore ſub vna ſpecie tantum communicare debuiſſe, narrat, ſub his verbis: ꝙ cùm Hugo de ſancto Victore excellentiſſimus Doctor vltima infirmitate laboraret, corpus Domini inſtanter petebat ſibi dari, & cum nullũ cibum continere poſſet, fratres eius turbationem timentes ſimplicem hoſtiam ſibi obtulerunt, quod ille cognoſcens per ſpiritum ait: *Miſereatur veſtri Deus fratres, cur me ita deludere vultis? iſte quem portaſtis, non eſt Dominus Deus meus.* Et illi attoniti mox corpus Domini attulerunt. Sed ipſe videns ſe non poſſe recipere, eleuatis in cœlum oculis ac manibus ſic orauit: *Aſcendet filius ad patrem & ſpiritus ad Deum qui miſit illum;* & inter hæc verba emiſit ſpiritum, & corpus Domini

mini ibidem diſparuit. Ecce quàm manifeſta & clara narratione refert hic Doctor ſanctum Victorem debuiſſe ſub vna tantum ſpecie communicare.

TErtio principaliter probatur ex doctrina & inſtitutione ſacrorum Conciliorum. Nam vt habetur ex libro Conciliorum Iſidori, ita in ſexta Conſtantinopolitana Synodo legitur: *citra ſanguinem cerimonias in Eccleſiis celebramus: ita quippe accedimus ad benedictiones arcanas & ſanctificamur participes effecti tàm ſanctæ carnis quàm pretioſi ſanguinis Chriſti:* Ecce quàm apertè hæc ſancta Synodus ponit diſtinctionem inter communionem laicam & Sacerdotalem, nam quò ad laicos dicit citra ſanguinem cerimonias in Eccleſiis celebramus, & vocat communionem laicam cerimonias, quia præcepto & ſtatuto Eccleſiæ introducta eſt. Quò ad Sacerdotes verò ſubiungit. *Ita quippe accedimus ad benedictiones arcanas & ſanctificamur, participes effecti tam ſanctæ carnis quàm precioſi ſanguinis Chriſti.* Nam ſi vtraq; pars iſtius decreti, ad laicos vel ad Sacerdotes ſine diſtinctione referretur, vtiq; manifeſtam implicaret contradictionem. Nam in prima parte excludit ſanguinem, cum dicit: *citra ſanguinem &c.* & in ſecunda dicit, *participes effecti tam ſanctæ carnis quàm pretioſi ſanguinis.* Clarum igitur eſt hoc decretum nec aliquo modo poteſt inficiari aut infringi. Idem longè clariꝰ oſtendit vndecimum Toletanum Conciliũ ita dicens: *Cum nihil in diuino canone debeat eſſe confuſum, nil dubium, nil etiam indiſcretum, in collatione noſtri cætus relectus eſt canon Toletani primi Concilii, in quo præceptum eſt, vt ſi quis acceptam à Sacerdote Euchariſtiam non ſumpſerit, vel vt ſacrilegus repellatur: nec adiecta eſt ibi diſcretio voluntatum, cum infidelis hæc talia infideliter agat & fidelis accipiat fideliter, quod naturalis illum neceſſitas deglutire non ſinit.*

Ex doctrina ſacrorum Conciliorum.

Ex Concilio ſexto Conſtantinopolitano.

Cap. 11.

Ex Toletano vndecimo.

Solet enim humanæ naturæ infirmitas in ipſo mortis exitu prægrauata tanto ſiccitatis pondere deprimi, vt nulli ciborum illacionibus reficiatur, ſed vix tandem illati delectetur poculi gratia ſuſtentari, quod etiam in multorum exitu vidimus, qui optatum ſuis votis ſacræ communionis expectantes viaticum, collatam ſibi à Sacerdote Euchariſtiam reiecerunt, non quod infidelitate hoc agerent, ſed quod præter Dominici calicis hauſtũ traditam ſibi non poſſent Euchariſtiam deglutire. Ex quo decreto manifeſtè oſtenditur quod etiã tempore primi Concilii Toletani infirmi tantũmodò ſola hoſtia cõmunicabant. quod patet ex declaratione ſuprapoſiti decreti. Nam refert quod primum Concilium Toletanum fecerat ſtatutum, vt quicunq; Euchariſtiam à Sacerdote acceptam non ſumeret, velut ſacrilegus repelleretur. Et quia in hoc decreto non fuerat facta diſtinctio, de voluntate & neceſſitate cum & infidelis hæc talia infideliter agat, & fidelis accipiat fideliter quod naturalis illum neceſſitas deglutire non ſinit: Declarat ſequens Concilium, quia cum multi fideles in exitu mortis poſiti, tanto ſiccitatis pondere deprimantur, vt nihil poſſint deglutire, niſi aliquo poculo vel liquido mediante, manifeſtum eſt quod tales accipiendo Euchariſtiam, hoſtiam ſcilicet ſine poculo, bona & ſancta intentione, ſi eam propter ſiccitatẽ reiicerent, non incurrerent ſacrilegii crimen. Et hoc per experientiam probant ſancti patres in dicto Concilio exiſtentes, quod etiam, inquiunt, in multorum exitu vidimus, qui optatum ſuis votis ſacræ communionis expectantes viaticum collatam ſibi à Sacerdote Euchariſtiã reiecerunt, non quod hoc infidelitate agerent, ſed quod præter Dominici calicis hauſtum traditam ſibi non poſſent Euchariſtiam deglutire. Ex quo luce clarius patet, quod ſub ſola ſpecie panis tunc temporis ſacra cõmunio miniſtrabatur infirmis, ait enim: *præter Dominici calicis hauſtum.* quia quando Euchariſtia ſine calice miniſtrabatur, ideo ſæpe ex huiuſmodi ſiccitatis pondere grauati cogebantur reiicere, quam deglutire non valebant. & hoc eſt quod dicit, *ſed quod præter Dominici calicis hauſtum traditam ſibi non poſſent Euchariſtiam deglutire.* Idem ſimiliter ex Concilio Rhemenſi oſtenditur, & habetur de communione & conſecrati. Diſ. 2. c. peruenit 29. vbi declaratur quod ſufficit dare Euchariſtiam ſiue hoſtiam infirmis ſine vino. Nam quidam presbyteri in tantum parui pendebant diuina myſteria, vt laico aut fœminæ ſacrum corpus traderent ad deferendum infirmis, quos ſancta Synodus grauiter reprehendit, & ſtatuit quod talis temeraria præſumptio amplius fieri non debeat, ſed presbyter per ſemetipſum debeat infirmum communicare, in quo decreto ſolum fit mentio de corpore Chriſti, & nullo modo de vino aut de ſanguine. Tenor vero dicti decreti eſt talis. *Peruenit ad noticiam noſtram quod quidam presbyteri in tantum parui pendant diuina myſteria, vt laico aut fœminæ ſacrum corpus Domini tradant ad deferendum infirmis, & quibus prohibetur vt nec ſacrarium ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis ſancta ſanctorum committunt: quod quàm ſit horribile, quàmq; deteſtabile, omnium religioſarum animarum aduertit prudentia: ideo interdicit per omnia Synodus ne talis temeraria præſumptio vlterius fiat, ſed omnibus modis preſbyter per ſemetipſum infirmum communicet, quod ſi aliter fecerit, gradus ſui periculo ſubiacebit.* Item ex Concilio VVormacienſi eadem Diſt. c. presbyter, præcipitur quod presbyter Euchariſtiam, id eſt, hoſtiam, vt dictum eſt, ſemper habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit, ſtatim eum communicet, ne ſine communione moriatur. vnde dicit Canon: *presbyter Euchariſtiam ſemper habeat paratam,*

Rhemẽſi Ca.2.

Cap.33.

Digitized by Google

vt quando quis infirmatus fuerit, ſtatim eum communicet, ne ſine communione moriatur. ſuper quo ait gloſſa, *ſanguinem non præcipit ſeruare, quia opus eſſet nimia cautela in eo ſeruando.* Et addit Archidiaconus: *addere præterea non eſt opus, quia vbi eſt corpus, ibi eſt & ſanguis.* & in gloſſa ſuper capitulo Comperimus eadem Diſt. ſuper verba: *aut integra percipiant: hoc intelligo de conficiente. Nam infirmus, vel ſanus, in neceſſitate, ſine vino corpus ſumere poteſt.* Ex quibus omnibus patet, quod communio ſub vtraque ſpecie non eſt de neceſſitate ſalutis. Ex quo per ſacra Concilia ſanis pariter & infirmis concedebatur tantummodo ſub vna ſpecie. Item non ſolum infirmis Sacerdotibus, ſed etiam ſanis ab eorum officiis depoſitis à ſacris Conciliis cōceſſa eſt vnius ſpeciei communio. vnde Diſt. quinquageſima c. ſi Epiſcopus, & habetur ex Concilio Agathenſi dicitur quod ſi Epiſcopus, presbyter, aut Diaconus capitale crimen commiſerit, aut chartam falſauerit, aut falſum teſtimonium dixerit, ab officii honore depoſitus, in monaſterium detrudatur & ibi quam diu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat. eundem modum loquendi habet Pelagius Papa de laica communione, diſtinctione quinquageſima quinta: vbi ita dicit: *ſi Euangelica monitio iracundiam nec vſq; ad verbum furentem proſilire permittit, ne ſi racha fratri ſuo quis dixerit, ſit reus gehennæ ignis, quali putamus pœna plectendus, eſt qui non ſolum pugnis impiè percuſſit in Leuitici ordinis hominem miniſterio ſeruientem, ſed quaſi non ſufficeret ad cædem manus, inſtigante ita ſe Diabolo, raptus eſt ad iracundiam, vt fuſte non ſolum percuteret, ſed etiam erueret oculum fratris. Et quamuis huiuſmodi exceſſus grauiori eſſet pœna plectendus, bene tamen fraternitas tua fecit eum ab officio presby-*

Cap. 12.

Cap. 7.
Cap. 50.

Cap 3.
Canon habet Gelaſius Papa.

presbyteratus remouens. Hoc tamen ſollicitudinis tuæ ſit, vt locum ei pœnitentiæ conſtituas, & in aliquo eum monaſterio retrudas, laica ſibi tantummodo communione conceſſa. ſimiliter ex Concilio Sardicenſi habentur duo decreta de eadem communione laica huiuſmodi ſub tenore: Item Hoſius Epiſcopus dixit: *non minus mala conſuetudo, quàm pernitioſa corruptela funditus eradicanda eſt, ne cui liceat Epiſcopo de ciuitate ſua ad aliam tranſire ciuitatem, manifeſta eſt enim cauſa qua hoc facere tentant; cum nullus in hac re inuentus ſit Epiſcopus qui de maiore ciuitate ad minorem tranſiret, vnde apparet auaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni ſeruire, & vt Dominationem exerceant. Si ergo omnibus placet, huiuſmodi pernicies auſterius vindicetur, vt nec laicam communionem habeat qui talis eſt,* reſponderunt vniuerſi, *placet.* Item idem Hoſius Epiſcopus dixit: *Etiam ſi talis alias exſtiterit temerarius, vt fortaſſe excuſationem afferat quod populi literas acceperit, cum manifeſtum ſit potuiſſe paucos præmio & mercede corrumpi, qui ſinceram fidem non habent, vt clamarent in Eccleſia & ipſum petere viderentur Epiſcopum, omnino has fraudes damnãdas eſſe arbitror, ita vt nec laicam in fine communionem talis accipiat. quod ſi vobis omnibus placet, ſtatuite.* Synodus reſpondit. *placet.* Et ex iſtis duobus decretis manifeſtè declaratur, quod communio ſecundũ ſe nõ eſt de neceſſitate ſalutis, alioquin impiè prædictum Conciliũ ſtatuiſſet, vt taliter delinquens nec laicã cõmunionẽ in fine acciperet, ait enim: *ita vt nec laicã in fine communionẽ talis accipiat.* Per communionem autẽ laicã quid poteſt intelligi aliud q̃ cõmunio ſimplex ſub vna ſpecie: & ſub ipſa præcipuè, quæ vt communiter minus poteſt adferre periculi reuerentiæ tanto ſacramento debitæ, cuiuſmodi eſt ſpecies panis: & ad hoc ſunt omnes

Cap. 1.

Doctores Iuris Canonici, quibus credendum eſt vtpote exercitatis & peritis in arte ſua. vnde ſuper prædicto capitulo Hoſius abbas exponit laicam communionem, id eſt corpus Chriſti. Innocentius, id eſt viaticum. Hoſtienſis, id eſt panem benedictum vel corpus Chriſti, & idem dicit Ioh. Andreæ in Nouella. Item Clemens Papa (& Cap. 23. habetur de conſec. Diſt. 2. c. tribus gradibus) dicit: *tribus gradibus commiſſa ſunt ſacramenta diuinorum ſecretorum, id eſt presbytero, Diacono, & Miniſtro, qui cum timore & tremore clericorum reliquias corporis Domini cuſtodire debent*, & ſequitur ibidem, *tanta in altare certò holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant. quod ſi remanſerint, in craſtinum non reſeruentur ſed cum timore & tremore clericorum diligentia conſumantur. qui autem reſidua corporis Domini, quæ in ſacrario relicta ſunt, conſumunt, non ſtatim ad accipiendos communes cibos conueniant*. Ecce quàm manifeſte in prædicto canone habetur, quod reliquiæ clericorum corporis Domini cuſtodiendæ ſunt cum magna diligentia, & nulla penitus fit mentio de reliquiis vini aut ſanguinis, nec de cuſtodia ipſius, de cuius tamen cuſtodia ſi fuiſſet in vſu, potius debuiſſet cautela adhiberi, & ordinatio ſiue ſtatutum fieri, cum in ipſo ſanguine maius immineat periculum. Item Cap. 38. ſancta Synodus Romana cui beatus Leo Papa præſedit, c. quibus, de conſec. Diſt. 2. loquens de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in hoc ſacramento, inter cætera ita dicit. *Idem eſt corpus de quo dictum eſt: caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Circa hoc corpus, aquilæ ſunt quæ alis circumuolant ſpiritualibus, vnde & idem corpus Chriſti edimus, vt vitæ æternæ poſſimus eſſe participes.* vbi notanter ſancta Synodus corpori Chriſti ſoli illam copulatiuam attribuit; *caro mea &c.* ad oſtendendum quod ſub ſpecie panis, ſub qua, ex vi conuerſionis verborum, eſt propriè corpus Chriſti, verè & realiter ac integrè vtrúque contineatur, ſcilicet caro Chriſti & ſanguis, & quæcunque alia ſe habent ad perfectionem Chriſti ex naturali & reali concomitantia, & quod idem corpus Chriſti edimus, nulla mentione facta de ſanguine, aut de vino, ſiue de potu, vt vitæ æternæ poſſimus eſſe participes: ad oſtendendum quod ſufficit ſumere ſub vna ſpecie. nouiſſimè verò declarauit hoc ſacrum Conſtantienſe Concilium, cuius tenorem Papa Martinus quintus in quadã bulla ſua interſerit quem pro præſenti recitare gratia breuitatis ommitto.

QVanta autem ſit auctoritas ſacrorum Conciliorum, oſtendit Auguſtinus ad Ianuarium ita dicens: *Conciliorum in Eccleſia eſt ſaluberrima auctoritas, quibus Eccleſiæ negotia terminantur.* & in libro de fide Catholica, idem dicit: *ſi quis aliquas ſcripturas præter illas quas Eccleſia Catholica recipit & in auctoritate habendas eſſe tradidit, fuerit veneratus, anathema ſit.* Idem Gregorius, & habetur Diſt. 15 *ſicut ſancti Euangelii quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere & venerari me fateor.* Et ſubdit: *cunctas verò perſonas quas præfata veneranda Concilia venerantur, veneror, & quas reſpuunt reſpuo.* Quia dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe, & non illa deſtruit, quiſquis præſumpſerit aut ſoluere quos ligant, aut ligare quos ſoluunt. nec mirum, cum ipſa ſacra generalia Concilia regantur & dirigantur à ſpiritu ſancto, immo ab ipſo Ieſu Chriſto. Nam ſi ipſe Dominus promiſit ſe eſſe in medio duorum vel trium in nomine ipſius congregatorum, quanto magis erit in medio Patrum ſeniorum omnium Chriſti fidelium in ſacris Conciliis generalibus congregatorum? quod expreſſe ſancti Apoſtoli exemplo declarauerunt actuum 15. vbi præſidentiam in Concilio ſpiritui ſancto attribuerunt, vel potius inſinuauerunt, dicentes in eorum Epiſtola

Autoritas Conciliorum quanta.
Epiſt. 118.

Cap. 2.
Greg lib. 1. regiſt. Epiſt. 24.

Cæleſtini Epiſtola 7. Epiſtolarum decretaliū Romæ editarum Tom. 1. p. 2.

decretali, *viſum eſt ſpiritu ſancto & nobis*: quod etiam atteſtatur Cœleſtinus Papa ſcribens ad Synodum in Epheſo conſtitutam: *ſpiritus ſancti teſtatur præſentiam congregatio Sacerdotum. Certum eſt enim quod legimus, quia nec poteſt veritas noſtra mentiri, cuius in Euangelio iſta ſententia eſt: vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego ſum in medio eorum. Quod cum ita ſit, nam nec huic tam breui numero ſpiritus ſanctus deeſt, quanto magis cum nunc intereſſe credamus quando in vnum conuenit tanta turba ſanctorum, ſciendum namq; eſt pro debita veneratione Concilium in quo vtiq; nunc Apoſtolorum frequentiſſimæ illius quam legimus congregationis aſpicienda reuerentia eſt, nunquam his defuit Magiſter quem receperant prædicandum. affuit ſemper iis Dominus & Magiſter. ſed nec docentes à ſuo Doctore deſerti ſunt: docebat ille qui miſerat, docebat qui dixerat quod docerent: docebat qui in Apoſtolis ſuiſſe confirmat audiri*: hæc Cœleſtinus. Item ſanctus Damaſus Papa ad Aurelium Archiepiſcopum de ſeruandis canonibus ſanctorum patrum & decretis in Concilio editis, prout refert Iſidorus in libro Conciliorum ita ſcribit: *Reuerendiſſimo fratri Coepiſcopo Aureolo Damaſus:*

Epiſtola. 5.

Scripta ſanctitatis tuæ, debita veneratione ſuſcepimus, in quibus ſitire venerationem ac prudentiam tuam Apoſtolica inſtituta, vt dignum erat cognouimus, qua de re quædam ex his, quæ petiſti, miſimus; & quædam adhuc cum iterum miſeris, mittere cupimus. Nullum tamen à Beati Petri principis Apoſtolorum fine prædeceſſorem noſtrorum pratermiſimus, de quorum ſtatutis aliquid tibi Ammonium presbyterum, & Felicem Diaconum ſub certis ſignaculis non mitteremus. Quæ te & cuſtodire optamus & aliis prædicanda ac publicanda mandamus, vt ab omnibus inuiolatè debita veneratione cuſtodiantur & inuiolatè ſeruentur, atque ab omnibus futuris temporibus diligenter venerentur: quod vio-

latores voluntarii canonum, grauiter à ſanctis patribus iudicantur, & à ſpiritu ſancto, cuius inſtinctu ac dono dictati ſunt damnantur, qui blaſphemare ſpiritum ſanctum non incongruè videntur, & qui contra eoſdem ſanctos canones non neceſſitate compulſi, ſed libenter, vt præfixum eſt, aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt: talis enim præſūmptio manifeſtè vnum genus eſt blaſphemantium ſpiritum ſanctum, qui, vt iam prælibatum eſt, contra eum agunt cuius impulſu & gratia iidem ſancti editi ſunt canones, Diabolica verò nequitia pleroſque ſubtiliter fallere ſolet. & ita quorundam imprudentiam per ſimilitudinem pietatis ſæpiſſimè illudit, vt pro ſalubribus nocitura perſuadeat, idcirco norma ſanctorum canonum qui ſunt ſpiritu Dei conditi & totius mundi reuerentia conſecrati, fideliter à nobis eſt ſcienda, & diligenter tradenda, neque quomodo ſanctorum patrum ſtatuta, abſq; ineuitabili neceſſitate, quod abſit, transgrediamur, ſed fideliſſimè per ea gradientes, cum eis qui eos inſtinctu condiderunt diuino, mercedis gloriam & laboris cumulum eorum meritis, auxiliante Domino, habere mereamur: quod nobis præſtare dignetur ipſe Spiritus ſanctus in cuius nomine in hac ſancta Synodo congregati ſumus. Amen.

Ex conſuetudine Eccleſiæ.

QVarto principaliter probatur ex conſuetudine Eccleſiæ quæ ex antiquiſſimis temporibus & ex multis centenis annorum fuit vniuerſaliter in Eccleſia introducta. Sunt enim vltra ducenti & trecenti anni vel ſaltem prope, quibus Doctores Catholici in libris eorum & ſcriptis cœperunt laudare & approbare vniuerſalem Eccleſiæ conſuetudinem in communione ſub vna ſpecie, vt paulo poſt patebit, in allegatione Doctorum. Clarum autem eſt quod hæc conſuetudo non fuit vno die, aut vno menſe, ſeu vno

Digitized by Google

Anno in Eccleſia vniuerſaliter introducta, immo nullus Doctorum ipſam laudantium & approbantium, potuit aut ſciuit aſſignare temporis originem, quo hæc conſuetudo vniuerſaliter ortum habuerit, propter antiquitatem ſuam: vnde indubitanter tenendum eſt quod communio ſub vtraq; ſpecie nunquam fuit in Eccleſia Dei vniuerſali, ſed ſecundum varium exemplum Chriſti, varia fuit ſemper habita conſuetudo. Chriſtus enim in cœna ſub duplici ſpecie tradidit, inſtante ſua paſſione, ſed poſt reſurrectionem ſuam legitur, ſecundum intentionem ſanctorum, confeciſſe ſub ſola ſpecie panis, vt patuit ſuperius, quando in Emaus cognouerunt eum duo diſcipuli in fractione panis. Sic etiam & de primitiua Eccleſia & de Apoſtolis legitur in Ieroſolymis, quod erãt perſeuerantes in fractione panis, & cõmunicatione: Actuũ 2. quod intelligitur de communione panis ſancti, vt in præcedentibus fuit declaratum. & Corinthii ſub duplici ſpecie cõmunicabant, vt patet per Apoſtolũ. & ſic communiter ſemper manſit huiuſmodi diuerſitas communionis laicalis, ſub vna vel ſub duplici ſpecie, donec propter pericula & varios errores, vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudo obtinuit communionem vnius ſpeciei, cuius conſuetudinis principium aut initium, nec in memoriis hominum, nec in ſcriptis Doctorum, aut in annalibus ſcribentium reperitur: Et cum conſuetudo, cuius initii memoria non habetur, iure ſtatuti habenda ſit, vt dicunt leges, vtiq; pro lege habenda eſt & tenenda. Quanta autem ſit auctoritas conſuetudinis Eccleſię Romanę, oſtẽdit Auguſt. in libello, de cura pro mortuis agenda, qui ait: quod ſi nulla eſſet auctoritas ſacræ ſcripturæ, quæ doceret orare pro defunctis, tanta eſt auctoritas Eccleſiæ Romanæ, quod pro lege firmiſſima ſine dubitatione eſt tenenda, ſimiliter ſanctus Thomas ſecunda, 2. quæſt. 10. Articulo 12. dicit: *maximam autoritatem habet Eccleſiæ conſuetudo, quæ ſemper in omnibus eſt æmulanda: quia & ipſa doctrina Catholicorum Doctorum ab Eccleſia auctoritatem habet.* Vnde ſubdit: quod magis ſtandum eſt auctoritati Eccleſiæ quàm Auguſtini vel Hieronymi vel cuiuſcunque Doctoris. Qualiter autem transgreſſores conſuetudinum coërcendi ſunt, oſtendit Auguſt. ad Caſulanum presbyterum, & habetur Diſt. 2. c. in his rebus: qui dicit, quod mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt, & ſicut præuaricatores legum diuinarum, ita contemptores conſuetudinum Eccleſiaſticarum coercendi ſunt, & in libro confeſſionum ita dicit: *quæ ſunt contra mores hominum, flagitia pro morum diuerſitate vitanda ſunt, vt pactum inter ſe gentis aut ciuitatis, conſuetudine aut lege firmatum nulla ciuis aut peregrini libidine violetur. Turpis eſt enim omnis pars vniuerſo ſuo non congruens.* Item Auguſt. facere contra conſuetudinem prohibet Epiſt. 18. ad Hieronymum, ita dicens: *contra Eccleſiæ fundatiſſimum modum nemo ſentiat.* Item Damaſcenus libro 4. ſententiarum ſuarum: *ſemper conſuetudo Eccleſiæ ſeruanda eſt & contrarium dogmatizantes & ſuam praxin confirmantes, non ſunt audiendi.* Item Hieronymus in quadam Epiſtola contra Vigilantium: *quid neceſſe eſt in manus ſumere, quod Eccleſia non recipit? niſi fortè Balſamum mihi, & Barbelum, & Theſaurum Manichai, & ridiculum nomen Leuſiboræ proferas &c.* Cum igitur Eccleſia non recipit in communione laica vtramq; ſpeciem, ipſam vtiq; recipere ridiculum eſt, pernicioſum & ſuperfluum: propter quod Beatus Thomas dicit ſecunda, 2. quæſt. 93. art. 1. *Sicut enim falſarius eſſet, qui aliqua proponeret ex parte alicuius quæ non eſſent ei commiſſa, ita vitium falſitatis incurrit, qui ex parte Eccleſiæ cultum exhibet Deo, con-*

Epiſt. 86.

Diſt. 11. cap. 7.

lib. 3. cap. 8.

Cap. 3.

Aug. Ep. 86.

tra modum diuina auctoritate ab Eccleſia conſtitutũ. & articulo 2. *Si enim aliquid ſit, quod quantum eſt de ſe, non pertinet ad Dei gloriam. neque ad hoc quod mens feratur in Deum, aut quod carnis concupiſcentiæ moderatè refrænentur, aut etiamſi ſit præter Dei & Eccleſiæ inſtitutionem vel contra conſuetudinem communem, quæ ſecundum Auguſtinum pro lege habenda eſt, totum hoc reputandum eſt ſuperfluum & ſuperſtitioſum &c.* Cùm itaque dicta communio ſub vtraque ſpecie quo ad laicos, ſit contra communem conſuetudinem Eccleſiæ, vtique tamquam ſuperflua repellenda eſt. Manifeſtum eſt autem quod iam à multis centenis annorum, prædicta conſuetudo communicandi laicos ſeu non conficientes, ſub vna ſpecie tantum ſcilicet panis in Eccleſia, nemine contradicente vniuerſaliter introducta eſt, vt patebit ſtatim ex dictis Doctorum de hac conſuetudine mentionem facientibus.

Ex teſtimonio SS. Patrum.

QVinto principaliter probatur per ſanctorum Doctorum atteſtationem, qui in locis quodammodo innumeris, de huiuſmodi ſacramẽto & cõmunione facientes mentionẽ, nihil de potu aut vino memorati ſunt, ſed tantũmodo de corpore Chriſti ſiue de pane aut eſca locuti ſunt; per hoc oſtendentes ſufficere ſub ſola ſpecie panis ſumere diuiniſſimæ Euchariſtię ſacramentũ. Vnde Ambroſius in libro de ſacramentis. *iſta eſca quam accipis, iſte panis viuus qui de cœlo deſcendit, vita æternæ ſubſtantiam adminiſtrat. Et quicunq; hunc panem manducauerit, non morietur in æternum, quia corpus eſt Chriſti,* & habetur de conſecra. Diſt. 2. c. reuerà. Idem eadem Diſt. ſcilicet conſecra. in multis capitulis, videlicet in c. omnia: & in capitulo, nullo ſacramento, & in capitulo, non iſte panis eſt, & in capitulo, ante benedictionem. in quibus locis manifeſtè habetur quod ſumptio huius ſacramenti ſufficit tantum

Cap. 69.
Amb. de his qui initiantur ſacris. Cap. 8. & 9.
Cap. 74.
Cap. 85.
Cap 56.
Cap. 40.

ſub ſpecie panis. Item idem Ambroſius in libro de paradiſo loquitur ſub his verbis: *Cùm igitur in cibo neq; premium ſit, quia eſca nos non commendat Deo: neq; magnum periculum ſit, quia nō quod intrat in os, coinquinat hominem, ſed quod exit de ore, videtur ſine dubio à tanto auctore non eſſe præceptum, niſi hunc cibum ad illum Propheticum referas, quem pro magno præmio Dominus ſanctis pollicetur ſuis: Ecce qui ſeruiunt mihi, manducabunt, vos autem eſurietis. Hic eſt enim cibus in quo vita diffinitur æterna quo quiſquis fuerit defraudatus, morte morietur. Quandoquidem panis viuus atque cœleſtis ipſe Dominus eſt, qui vitam dat huic mundo. vnde & ipſe ait: niſi manducaueritis carnem meam & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam æternam, erat ergo panis aliquis de quo præſcripſerat edendum Paradiſi incolis: quis ille? accipe quem dicat: panem inquit Angelorum manducabit homo. Eſt enim bonus panis, ſi facias voluntatem Dei; vis ſcire quàm bonus panis? ipſe filius manducat hunc panem, de quo ait, meus cibus eſt vt faciam voluntatem patris mei qui in cœlis eſt:* Hæc Ambroſius vbi primò notandum quod hic doctor ſanctiſſimus & vnus ex quatuor columnis Eccleſiæ, veraciter ſe fundat in ſacra ſcriptura & in doctrina Chriſti. Deinde notandum eſt quod dicit: *videtur ſine dubio à tanto autore non eſſe præceptum,* vbi dicit *ſine dubio,* omnem ambiguitatem excludens, non eſſe præceptum. Tertiò notandum eſt ex dictis ſuis, quod ſi intelligatur præceptiuè, quod hoc ſpiritualiter intelligendum eſt, de ſpirituali manducatione, vt patet per totum reſiduum quod ſequitur: *niſi hunc modum ad illud Propheticum referas.* Item beatiſſimus noſter Hieronymꝰ vt ſuperius fuit allegatus, loquitur de duplici carne Chriſti, videlicet ſpirituali & diuina, de qua intelligitur illa auctoritas: *niſi manducaueritis,*

Amb. de Parad. c. 9.

Eſa. 65.

Ioh. 6.

Pſal. 77.

de ea quæ crucifixa eſt & ſepulta. Quæ vt fides Catholica tenet eſt verè realiter & in propria perſona ipſe Chriſtus in hoc ſacramento, & non ſpiritualiter tantum. Item idem Beatus Hieronymus ſuper Leuiticum ita dicit: *de hac quidem hoſtia quæ in Chriſti commemoratione mirabiliter fit, edere licet, de hac verò quam Chriſtus in ara crucis obtulit, ſecundum ſe nulli edere licet.* vbi notanter dicit, *edere*, & nullam mentionem facit de bibere, & habetur de conſec. Diſt. 2. de hac. Item idem Beatus Hieronymus in quodam ſermone dicit: *ſinguli autem accipiunt Chriſtum Dominum & in ſingulis portionibus totus eſt, nec per ſingulos comminuitur, ſed integrum ſe præbet in ſingulis.* & habetur de conſec. Diſ. 2. ſinguli: Item Auguſt. in Epiſtola ad Irenæum: *Chriſtus panis eſt de quo qui manducat, viuet in æternum: & de quo ipſemet dicit, panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita:* & habetur de conſer. Diſt. 2. Chriſti. Item in ſermone de verbis Domini, & habetur in gloſ. 1. ad Corinthios 10. *Non ergo timeamus fratres manducare panem iſtũ, ne forte ſumamus, id eſt, conſumamus illum, & poſtea, quod manducemus non inueniamus, manducatur Chriſtus, viuit manducatus, quia ſurrexit occiſus, nec quando manducamus partes de illo facimus. Et quidem in ſacramento ſic fit, & norunt fideles quemadmodum mãducent carnem vel corpus Chriſti.* & ſuper Pſalmo 100. Idem dicit: *Iudæi paſcebantur tamquam de pœna Domini, & nos de cruce Domini paſcimur, quod corpus ipſius manducamus.* Ecce Auguſt. in prædictis omnibus ſolum mentionem facit de pane, & nullam de potu. Item Hilarius dicit, & habetur de conſecr. Diſt. 2. *ſi non ſunt tanta peccata vt quis excommunicetur, non ſe debet à medicina corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeparare.* Item idem de Trinitate, & habetur de conſec. Diſt. 2. *in Chriſto pater & Chriſtus in nobis eſt, vnum in his eſſe nos faciat. Si verò carnem corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit,*

Cap. 76.

Cap. 77.

Cap. 57.

In gloſſa hæc fuſius habẽtur. vide de conſecrat. Diſtinct. 2. c. 70. Inuitat.

Cap. 15. Hæc verba habentur apud Auguſt. Epiſtola. 118.

Cap. 82.

& verè ille homo qui ex Maria natus fuit, Chriſtus eſt, noſq́ verè ſub myſterio carnem corporis eius ſumimus, & per hoc vnum erimus, quia pater in eo eſt, & Chriſtus in nobis. In quibus ſimiliter Hilarius de potu nullam facit mentionem. Quid plura? longum eſſet narrare antiquorum ſanctorũ Doctorum dicta, per quæ videntur omnia innuere ſufficientiam communionis ſacræ ſub vna ſpecie. *S*ed iam oculos noſtros dirigamus ad Doctores poſteriores, qui tamen nos & hanc nouitatem per plura centena annorum præceſſerunt, quorum dicta & ſententiæ ſequuntur in hunc modum.

Innocentius Pontifex.

IN primis igitur occurrit antiquiſſimus Doctor & ſummus Pontifex Innocentius in tractatu de officio Miſſæ particula quarta de ſacramento Euchariſtiæ cap. vtrum panis ſine vino vel è contrario valeat conſecrari. Vbi inter cætera ita loquitur. *Si verò vinum inueniri non poſſit, vel aliquo caſu defuerit, quæritur vtrum neceſſitate vel caſu cogente, ſola panis materia poſſit in Euchariſtiam conſecrari: ſicut ſub ſola panis ſpecie debet Euchariſtia ſeruari.* Et infra concludit. *In his itaq; regionibus in quibus alterutrum inueniri non poteſt, licitè poſſet alterutrũ ſine altero conſecrari, minus enim ignorantia, quã neceſſitas, vel negligentia quàm difficultas excuſat* Hæc Innocent. In quibus verbis hic Doctor affirmatiuè ponit primum quod ſub ſola panis ſpecie debet Euchariſtia ſeruari, ſecundum, quod in his regionibus, in quibus alterutrum inueniri non poteſt, licitè poſſit alterum ſine altero conſecrari, quæ nullo modo poſſent ſtare in veritate ſi communio ſub vtraque ſpecie eſſet de præcepto Chriſti. Item Alexander de Ales Doctor antiquus, ſolemnis, & profundus in doctrina diuina pariter & humana, & ſanctæ vitæ, magnæq; auctoritatis in tota Schola Theologorum, in quarta parte ſuæ ſummæ de materia

Alexander de Ales.

q.11.art.4.

ſacramenti Euchariſtiæ quærit, vtrũ liceat corpus Chriſti ſumere ſub ſpecie panis tantũ ſiue ſub ſpecie vini Et reſpondendo ad illud dubium dicit quod quia Chriſtus integrè ſumitur ſub vtraque ſpecie, bene licet Chriſtum ſumere ſub ſpecie panis tãtum, ſicut fere fit à laicis vbique in Eccleſia. Quod autem dicunt canones comperimus, intelligitur de conficiente. Eccleſia autem illud ſacramentum diſpenſare conſueuit ſub ſpecie panis tantũ, tum propter periculum effuſionis quod fortè accideret, ſi ſub ſpecie vini diſpenſaretur, tum propter vitii infidelitatis amotionem quod ſe non immeritò ſimplicium mentibus ingereret, ſi ſemper ſub ſpeciebus panis & vini daretur, quia ſi ita fieret, poſſent ſimplices credere, quod Chriſtus nõ contineretur integer ſub altera ſpecie, ſicut contigit quãdoq;. vnde aliquibus religioſis petentibus & inſtantibus vt ſub vtraq; ſpecie ſumerẽt hoc ſacramentũ, Sacerdote quodam pio celebrante cũ faceret fractionẽ, concauum patenæ totum viſum eſt repleri ſanguine. Ad quod obſtupuerunt ipſe & circumſtantes; ſed cum coniungeret Sacerdos partes hoſtiæ, totus ille ſanguis viſus eſt reintrare, & ſic petitioni & tentationi illorum fuit penitus ſatisfactum. Et in ſcripto ſuo ſuper Ioh. vbi exponens illud Ioh 6. *niſi manducaueritis carnẽ filii hominis &c.* dicit quod ſolus Sacerdos communicat ſanguini. Relig verò ſcilicet non ſacrificantes cõmunicãt corpori. Item Albertus Magnus ſũmus Philoſophꝰ & maximus Theologus ſanctæq; vitæ qui & in vita & poſt mortem claruit miraculis, in tractatu de corpore Chriſti dicit: *hoc eſt quod dicitur 1. Regum 2. in deſiderio populi hunc cibum deſiderantis: dimitte me obſecro ad vnam partem Sacerdotalem, vt comedam buccellam panis. Vnica enim & ſingularis pars Sacerdotalis eſt hoſtia corporis Chriſti, ad quam populus admittitur vt buccella cor-*

Albertus Magnus.

Cap: Quod Chriſtus continetur in formis ſacramentalibus.

poris

Digitized by Google

poris Dominici ſacietur. Et conſequenter ſubdit figuram vnius ſpeciei in tribus ſatis, dicens. *Et hoc eſt figuratum Geneſ. 18. vbi dicitur, cùm Abraham ſederet in oſtio tabernaculi ſui, vidit tres Angelos deſcendentes per viam, quibus tria ſata farinæ ſimilæ commixta parari fecit in ſubcineritios & azymos panes.* Hæc Albertus, per quæ innuit laicos ſolum ad vnam ſpeciem eſſe admittendos, eo quod de vino nullam facit mẽtionem. Item idem Albertus Magnus tenuit & credidit ꝙ Eccleſia poſſet diſpenſare cum Sacerdotibus in partibus in quibus vinum non reperitur, quod cum ſola hoſtià poſſent conficere. Cuius verba in propria forma ſunt quæ ſequuntur, & habentur in tractatu de officio Miſſæ circa finem. *Ad hoc autem quod quæritur de terris in quibus vinum nullo modo poſſit haberi, dicendum videtur quod de hoc conſultatio ad curiam haberi debeat, quid ſit agendum, tamen propter intolerabile damnum animarum, quod incurritur ex ſacramenti defectu, videretur mihi eſſe cum talibus diſpenſandum, vt corpus Chriſti ſine calice haberent, & conficerent ſacramentum. Quia ſicut patet per ante dicta, corpus non eſt ſine ſanguine, & anima & Deitate, quamuis non ſit ibi ſanguis ex virtute conſecrationis & ſacramenti*, Hæc Albertus: Item Beatus Thomas Diſcipulus eiuſdem Alberti Magni, qui fuit excellentiſſimi ingenii, immo potius Angelici quàm humani, diligentiſſimi ſtudii, humillimi iudicii, & omni omninò ſpoliatus inordinata paſſione, vitæ ſanctiſſimæ, qui ſcientiam ſuam plus oratione & meditatione, quàm ſtudio & lectione à Domino promeruit. Quotiens enim ſanctus Dei diſputare, legere, ſcribere, vel dictare voluit, prius ad orationis ſecretum acceſſit, & inde ſurgens inueniebat ſic in promptu, quod ſcriberet vel dictaret, quaſi in libro aliquo didi-

De ritu confectionis ex parte miniſtri.

S. Thomas.

didiciſſet. Hic Doctor cum quadam nocte oratione inſiſteret, ſancti Apoſtoli Petrus & Paulus ipſum de textu dubio ſcripturæ Propheticæ pleniſſimè inſtruxerunt, cuius doctrinæ & ipſa prima veritas teſtimonium perhibuit. Nam poſtquam ediderat officium corporis Chriſti, & ſcripſerat materiam in tertia parte huius diuiniſſimi ſacramenti, oranti, ab imagine Chriſti crucifixi talis vox audita eſt, *benè ſcripſiſti de me Thoma, quam ergo recipies pro tuo labore mercedem?* & reſpondit ſanctus Thomas: *Domine, non aliam mercedem recipiam niſi te ipſum.* Audiamus igitur quid talis ac tantus Doctor dicat in materia noſtra. Ecce ipſe in tertia parte ſummæ ſuæ quæſt. 80. art. 12. mouet in forma articulum, in reſponſione ad tertium articulum ſic dicit. *Circa huius ſacramenti vſum duo poſſunt conſiderari. Vnum ex parte ipſius ſacramenti. Aliud ex parte ſumentium. Ex parte ipſius ſacramenti conuenit quod vtrumq; ſumatur, ſcilicet corpus & ſanguis. quia in vtroq; conſiſtit perfectio ſacramenti, & ideo quia ad Sacerdotem pertinet hoc ſacramentum conſecrare, & perficere, nullo modo debet corpus Chriſti ſumere ſine ſanguine. Ex parte autem ſumentium, reuerentia ſumma requiritur & cautela, ne aliquid accidat quod vergat ad iniuriam tanti myſterii, quod præcipuè poſſet accidere in ſanguinis ſuſceptione, qui quidem ſi incautè ſumeretur, de facili poſſet effundi. Et quia creſcente multitudine populi Chriſtiani, in qua continentur ſenes, iuuenes, & paruuli, quorum quidam non ſunt tantæ diſcretionis vt cautelam debitam circa vſum huiuſmodi ſacramenti adhibeant, ideo prouidè in quibuſdam Eccleſiis ſeruatur, vt populo ſanguis ſumendus non detur; ſed ſolum à Sacerdotibus ſumatur:* hæc ille.

AD rationes verò quas adducit in oppoſitum Reſpondet vt ſequitur. & primò ad auctoritatem Gelaſii quę *Cap.* 12. habetur de conſec. Diſt. 2. Comperimus, dicit quod Gelaſius Papa loquitur quantum ad Sacerdotes; qui ſicut totum conſecrant ſacramentum, ita etiam toti communicare debent. vt enim legitur in Concilio Toletano: *Quale erit ſacrificium, vbi nec ipſe ſacrificans eſſe dinoſcitur?* Ad ſecundum de perfectione huius ſacramenti dicit quod perfectio huius ſacramenti, non eſt in vſu fidelium, ſed in conſecratione materiæ. Et ideò nihil derogat perfectioni huius ſacramenti, ſi populus ſumat corpus ſine ſanguine, dummodò Sacerdos conſecrans ſumat vtrumque. Ad tertium de repræſentatione Dominicæ paſſionis, dicit, quod repræſentatio Dominicæ paſſionis agitur in ipſa conſecratione huius ſacramenti, in qua non debet corpus ſine ſanguine conſecrari, poteſt autem à populo corpus ſine ſanguine ſumi. nec exinde eidem aliq̃ ſequitur detrimentum, quia Sacerdos in perſona omniũ ſanguinem offert & ſumit, & ſub vtraque ſpecie totus Chriſtus continetur, vt ſupra habitum eſt. hæc S. Thomas in propriis terminis. Item idem in Poſtilla ſuper Ioh. dicit: *propter periculum effuſionis in aliquibus Eccleſiis ſeruatur, vt ſolus Sacerdos communicet ſanguini, reliqui verò corpori. Nec tamen eſt contra ſententiam Domini, quia qui communicat corpori, communicat etiam ſanguini, cum ſub vtraq; ſpecie totus Chriſtus contineatur, etiam quantum ad corpus & ſanguinem. Sed ſub ſpeciebus panis continetur corpus Chriſti ex vi conuerſionis, ſanguis verò ex naturali concomitantia. Sub ſpeciebus verò vini continetur ſanguis Chriſti, ex vi conuerſionis, corpus verò ex concomitantia*: hæc ille, qui & paulo ſuperius declarans, quid intelligat per id quod dicit, *in plerisq; locis, in quibuſdam Eccleſiis*; dicit, *vbi miniſtri altaris continuè & corpore & ſanguine communicant.* per quæ verba manifeſtè declarat quod tempore ſuo in nulla Eccleſia laici communicabant ſub vtraque ſpecie, niſi ſolùm mi-

Lectione 7. in 6. cap. Ioan.

niſtri altaris, & hoc ſolùm in quibuſdam, & non in omnibus. Item idem Doctor in ſcripto ſuo ſuper 4. ſententiarum Diſt. 12. ſic arguit vno articulo, *communicatio corporis Domini & ſanguinis æqualiter debetur omnibus membris Chriſti, ſed aliis datur corpus Chriſti ſine ſanguine, ergo Sacerdos ſaltem à ſumptione ſanguinis abſtinere poteſt.* Reſpondet præfatus Doctor, quod perfectio huius ſacramenti in vtroq; conſiſtit, & ideo Sacerdos celebrans qui alterum tantum ſumeret, imperfectè ſacramentũ perageret. Vnde reus ſacrilegii ſecundũ canones iudicatur de conſ. Diſ. 2. c. cõperimus. Secus autem de aliis, qui iſtud ſacramentũ non perficiunt, quia eis ſubtrahitur ſanguis propter effuſionis periculum. Vnde & Sacerdos in paraſceue, quando non conſecrat, corpus ſine ſanguine ſumit. Item idem S. Thomas in 4. Diſ. 12. q. 2. in reſponſione ad tertium articulum primi articuli, ita dicit: *Ad tertium dicendum quod populo non datur ſanguis propter periculum effuſionis, quia citius vna gutta ſanguinis laberetur, quàm aliqua particula corporis. Vnde miniſtris altaris, ſecundum conſuetudinem aliquorum, datur participatio ſanguinis, de quibus præſumitur quod in talibus magis ſint cauti. In lege etiam veteri de libaminibus nihil habebant offerentes, ſed ſoli Sacerdotes, per quæ ſignificabatur cibus huius ſacramenti*: Hæc ſanctus Doctor: Item idem Doctor in alio loco dicit quod laicis debet dari ſimplex vinum, non conſecratum, aut aqua, pro ablutione, non tamen propter myſterium aliquod, ſed vt lauentur ora ſumentium, ne maneant aliquæ reliquiæ Euchariſtiæ intra dentes vel gingiuas, & etiam vt non ſeruetur Euchariſtia in ore propter maleficium exercendum, vt expertum fuit tempore Ambroſii quo in trunco apum, hoſtia conſecrata, per vnam mulierem fuit ſeruata, & abſconſa, vt apes augerentur. Et vlterius dicit quod Sacerdoti

q. 3 ad 2.

Simile quid habet Cæſarius Heiſterbachenſ. lib. 9. c. 8 & Thomas Cantipratanus lib. 2. cap. 40.

cerdoti ſemel ſufficit in die communicare, aliis autem probatis perfectis ſufficit de octaua in octauam, communi autem populo qui non eſt magna deuotione occupatus, ad minus ſemel in anno. Et conſequenter dicit: Sacerdos porrigens aliis Euchariſtiam ſub vna ſpecie, poteſt illa vel ſimilia verba proferre: *Corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti proficiat tibi in vitam æternam*, & non ſolum, *corpus Domini noſtri*, & dans vinum ſimplex pro ablutione, debet vel poteſt dicere: *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti amen.* Longum eſſet replicare verba & loca quibus & in quibus dictus Doctor hanc veritatem fidei Catholicæ ex propoſito & intentione proſequitur: Nam in ſermonibus de corpore Chriſti ſermone 29. ad longum ſpacium, & per medium ſermonis, ſub tali titulo. *Secundò quæritur quare populus non accipiat ſanguinem ſicut Sacerdos ſub ſpecie vini.* Proſequitur reſpondens & aſſignans triplicem rationem quam ibidem deducit ad longum. Similiter & in compendio Theologicæ veritatis, & in quæſtionibus de ſacramentis & in multis aliis locis. Quò ad prædictum Doctorem & pro præſenti dictæ allegationes ſufficiant. Item Bonauentura Doctorum vtique deuotiſſimus, & ſanctæ vitæ, profundæque ſcientiæ & doctrinæ qui etiam miraculis claruit. Diſtinct. 11. quarti ſummarum dicit, *duo ſunt circa hoc ſacramentum conſideranda, primum eſt eius efficacia, ſecundum eius ſignificantia, & ſic aliquid poteſt eſſe de integritate vel de perfectione huius ſacramenti dupliciter. Vno modo quo ad efficaciam (ſcilicet illud quod ex parte ſacramenti requiritur ad totalem efficaciam eius & ſic neutra ſpecies eſt de integritate ſacramenti, ſed qualibet quantum*

S. Thomas, de Sacramento altaris cap. 29

lib. 6. c. 16.

S. Bonauentura.

quæſt. 2.

eſt ex opere operato, ſufficit ſine alia ad cauſandum totalem ſacramenti effectum, & hoc ideo, quia efficacia ſacramenti non eſt ratione ſigni, ſed ratione contenti ſub ſacramento: Idem autem per omnia continetur ſub vtraq; ſpecie & ſecundum eundem modum exiſtendi. Nec plus ſumit qui ſumit vtramq; ſpeciem quàm qui ſumit alteram tantum, vt dicit Magiſter Diſt 11. quarti. Vnde ſicut ſub ſpeciebus panis eſt totus Chriſtus cum corpore, anima, ſanguine & Deitate, ita ſub ſpeciebus vini eſt totus Chriſtus cum omnibus eiſdem & ſecundum eundem modum exiſtendi, quia ſicut ſub ſpeciebus panis Deitas eſt vnita humanitati, ſic ſub ſpeciebus vini; & ſicut hic anima informat corpus, ita & ibi; & ſicut hic ſanguis eſt incluſus inter venas corporis, ita ibi ſub ſpeciebus vini: & ita in modo exiſtendi nulla eſt diuerſitas, hic & ibi, quamuis in conuerſione ſit diuerſitas, quia panis conuertitur in corpus tantummodo, & cætera ſunt ibi concomitanter. Alio modo aliquid eſt de integritate ſacramenti, quantum ad omnem ſignificationem, ſcilicet illud quod requiritur ad totalem & cõpletam illius ſacramenti ſignificationem, hoc modo ambæ ſpecies ſunt, & quælibet illarum eſt de integritate & perfectione ſacramenti, eo quod per ambas & per nullam earum ſeorſum ſufficienter & completè exprimitur huius ſacramenti ſignificatio, quod ſic patet. Hoc ſacramentum ſignificat Chriſtum, vt nutrimentũ perfectè reficiens ſe digne communicantes ſacramentaliter, ſed cum perfecta refectio corporalis vt cõmuniter ſeu ſine miraculo non fiat in pane ſolo, aut in vino ſolo, ſed in vtroq; non poteſt vna ſpecies ſola ſignificare Chriſtum vt perfectè reficientem, ſed vna ſignificat eum per modum cibi reficientis, ratione corporis ſui, & alia per modum potus ratione ſanguinis, ambæ verò ſimul hoc completè ſignificant. Quare requiruntur ad integritatem ſignificationis huius ſacramenti. Et dico notanter, vt communiter, ſeu ſine miraculo; quia in ſatietatibus Chriſti quibus plura millia quinq; panibus & duob. piſcibus ſaciauit, populus plenè ac perfectè fuit refectus ſine potu tũc ad argumentũ primũ reſpondendo dicit: Et ſi totũ in vtraq; ſpecie contineatur, *non tamen alterum perfectè ſignificatur, & ideo fideles perfectum ſacramentum recipiunt, quia ad efficaciam recipiunt. Sed quantum ad ſignificationem, ſufficit quod Eccleſia facit in eorum præſentia.* Subdit: *nec oportet quod ipſi recipiant ſub ſpeciebus vini propter periculum effuſionis & erroris.* Hæc Bonauentura: Item Petrus de Tarentaſia Doctor excellentiſſimus, ſummus Romanus Pontifex & Sanctæ & deuotæ vitæ Diſt. 11. quarti. *cùm enim in hoc ſacramento ſit ratio ſigni, ſcilicet ſignificatio pertinens ad ſapientiam, & ratio cauſæ ſeu cauſalitas, pertinens ad gratiam, & quia gratia eſt omnibus neceſſaria, ideo omnibus traditur ſub vna ſpecie perfectione cauſatiua gratiæ. Sub qua cum maiori cautela ſiue reuerentia poteſt tradi. Sed ſapientia non eſt ſic omnibus neceſſaria, ideo à ſolis maioribus, id eſt presbyteris vel miniſtris altaris ſumitur ſub vtraque ſpecie, quia maiorem cautelam & reuerentiam ſeruare ſciunt:* Hæc ille: Item Richardus de media villa Doctor profundus, & magnæ auctoritatis in Scholis Diſt. 11. quarti dicit: *communiter non debet hoc ſacramentum populo tradi ſub vtraque ſpecie propter periculum effuſionis ſanguinis, & etiam propter periculum erroris, ne ſcilicet populus communis crederet Chriſtum non eſſe totum ſub vtraque ſpecie, maioribus tamen in quibus neutrum prædictorum periculorum probabiliter timetur, ſub vtraque ſpecie dari poteſt, non tamen minorem efficaciam recipiunt illi quibus datur ſub altera ſpecie tantum, quàm illi quibus datur ſub vtraq; eo quod ſub vtraque ſpecie totus Chriſtus continetur. Sumptio tamen ſub vtraq; ſpecie facit ad expreſſiorem myſterij ſignificationem.* Item Nicolaus de Lyra, in expoſitione ſacrarum literarum meo iudicio poſt antiquos Doctores excellentiſſimus & bonæ vitæ, tractans illud *Io. 6. Niſi manducaueritis &c.* dicens: *non eſt intelligendum quod hoc ſacramentum ſub vtraque ſpecie fidelibus ſit exhibendum, ſed tamen hoc modo à ſacerdote ſumendum. licet enim in primitiua Eccleſia populus ſub vtraq; ſpecie*

Petrus de Tarentaſia.

Richardus de media villa art. 4. quæſt. 6.

Nicolaus de Lyra.

communicaret, tamen poſtea proinde ordinatum eſt, vt non communicet ſub ſpecie vini propter periculum effuſionis, & quia ſub ſpecie panis accipitur quodammodo ſanguis, in quantum ibi continetur, quia ſub vtraq; ſpecie eſt totus Chriſtus, tamen aliter & aliter, quia ſub ſpecie panis eſt vera caro Chriſti virtute ſacramenti, cætera vero ſunt ibi per concomitantiam: & eodem modo ſub ſpecie vini eſt ſanguis Chriſti ex vi ſacramenti, Cætera verò concomitatiuè: & ibidem dicit, quod ſacramentum Euchariſtiæ non ſolum proficit Sacerdoti ſumenti, ſed etiam toti Eccleſiæ & illis qui ſunt in purgatorio, cuius ratio eſt, quia Euchariſtia non eſt tantum ſacramentum, ſed etiam eſt ſacrificium Eccleſiæ, in quantum continet Chriſtum paſſum, & ideo proficit omnibus fidelibus: Si ſumatur alio modo, ſicut à laico, tunc proficit ſibi ſoli ſumenti, quia officium eius non eſt offerre ſacrificium, ſed tantum ſumere ſacramētum. Et ſuper illud Apoſtoli 1. ad Corint. 11. *probet autem ſe ipſum homo* dicit idem: *hîc fit mentio de duplici ſpecie, nam in primitiua Eccleſia ſic dabatur fidelibus, ſed propter periculum effuſionis ſanguinis modò datur tantum ſub ſpecie panis, Sacerdos tamen celebrans accipit ſub vtraq; ſpecie, non tantum pro ſe, ſed pro aliis*: Hæc ille: Item Dominus Petrus de Palude, Patriarcha Ieroſolymitanus, Doctor vtique magni ingenij & profundæ ſcientiæ & ſanctæ & deuotæ vitæ in 4. ſententiarum. Diſt. 11. ſic dicit: *Secunda concluſio eſt quod non debet ſub vtraq; ſpecie dari populo, ſed ſolùm ſub ſpecie panis propter periculũ effuſionis, ſicut olim offerentes edebant de ſacrificiis & oblationibus quæ erant in materia ſolida. Sed ſoli miniſtri de libaminibus, quæ erant in materia liquida, Græci tamen communicant carni & ſanguini, & in quibuſdam Eccleſiis eſt conſuetudo quod communicant ſub vtraq; ſpecie, nec eſt peccatum, quia quando mos erat, crimen non erat, & ita cautè in illis Eccleſiis ſiue monaſteriis faciunt,*

Petrus de Palude. quaſt. 1.

quod

Scotus.

Thomas de Argentina.

quod nihil effundunt: ſed ſi vulgo indifferenter daretur, eſſet maius periculum: Item Scotus, qui præ altitudine & ſubtilitate doctrinæ antonomaſticè nomen Doctoris ſubtilis in ſcholis obtinuit, in quarto ſententiarum Diſt. 8. in prima quæſtione, *vtrum ſacramentum à non ieiunis poſſit recipi.* dicit in ſumma, quod Sacerdos poſt conſecrationem huius ſacramenti rigidiſſimum habet mandatum Eccleſiæ ad hoc, vt percipiat vtrũq; laicus autẽ non habet aliquod mandatum Eccleſiæ ad hoc vt percipiat vtrumque. ergo non eſt neceſſitatis, hæc ille. Item Thomas de Argentina Doctor valde profundus & magnæ auctoritatis in ſcholis, ſuper quarto Diſt. 8. dicit: *ſicut Sacerdos in die Paraſceues celebrando non debet vti vino conſecrato ex ſtatuto Eccleſiæ, ſed ſola hoſtia reſeruata in præcedenti die, nec obligatur ad conſecrandum & ſumendum ſanguinem ſub ſpecie vini tali die, ſic nec laica perſona poſt communionem corporis Chriſti tenetur ad ſumptionem ſanguinis, ſed poteſt ſumere vinum non conſecratum*: Hæc ille: & idem in alia quæſtione, dicit: *licet in paſſione Domini ſanguis fuerit ſeparatus à corpore vſq; ad horam qua ſurrexit à mortuis. Et ſi in medio tempore fuiſſet conſecratum corpus Chriſti fuiſſet corpus ſine ſanguine, & ſi calix fuiſſet conſecratus, ſanguis fuiſſet ſine corpore, & poſt reſurrectionem ſanguis eſt vnitus corpori & in ſempiternum ſic manebit, & propter hanc vnionem realem ſanguinis & corporis Chriſti ſub vtraque ſpecie panis & vini recipiens habet totum corpus Chriſti, & totum ſanguinem, ideo communi populo, ſecundum conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ veritas corporis & ſanguinis Chriſti datur ſub ſpecie panis tantũ, & hoc propter periculũ diſtillationis ſanguinis, ꝙ poſſet accidere ſi ſub ſpecie vini rudi & impetuoſo populo traderetur ſacramentũ.* Et conſequẽter arguit, ꝓ vtraq; ſpecie ſic: *ſanguis per modum potus ſolũ datur ſub ſpecie vini: igitur cuilibet Chriſtiano ſanguis Chriſti debet dari ſub ſpecie vini, ne priuetur* *vita ſpirituali. Reſpondetur, cui datur corpus Chriſti, illi datur ſpiritualis perfectio per modum cibi & potus, quantum ad rem ſignificatam, licet non quo ad ſpeciem ſignificantem.* Et conſequẽter arguit: *Omnis ordinata refectio de communi lege & ſine miraculo datur per modum cibi & potus. Reſpondetur, quod qui dignè recipit corpus Chriſti ſub ſpecie panis, verè manducat eius carnem & bibit eius ſanguinem, quamuis hoc non fiat ita ſub proprio ſigno expreſſo ſicut ſi reciperet illud ſub ſpeciebus vini. Nam Chriſtus ſub ſpeciebus panis eſt animæ ſpiritualis cibus & potus, hæc* ille: Item ibidem arguit ſic, *ſi ſub ſpeciebus panis haberetur ſanguis Chriſti, tunc in vanum iterum Sacerdos conſecraret ſanguinem calicis. conſequentia tenet, quia fruſtra ordinatur alius actus ad habendum quod de facto habetur realiter. Reſpondetur, quod ideo diſtinctim & diuiſim debet fieri conſecratio ſanguinis, vt expreſsè ſignificetur, quod in Chriſti paſſione ſanguis per effuſionem fuerit ſeparatus à corpore. ergo quamuis ſanguis Chriſti concomitanter ſit ſub ſpeciebus panis, ſub quibus corpus eſt vnitum ſanguini, ex vi ſacramenti, propter tamen dictam ſignificationem, idẽ ſanguis ex vi ſacramenti eſt ſub ſpeciebus vini, & corpus concomitanter, & ideo non eſt fruſtra, quia ille actus qui ordinatur ad ſanguinem, eſt alius ex vi verborum ſacramenti, quàm ille qui eſt ex vi verborum ſacramenti panis.* Hæc ille: Ad idem eſt Hugo primus poſtillator totius Bibliæ. ſimiliter Gorra, & penè quotquot ſcripſerunt ſuper Euangelia, aut ſuper ſententias: Item quidam Doctor Anglicus ſolemnis & valde profundus, dictus Fiſcare, ſuper quarto, Diſt. 11. ita dicit: *Quæritur*, inquit, *quare non datur populo corpus Chriſti ſub ſpeciebus vini ſicut ſub ſpecie panis, vel ſimul ſub vtraq; ? Reſponſio. Multiplex aſſignatur ratio: Vna, quam tangit Iulius Papa de conſecr. Diſt. 2. Alia eſt propter periculum, facilius enim elaberetur gutta quàm hoſtia. Tertia, quia in lege & in ſacrificiis offerebantur libamina, de libamine autem nihil habebant offeren-*

tes, ſed tantũ Sacerdos, licet de ſacrificio haberent, & ideo vt innoteſcat cõgrua veritatis ſignificatio de ſacrificio, ſcilicet de corpore Chriſti ſub ſpecie panis datur populo, ſed ſub ſpecie libaminis non. hæc ille. Quid plura? longum eſſet omnes Doctores Theologos hoc in loco enumerare, & vnius cuiuſque propriam ſententiam in hac noſtra materia replicare. Sed iam ad Doctores iuris canonici accedamus, quorũ ſententias breuiter perſtringemus. *Doctores iuris canoni.* Ecce gloſ. ordinaria Diſt. 2. de conſecrat. c. presbyter. ſuper verbo, *Euchariſtiam ſemper habeat paratam*: *Cap. 93.* ita dicit: *ſanguinem non præcipit ſeruare, quia opus eſſet nimia cautela in eo ſeruando.* Item eadem gloſſa de eodem, 3. c. comperimus, ſuper verbo, *aut integra*, *Cap. 12.* dicit: *Et hoc intelligo de conficiente .i. Nam infirmus vel ſanus in neceſsitate ſine vino corpus ſumere poteſt*: ad quod confirmandum adducit dicta gloſſa tres ſollennes Doctores & antiquos, videlicet Hugolinum, Laurentium, & Ioannem, vt patet ibidem. Item Archidiaconus in eadem Diſ. c. presbyter, addit ad gloſ. præallegatã, dicens: *addere præterea non opus eſt, quia vbi eſt corpus, ibi eſt ſanguis.* Item idem Archidiaconus in c. comperimus. hanc materiam ex dictis Petri de Tarentaſia, hoc modo declarat: *dic ad huius declarationem quod in huiuſmodi ſacramento eſt ratio ſigni & ratio cauſæ; ſignificatio pertinet ad ſapientiam, ſed cauſalitas ad gratiam. Quia ergo gratia communiter omnibus neceſſaria eſt, ſed non ſic ſapientia efficacia verò æqualis eſt ſub vtraq; ſpecie, ſed non ſignificantia, ideo omnibus traditur ſub altera ſpecie, in qua poteſt tradi cum reuerentia & cautela maiori. A maioribus verò tantum id eſt presbyteris, & miniſtris ſumitur ſub vtraq; ſpecie.* Hæc Archidiaconus. Ad idem eſt Ioannes in ſumma confeſſorũ, & Hoſtienſis in ſumma ſua. Item Rudolphus in paſtorali nouello, in metris de hac eadem materia loquens, ita dicit: *Hic & ibi cautela ſit hæc,*

Digitized by Google

ne presbyter ægris, Aut ſanis tribuat laicis de ſanguine Chriſti, Nam fundi leuiter poſſet, ſimplexq; putaret, Quod non ſub ſpecie eſſet Ieſus totus vtraq; Sed facit hic aliter nouitatū gratia mater.

Attendant igitur quæſo oppoſitum huius veritatis tenentes & libera ratione diiudicent, quæ pars habeat Doctores ex propoſito & ex intentione in materia loquentes potiores in condicionibus ſuperius enumeratis, in quadam ſuppoſitione generali. Comparabitur ne quidam Iacobellus, primus vniuerſalis conſuetudinis Eccleſiæ effractor, & prim⁹ huius nouitatis in regno Bohemiæ inuentor, in perſpicuitate ingenii, in exercitatione ſtudii, in humilitate iudicii, in immunitate vitii & paſſionis, in ſanctitate vitæ, in reuelationibus & inſpirationibus diuinis, in intellectu diuinarum ſcripturarum in perceptione diuinæ voluntatis, in cognitione veri, præfatis tot & tantis ſanctiſſimis & profundiſſimis Doctoribus, in quorū doctrina & vita fulget Eccleſia vt Sol & Luna? Vbi quæſo præfati Iacobelli miracula vitæ ſanctitatem teſtantia? Vbi gradus magiſtralis ſeu doctoralis vel potius ſcripta & opera ſufficientiam doctrinæ ſuæ declarantia? Mira res vtiq; & non mira. Non mirum quidem quod vnus homo detur in reprobum ſenſum, ſed mirandum quod poſt ſe trahat innumeram multitudinem fidelium, mirandum vtiq; & dolendū, quod tam glorioſum & notabile regnum, derelicta vniuerſali Eccleſiæ conſuetudine, vnius hominis nouitatem ſequi voluerit. Ecce tot Doctores, tam ſanctiſſimos in vita, & tam in doctrina & ſcientia diuinarum ſcripturarum profundiſſimos, qui ex propoſito & ex intentione atq; in propriis terminis ſole clariùs noſtram declarant & determinant ſententiam, adduxi, & adduco in medium. Det mihi Magiſter Iohannes, ſiue pars aduerſa, à tempore quo Chriſtus hoc inſtituit ſacramentum, vſq; in præſentem diem, vnum Doctorem fidelem & Catholicum, qui ex propoſito & ex intentione mouerit in libris aut ſcriptis, ſiue in dictis ſuis, hanc quæſtionem in forma ſiue in ſententia: Vtrum in communione laica vtraq; ſpecies panis ſcilicet & vini ſit de neceſſitate ſalutis, & de præcepto Chriſti: & qui determinet pro parte aduerſa, contra tot & tantos & tam ſanctiſſimos viros, & in diuinis ſcripturis Doctores profundiſſimos, in loco præſenti per me adductos, & offero me ad ſubeundam omnem pœnitentiam & pœnam corporalem dictandã & inferendam per hoc ſacroſanctũ generale Conciliũ, in Spiritu S. legitimè congregatũ. Nec apud partem aduerſam dicti ſancti Doctores per me hic inducti pro præſenti, & quorũ libri hic in oculis omniũ fuerunt reuoluti, poſſunt aut debent haberi ſuſpecti quoquo modo, cum omnes per longa annorum ſpacia hanc nouitatẽ præceſſerint, alii penè per ducentos annos, imo per plures, vt Innocentius. Alii ferè per ducentos, vt Alexander de ales, Albertus Magnus, ſanctus Doctor Bonauentura. Alii per centum quinquaginta, & alii per centum, & nullus eſt qui ad minus non præceſſerit per quinquaginta annos, quorum vtiq; vita & doctrina etiam in regno inclyto Bohemiæ, & in vniuerſitate Pragenſi ante hoc diſturbiũ claruit, & in magna veneratione habiti ſunt.

Probatur hæc veritas rationibus. I.

Sexto principaliter prædicta veritas rationibus quibuſdam perſuaderi videtur, ex ſuppoſitione fidei Eccleſiæ & doctrinæ ſanctorum. Et primò ſit prima ratio: Omnis ſubſtantia habens omnem perfectionem & virtutem ſub vno accidente, ſicut ſub pluribus, & nihil perfectionis aut virtutis ſiue effectus ab accidentibus capiens, dum talis ſubſtantia ſub vno accidente accipitur, non eſt neceſſe quod ſub pluribus capiatur, ſine

Chriſti præcepto vel ſtatuto Eccleſiæ. Sed Chriſtus eſt ſubſtantia omnem perfectionem & virtutem habens & continens ſub vno accidente, id eſt, ſub ſpecie panis vel etiam ſub ſpecie vini. Igitur ſi accipitur ſub vno accidente ſcilicet panis, non eſt neceſſe quod capiatur ſub pluribus, niſi obſtaret Chriſti præceptum vel Eccleſiæ ſtatutum. Maior patet per illud octauo Phyſicorũ, vbi dicitur quod peccatum eſt fieri per plura, quod competenter poteſt fieri per pauciora. Nec hoc etiam eſt de præcepto Chriſti, nec pro nunc de ſtatuto Eccleſiæ. Minor etiam patet, quia ſi Chriſtus non haberet omnem perfectionem ſub vno accidente ſicut ſub alio, tunc Chriſtus ſub vno accidente non eſſet perfectus, & quod ab accidentibus aliquam acquireret perfectionem, quod nullus ſanæ mentis diceret. Secunda ratio. Si Sacerdotibus quandoq; congruit cõmunicare ſub vna ſpecie tantum, ſine peccato, tunc à fortiori laicis. Sed de facto Sacerdotibus in ſexta feria paraſceuæ ex ſtatuto Eccleſiæ congruit, ſicut præmittitur, communicare, igitur & laicis. conſequentia tenet per regulã topicam ſi illud quod minus videtur ineſſe, & ineſt, tunc & illud quod magis. Statuit autem Innocentius Papa Euchariſtiam à die cœnæ reſeruare ſub ſpecie panis pro fidelibus communicandis & ad implendum officium ſequentis diei, in quo ſacramentum non conficitur. Ratio autem à Doctoribus aſſignatur; quia in prædicta ſexta feria ſanguis fuit effuſus de corpore Domini, & diuiſus à corpore realiter, vnde non oportet illa die quę ex ſe rerũ toto officio prædictam diuiſionem commemorat, per huiuſmodi ſpecies viſibiles deſignari. Quapropter & eadem die Sacerdos ſumit ſacramentum tantummodo ſub ſpecie panis ad refectionem potius in perſona totius Eccleſiæ, quàm ad ſigniad ſignificationem. Item quia ſicut in veteri lege in ſecundo tabernaculo quod dicebatur ſancta ſanctorũ, ſemel in anno ſolus Pontifex intrabat, non ſine ſanguine, quem offerret pro ſua & populi ignorantia, vt ait Apoſtolus ad Hebræos quinto: ſic ad oſtendendum quod ea die ſolus noſter ſummus Sacerdos Dominus Ieſus Chriſtus intrauit per proprium ſanguinem de quo Apoſtolus ibidem, *Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum Bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manifeſtum, id eſt non huius creationis, neq; per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta,* nullus ea die celebrat. vnde Rabanus de *lib.2.c.37.* inſtitutione clericorum Capitulo ſexageſimo ſeptimo, *in hac die ſacramenta penitus non celebrantur, ſed Euchariſtiam in cœna Domini conſecratam, peracto officio lectionum & orationum, & ſanctæ crucis ſalutatione, reſumũt.* Tertia ratio. Si prædicta communicatio laica ſub vtraq; ſpecie eſſet de neceſſitate ſalutis, ſequeretur quod omnes Sacerdotes & laici à tempore quo huiuſmodi communicatio ſub vna ſpecie ortum habuit, peccaſſent mortaliter, & per conſequens, quod eſſent damnati, quod eſt error manifeſtus, quia ſic ſanctus Ambroſius, Hilarius, Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, & alij innumeri ſanctiſſimi patres eſſent damnati, quod piæ aures exaudire perhorreſcunt. Aſſumptum probatur: Primò de Sacerdotibus quidem, quia obligabantur populo miniſtrare hoc ſacramentum ſub vtraq; ſpecie, ex diuino præcepto, & hoc facere neglexerunt, immo facere noluerunt, & ſic populũ priuauerunt iure ſuo, quod habuit in tali ſacramẽti perceptione, & impediuerunt ſalutem ipſorũ, quod non potuerunt ſine graui & ſine mortali peccato facere. Si enim ſpoliare honore, aut rebus, aut iure quod habet in aliqua poſſeſſione, eſſet peccatum mortale, quanto magis ſpoliare quenquam ſalute & iure ſuo in perceptione tantæ rei. Item non ſolum Sacerdotes non miniſtrabant aut ſubtrahebant populo tantùm ſacramentum, ſed etiam docebant populum quod licitum eſſet, ſic ſub vna ſola ſpecie communicare, nec tenebantur aliter. Et in hac ſuppoſita aduerſariorum opinione pro veritate docebant errorem contra diuinam legem, & faciebant gregem ſibi commiſſum in tam magnis & arduis rebus periculoſiſſimè errare, quod vtique facere non poterant ſine grauiſſimo peccato mortali: Sicut ſi prælatus doceret gregem ſibi commiſſum quod fornicari eſſet licitum, aut ſe ipſum propria auctoritate indifferenter vindicare, & ſimilia, quæ ſecundum ſe erronea ſunt. Similiter laici, ſi fuiſſent obligati ad vtramque ſpeciem, peccaſſent mortaliter non faciendo diligentiam, nec petendo id quod ſibi ad ſalutem competebat. Sicut non excuſatur laicus, ſi non ſit Baptizatus, nec petit Baptizari, quia quilibet tenetur diligentiam facere ad habendum id ſine quo ſaluari non poteſt. Conſequentia patet ſimiliter. Omnis enim qui peccat mortaliter nec ſaltem in extremis poſitus conteritur & confitetur, is pro facto inter damnatos computatur. Manifeſtum eſt autem quod à multis centenis annis à quibus prædicta communio ſub vna ſpecie introducta eſt, nullus ſanctorum Sacerdotum ſic laicis miniſtrantium, ſiue etiam ipſi laici ſic accipientes, contriti ſunt aut confeſſi de huiuſmodi ritu, quaſi peccaſſent mortaliter, & ſic omnes eſſent damnati, & per conſequens omnes patres noſtri, & Bohemorum, & qui nos & eos in regno Bohemiæ præceſſerunt, eſſent damnati & æternis ignibus & pœnis

nis deputati, quod nec ipſi nec aliquis ſanæ mentis aſſereret. Et ſic vlterius pro huiusmodi & taliter defunctis non eſſet orandum, nec alia ſuffragia eſſent pro eiſdem facienda, & per conſequens prædictam communionem ſub vtraque ſpecie aſſerentes, pro parentibus eorum orare non deberent, nec aliqua alia pietatis opera exercere, quod credo non ſolùm apud nos Catholicos, ſed etiam apud ipſos aduerſarios impium eſſet aſſerere, & audire. Nec ſufficit dicere quod prædeceſſores ſaluati ſunt per vnam ſpeciem, quia noticiam ſcripturarum non habuerunt, ſed iam ex quo ſcripturæ apertæ ſunt & reuelatæ, non ſufficit ſub vna ſpecie tantum, ſed ſub duabus communicare, quia nullus excuſatur per ignorantiam alicuius quod de neceſſitate, ſcire tenetur & ſpecialiter, cum ea quæ credenda ſunt explicitè, expreſsè in ſacra ſcriptura ſunt poſita, ignorans enim ignorabitur. Et ſequeretur quod eadem de cauſa omnes pagani & infideles eſſent ſaluandi: patet, quia ignorant Baptiſmum eſſe de neceſſitate ſalutis, mandata Dei, articulos fidei, ſacramēta & alia quæ in Eccleſia ſunt de neceſſitate ſalutis, & dicuntur eſſe. Item omnes perſequentes & obſidentes Chriſtianos, propter nomen Chriſti, putantes ſe obſequium præſtare Deo, eſſent immunes à peccato, quia propter ignorantiam putant ſe bene facere, de quorum numero quandoque fuit Paulus Apoſtolus qui de ſe ipſo ait prima ad Timotheum primo: *qui prius Blaſphemus fui & perſecutor & contumelioſus, ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum quia ignorans feci in incredulitate.* Vbi manifeſtè dicit ſe fuiſſe Blaſphemum & contumelioſum, licet ignorāter fecerit, & niſi fuiſſet miſericordiā conſecutus,

vtique

Digitized by Google

vtiq; ignorantia non excuſaſſet eum. Similiter ſi prælatus doceret populum ſuum, quod Chriſtus non eſſet Deus, ſed pura creatura; & populus crederet, ſic certè non excuſaretur à graui peccato, ſic etiam ignorans fornicationem eſſe prohibitam lege diuina, non propter hoc, ſi fornicatur, excuſatur à peccato mortali. Ad confirmationem huius facit illud Euangelii: Matt. 15. *Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.* Oportet ergo eos de neceſſitate fateri, aut quod patres & anteceſſores eorum in regno Bohemiæ, qui fuerunt per multa centena annorum ante ipſos, cùm ignorantia non excuſet eos, damnatos eſſe: aut quod ipſi harum nouitatum inuentores erant, & per conſequens damnentur, ſi pertinaciter agant. Et præterea ſcripturæ, de quibus aduerſarij gloriantur ſe nouiter intellexiſſe, ante multa centena annorum à ſanctis patribus ſenſum Chriſti, ſecundum Apoſtolum habentibus in ſe, lectæ & optimè expoſitæ atque intellectæ fuerunt, nec non & optimo fundamento ſtabilitæ & per ſingula ſtudia affirmatæ & approbatæ, qui ſi neceſſitatem huiuſmodi cõmunicationis ſub vtraq; ſpecie in his ſcripturis cognouiſſent, vtique ſtatuto Eccleſiæ fuiſſet huiuſmodi communicatio aſſignata, cuius oppoſitum apparet manifeſtè. Non enim veriſimile eſt tam ſanctiſſimos viros & ſapientes, atq; totam Eccleſiam, per tam grande annorum ſpacium, tam damnabiliter erraſſe, & hodie in errore perſiſtere, cùm ipſa à ſpiritu ſancto regatur, qui eam non ſinit errare, in his potiſſime, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, vt infra manifeſtiſſimis teſtimoniis approbabitur. Præterea ſi prædicta communio ſub vtraque ſpecie fuiſſet ſub præcepto, ſequeretur quod Deus præcepiſſet aliquid impoſſibile aliquibus; conſequens falſum, quia derogat diuinæ pietati: vnde &

Hiero-

Digitized by Google

Hieron.

Ariſtoteles.

Auguſtinus.

Hieronymus excommunicat, imò verius excommunicatos denunciat in quadam epiſtola, omnes qui dicunt Deum aliquid impoſſibile præcepiſſe. conſequentia tamen patet, quia multi homines ſunt qui naturaliter, nec bibere nec odorari vinum poſſunt, & per conſequens nec ſub ſpeciebus vini poſſent communicare. Si ergo antecedens eſſet verum, ſequeretur, quod omnes huiuſmodi eſſent in ſtatu damnationis, quod nullo modo eſt dicendum, quia propter inexiſtentiam à natura, nullus eſt vituperandus, vt dicit Ariſtoteles in Ethicis. Idem etiam accidit de multis infirmis, qui ſub vna vel ſub alia ſpecie Euchariſtiam ſumentes ipſam deglutire non poſſunt, & ſi deglutiant, tamẽ retinere non poſſunt, ſed potius euomunt, vnde aut impiè aut improuidè Chriſtus ſuum corpus & ſanguinem ſub duplici ſpecie ſumendum præcepiſſet. Impiè quidem, quia multi contra naturam & ſine cauſa damnarentur; Improuidè autem, ſi neſciuiſſet huiuſmodi caſibus prouidere, quod de omniſciente & ſapientia Patris nullo modo eſt ſuſpicandum. Item ad ſolos ſacerdotes pertinet offerre ſacrificium, ſecundum illud ad Hebræos 8. *Omnis enim pontifex ad offerenda munera & hoſtias conſtituitur.* Sed vinum & ſanguis nunquam offerebatur niſi in ſacrificio per manus ſacerdotum in lege veteri, ergo ratione correſpondentiæ figuræ ad figuratũ, nec in noua lege debet offerri vinum, quod ſanguinem repræſentat, niſi in ſacrificio per ſacerdotes. Item Auguſtinus in libro qui intitulatur contra epiſtolã Manichæi quam vocant Fundamentum: *Id autem ſcientia & voce ſecurum eſt aſſerere, quod in gubernatione Eccleſiæ Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti vniuerſalis Eccleſiæ conſenſione roboratum eſt.* Cum igitur communio ſub vna ſpecie conſenſione vniuerſalis Eccleſiæ roborata ſit, vt patet de ſuperius inductis , ſcientia vtique & voce illam aſſerere & tenere ſecurum eſt;& oppoſitum omnimodè inſecurum. Item Beatiſſimus Hieronymus ſcribens ſymbolum fidei ad Damaſum Papam,ita loquitur:& habetur 24. quæſt. 1. Cap. 13. *Hæc eſt fides Papa beatiſſime , quam in Catholica Eccleſia didicimus , quamq́ ſemper tenuimus & tenemus , in qua ſi minus peritè aut parum cautè fortè aliquid poſitum eſt , emendari cupimus à te , qui Petri fidem & ſedem tenes. Si autem hæc noſtra confeſſio Apoſtolatus tui iudicio comprobatur , quicumque me culpare voluerit , ſe imperitum vel maleuolum vel etiam non Catholicum ſed hæreticum comprobabit.* Item idem Glorioſiſſimus Hieronymus Cap. 25. eiſdem & cauſa & quæſtione, c. quoniam vetuſto, loquens ad Romanum pontificem dicens : *Ego nullum præmium niſi Chriſtum ſequens , beatitudini tuæ , id eſt cathedræ Petri communione conſocior : ſupra illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit , prophanus eſt. Si quis in Noe Archa non fuerit , peribit regnante diluuio* & in fine capituli ſubdit : *Nam non Vitalem, Meletium reſpuo , ignoro Paulinum. Quicunque tecum non colligit , ſpargit. Qui Chriſti non eſt , Antichriſti eſt.* Ex prædictis Glorioſiſſimi Hieronymi auctoritatibus bene penſatis & intellectis, concludat ratio vniuſcuiuſque quid ſequatur.

POſtremo licet prædicta ſufficiant ad prædictam communionem veraciter confirmandam , & ſpecialiter Eccleſiæ conſuetudo atque ſacrorum Conciliorum quæ errare non poſſunt , ſtatutum & ordinatio: nihilominus ad maiorem veritatis manifeſtationem & ad conuincendum contumaces, motiua aliqua ex plurimis quibus ſancta mater Eccleſia hunc ritum introduxit, bene & laudabiliter continuauit, hodieq; continuat, & obſeruat, ſunt inducenda. Et primum quidem eſt, vt euitetur periculum diſtillationis & effuſionis ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem tractare eſt valde periculoſum propter ſpecierum naturalem fluxibilitatem, quæ poſſent effundi de facili, præſertim cùm in multitudine frequenter fit preſſura, & multi ſæpe ad communionem veniunt homines tremuli, barbati, infirmi & paruuli, circa quorum ſacramenti ſumptionem multa poſſent & grauia pericula imminere, & per conſequens peccata, quæ non de facili poſſent euitari. Quale autem ſit peccatum effuſionis & diſtillationis ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, oſtendit Auguſtinus libr. quinto homiliarum, & habetur 1. quæſt. 1. *Interrogo vos fratres, dicite mihi, quid plus eſſe videtur vobis, verbum Dei, an corpus Chriſti. Si vultis verè reſpondere, hoc vtique dicere debetis, quod non ſit minus verbum Dei, quam corpus Chriſti: & ideo quanta ſollicitudine obſeruamus, quando nobis corpus Chriſti datur, vt nihil ex ipſo de manibus noſtris in terram cadat, tanta ſollicitudine obſeruemus ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus aut loquimur, de corde puro pereat, quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quàm ille qui corpus Chriſti ſua negligentia in terram cadere permiſerit.* Ecce quod Auguſtinus dicit quod reus erit qui ſua negligentia corpus Chriſti in terram cadere permittit, & non minus qui verbum Dei negligenter audierit, reus autem eſt quilibet qui in grauibus peccatis delinquit; quapropter & ſacerdos qui per negligentiam guttam ſanguinis Chriſti ſuper terram aut pallam fudit, debet pœnitere quadragin-

Hom. 26.
Cap. 94.

draginta diebus, & palla comburi, & lapis radi, & terra
cap. 27. lambi, & in ſacrarium reponi, vt dicitur de conſe. diſ. 2. *Si per negligentiam aliquid de ſanguine Domini ſtillauerit in terram, lingua lambetur, tabula radetur. Si vero non fuerit tabula, vt non conculcetur locus, corradetur, & igne conſumetur, & cinis intra altare recõdetur, & ſacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si ſuper altare ſtillauerit calix, ſorbeat miniſter ſtillam, & tribus diebus pœniteat, & cætera.*

Hæc autem tam dura pœnitentia non inponeretur ſacerdoti, ſi non eſſet valde graue peccatum. Si ergo per negligentiam cadente ſanguine terram lambet, & tabula radi debet, & poſt ad ignem proiici raſura vt cõburatur: quanto magis pepla mulierum, & barbæ virorum Chriſti ſanguine madidatæ, deberent comburi, eo quod ex propoſito & ſine neceſſitate ac irreuerenter ſic Chriſti ſanguine perfunduntur. Si etiam ſacerdos qui ſic negligens repertus fuerit, tam durè puniendus eſt, vt per quadraginta dies pœniteat, quanto magis perſonæ laicæ puniendæ ſunt; & ſi nõ magis aut ęquè, nihilominus grauiter puniendæ venient, pro huiuſmodi exceſſib. & irreuerẽtiis commiſſis, quam vtiq; punitionem & pœnitentiam cum magna difficultate laici ferre poſſent, & vtiq; abſq; cauſa & neceſſitate. Cauendum ergo fuit Eccleſiæ & ſumma diligentia procurandum, vt rudis populus non exponeretur gratis tam grauibus periculis peccatorum & pœnarum. Ex quo decreto Pij papæ, manifeſtiſſimo ſigno coniecturari poteſt, quod cõſuetudo vnius ſpeciei eſt antiquiſſima. Nam hic Pius papa fertur fuiſſe decimus poſt beatum Petrum pontifex in Eccleſia Romana, vt refert Auguſtinus in epiſtola ad Generoſum & ſedit in
Epiſt. 165. Cathedra Petri circa Annum Domini centeſimũ quinquageſimum tertium, qui abſq; dubio ſi fuiſſet tempore

ſuo conſuetudo vtriuſque ſpeciei, ita bene prouidiſſet circa effuſionem ſanguinis, quæ contingeret aut poſſet contingere in ſumptione laicorum, ſicut prouidit circa pericula, quæ contingunt in miniſtratione miniſtrorum ſiue ſacerdotum. Immo amplius & diligentius, inquantum laici, mares & fæminæ, ſenes & iuuenes, infirmi, & alij ſunt minus cauti, & minus circumſpecti atq; diſcreti in tractando diuina myſteria, quàm ſint miniſtri ad hoc ſpecialiter deputati. Aut igitur aduerſarij producant tam antiquum decretum, quod ſciant prouiſionem circa huiuſmodi pericula laicorum facere, quod non facient in æternum, aut fateantur nobiſcum antiquitatem conſuetudinis vnius ſpeciei, ex hoc decreto prouiſionem facientem in periculis contingentibus circa effuſionem ſanguinis per miniſtros; ſicut etiam fit in alio decreto ex Concilio Aurelianenſi, de cuſtodia corporis Chriſti, nulla facta mentione, de ſanguine aut de ſpecie vini, & habetur de conſe. diſ. 2. c. qui bene: vbi ita Concilium determinat: *qui bene non cuſtodierit ſacrificium, & mus vel aliud aliquod animal comederit, quadraginta diebus pœniteat.* Ex quo decreto ſimiliter patet, quod ſola hoſtia ſiue Euchariſtia ſeruabatur ſine ſanguine. *Qui autem perdiderit illud in Eccleſia, aut pars ceciderit & inuẽta fuerit, triginta dies pœniteat.* Ex quo decreto ſimiliter patet, quod ſola hoſtia ſiue Euchariſtia ſeruabatur ſine ſanguine, quia indubitanter, ſi ſanguis fuiſſet pręceptus ſeruari, multò maior cautela fuiſſet adhibita in cuſtodiã illius quã in cuſtodiã hoſtiæ, cũ ſit maioris periculi ad cuſtodiendum. Quocirca ſanctus doctor tertia parte ſum̃æ ſuę dicit quod circa vſum huius ſacramenti duo poſſunt conſiderari, vnũ ex parte ipſius ſacramẽti, aliud ex parte ſumentiũ. Ex parte ſacramenti conuenit, ꝙ vtrumq; ſumatur, ſcilicet corpus & ſanguis,

cap. 94.

quia in vtroq; cõſiſtit perfectio ſacramenti. Et quia ad ſacerdotem pertinet hoc ſacramentum conſecrare & perficere, nullo modo debet corpus Chriſti ſumere ſine ſanguine: Ex parte autem ſumentium, requiritur ſumma reuerentia & cautela, ne aliquod accidat quod vergat in iniuriam, aut in irreuerẽtiam tanti myſterij, quod præcipuè poſſet accidere in ſanguinis ſumptione, qui quidem ſi incautè ſumeretur, de facili poſſet effundi. & quia creſcente multitudine populi Chriſtiani, in qua continentur ſenes, & iuuenes, & paruuli, quorum quidam non ſunt tantæ diſcretionis, vt cautelam debitam circa vſum huius ſacramenti adhiberent, ideò prouidè inquibuſdam Eccleſiis obſeruatur, vt ſanguis ſumendus non detur populo, ſed ſolum à ſacerdote ſumatur. Secundum propter infirmos, pro quibus deberet ſanguis ſub ſpeciebus vini, in ſacrario reſeruari, circa quem multa horribilia poſſent contingere. Nam de facili congelaretur, vel in acetum tranſmutaretur & ita corrumperetur ſacramentum, & ſic acetum purum pro ſanguine Chriſti daretur fidelibus, & ſic de facili idololatria committeretur: In æſtate etiam de facili vermes aut muſculæ in eo orirenttur, etiam quantumcunque vas clauſum cuſtodiretur, vnde fieret abominabile ſumentibus ad bibendum, & multa alia quæ non poſſunt exprimi. Similiter importando ad infirmos ad longum ſpacium ſanguinem, multa poſſent occurrere pericula & interuenire ſiue eques ſacerdos ipſum portaret, ſiue pedes, vt tempore pluuiarum, glaciei, & multis aliis modis. Tertium propter vitare errores, ne videlicet populus communis, qui tantũ iudicat ſecundum ſenſum, credat Chriſtum non eſſe totum ſub vna ſpecie, ſicut multi hæreticorum, vt Neſtorius & Pelagius, & eos ſequentes

Secundum motiuum.

Tertium motiuum.

aſtruxerunt. Neſtorius enim ſic ſub vtraque ſpecie miniſtrauit, exiſtimans quod ſub ſpecie panis eſſet tantummodò corpus Chriſti ſine ſanguine, & ſub ſpecie vini ſanguis ſine corpore, quia ſic in paraſceue ſanguis fuit diuiſus à corpore, & è cõuerſo; ꝙ omnino falſum eſt & hæreticum; quia licet in paraſceue ita fuerit, & ſic in hoc ſacramento, ſi eadẽ die fuiſſet celebratũ, ſic fuiſſet, vt aſſerit, propter mortẽ, qua & anima & ſanguis ſeparabantur ab inuicẽ, & à corpore, nõ tamẽ nunc ita eſt, quia Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam nõ moritur, & per conſequens nec ſanguis ab ipſius corpore ſeparatur. Pelagius verò & ipſius ſequaces dictis Saluatoris innitentes, *niſi manducaueritis carnem filij hominis &c.* dederunt laicis ſub vtraque ſpecie, & etiam paruulis ſtatim poſt Baptiſmum, & ſi ſpeciem panis ſacramentalem non poſſent ſumere, dicebant quod debebat conteri cum ſanguine, & ſic infundi in ora puerorum, & ſi fortaſſe quippiam eieciſſent, dicebant illud eſſe comburendum, innitentes illi ſcripturæ Exodi 12. *ſi quid reſiduum fuerit comburetis.* multi etiam ita extenſiuè hunc textum acceperunt, vt vltra Pelagianos non ſolum miniſtrarent viuis vtramq; ſpeciem, ſed etiam defunctis vt refert venerabilis Beda in homilia ſuper Matthæum 26. cap. Datur ergo non conficientibus ſub vna ſpecie, vt euitentur prædicti errores, vt videlicet Chriſtus non credatur in hoc ſacramento diuiſus, ſecundum diuiſionem ſpecierum, ſed quod ſub altera totus ſit & integer, contra id quod Neſtorius aſſerebat; & ne credatur illud dictum Chriſti neceſſitatem inducere abſolutam, vt Pelagius aſſeruit, ita vt etiam pueris vſu rationis carentibus & aliis amentibus dari deberet & miniſtrari, ne fortè eis ſub diuerſis ſpeciebus, alius & alius Chriſtus crederetur, præ-

Rom. 6.

præcipuè apud illos qui intelligere nequeunt, idem corpus per diuinum miraculum ſub alienis dimenſionibus poſſe in diuerſis locis contineri:

Quartum motiuum.

Quartum, vt veritas vmbræ & figuræ correſponderet. In veteri enim lege, de libaminibus, per quæ ſanguis Chriſti præfigurabatur, nihil ſumebant laici ſed ſoli ſacerdotes vt prædictũ eſt.

Quintum.

Quintum propter honorem & dignitatem ſacerdotalis officij: dignum enim & iuſtum eſt, vt characterem & dignitatem ſacerdotalem & officium quibus à communi populo diſtinguuntur, & ſi non quantum ad rem & affectum cæteris paribus, in ſignis tamen dum miniſtrant & celebrant hoc ſacramentum, à cæteris diſtinguantur, & quadam extrinſeca in myſterij huius oblationis dignitate, refulgeant. vnde quidam doctor dictus Albertus de Padua in quadã ſua quadrageſimali homilia in cœna Domini, ait: *congruit etiam inter miniſtros Eccleſiæ & populum eſſe differentiam, & ideo populo ſufficit eſſe de corpore Chriſti: ſed miniſtros oportet eſſe quaſi animam corporis, dirigendo populum ſubditum, ideo illi corpus tantum, iſti etiam ſanguinem in quo eſt anima ſumant.*

Serm. 4. feria quinta maioris hebd. in ordine 246.

Ne etiã crederetur virtus huius ſacramenti æquè principalius conſiſtere in ſumptione & cõſecratione. Si enim laici ad vtramque ſpeciem admitterentur æqualiter ſacerdotibus, & ſub vtraque ſpecie communicarent, facile creſcente temeritate & malitia hominum, laici & fortaſſe mulierculæ poſſent præſumere aliquid non ſolum ſic ſumendum ſed etiam conficiendum, quod quàm deteſtabilis & damnabilis error eſſet, nullus ſanæ mentis dubitat.

Sextum.

Finaliter Eccleſia debuit ceſſante cauſa tollere & amouere effectũ. Cùm enim Euchariſtiæ ſacramentũ etiã ſecundũ virtutem nominis, ſit ſacramentũ caritatis, quæ ſola celat & operit multitudinem peccatorum, prima Petri quarto. In primitiua autem Eccleſia, laicorum caritas

caritas efferbuerat in tantum, quod pro Chriſti nomine ſitiebant, ſicut ſitit ceruus ad aquæ fluuium, effundere ſanguinem propriũ: & hoc principaliter ex triplici cauſa. Primò ex viciſſitudine amoris, ad quam inuitabat Apoſtolus dicens: *hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu.* Phil. 2. Secundò ex recompenſatione ſatisfactionis, prout Beatus 1. Pet. 4. Petrus hortabatur fideles dicens: *Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini:* Tertiò propter exemplum Apoſtolorum quos videbant vltro ſe paſſionibus ingerere atq; perſecutionibus, de quibus dicitur Actuum quinto: *ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati*: in cuius feruoris ſignum Chriſto eos ad paſſionem inuitanti, ſecundum beatum Hieronymum, *poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum?* efficaciter reſponderunt: *poſſumus*, ex feruore martyrii. His itaque & aliis de cauſis illa ſacra primitiuæ Eccleſiæ non ſolum clericorum ſed etiam laicorum caritas, ita eos ad paſſionem martyrii animabat, vt alter alterum certaret præuenire, decantans cum Propheta, *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Pſal. 115. *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo*, tunc etenim qui Epiſcopatum deſiderabat, non aliud quàm martyrium optabat, ſecundum Gregorium in paſtorali: ad quam intentionem dicebat Apoſtolus: *qui Epiſcopatum* 1. Tim. 3. *deſiderat, bonum opus deſiderat.* Tali igitur deuotione & caritate in ſanctis laicis exiſtentibus, & perſecutoribus omni momento & loco mortem intentantibus, tunc qualibet hora licebat laicis in prouocationem & deuotionem effundendi ſanguinem proprium, bibere de calice altaris ſanguinem Chriſti, & hac in cauſa & ad propoſitum loquebatur beatus Cyprianus, epiſtola 57. de Iuxta edit. lapſis: *& cum ad hoc fiat Euchariſtia, vt poſſit accipiẽtibus eſſe tu-* Pamelij Epiſt. 54.

Digitized by Google

Auguſt.

tela, quos tutos eſſe contra aduerſarios volumus, munimento Dominicæ ſecuritatis armemus. Nam quomodo docemus aut prouocamus eos in confeſſione nominis ſanguinem ſuum fundere, ſi eis militaturis Chriſti ſanguinem denegamus? Aut quomodo ad martyrij poculum idoneos facimus, ſi non eos prius ad bibendum in Eccleſia poculum Domini iure communicationis admittimus? Cum igitur ille talis feruor charitatis erat ſingularis priuilegij Apoſtolo atteſtante cap. primo ad Philippenſes: *vobis datum eſt pro Chriſto non ſolum vt in eo credatis, ſed etiam vt pro illo patiamini.* & ſecundum Auguſtinum. *Sicut nullus eſt melior in hac vita introitus quam per baptiſmum, ſic nullus tutior exitus quam per martyrium, in quo ſicut in baptiſmo, omnia tolluntur peccata: in cuius myſterium ſuper Chriſtum primum baptizatum & ſuper Stephanum primum pro Chriſto lapidatum, cæli leguntur aperti.* Ceſſante illo feruore charitatis & deuotionis, & hoc ſingulari priuilegio, quod erat martyrij deſiderium, vtique ceſſare debuit & debet hoc, quod in ſignum illius deſiderij dabatur laicis. Nec obſtat quod ſacerdotes conficientes ſumunt ſanguinem, in eis deficiente illa caritate & deuotione, de quibus prædictum eſt, quia non ſolum pro ſe ipſis, ſed pro tota Eccleſia, in qua non eſt exſtincta caritas, nec in ſempiternum exſtinguetur, Deo offerunt ſacrificium. Et etiam quia ad ipſos pertinet non ſolum ad efficaciam ſumere, ſed etiam ad ſignificationem. Vnde Nicolaus de Lyra ſuper illud Ioan. 6. *niſi manducaueritis &c.* dicit: *ſacramentum Euchariſtiæ non ſolum proficit ſacerdoti ſumenti, ſed etiam toti Eccleſiæ, etiam illis qui ſunt in purgatorio,* cuius ratio eſt, quia Euchariſtia non eſt tantum ſacramentum, ſed etiam ſacrificium Eccleſiæ, inquantum continet Chriſtũ paſſum & ideo proficit omnibus fidelibus. Si ſumatur alio modo, vt à laico, tunc proficit ſibi ſoli ſumenti, quia officium eius non eſt offerre ſacrificium, ſed tantum ſuſcipere ſacramentum, & quia etiam Apoſtolis præceptiuè dictum eſt: *hoc facite in meam commemorationem*, per quæ etiã verba in ſacerdotes conſtituebantur vt patebit. Ex his & aliis motiuis, conſuetudo & auctoritas Eccleſiæ obtinuit, vt non conficientibus tantummodo hoc ſacramentũ ſub ſpecie panis traderetur. Et hæc de poſitione mea præſenti dicta ſufficiant, ad laudem omnipotentis Dei, cui ſit honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

EXpedita diuino auxilio poſitione primæ & ſecundæ concluſionum propoſitarum pro veritate Catholica, poſtergata etiam tertia, quæ ex dicendis dependet, accedo ad vltimam partem præſentis actus, videlicet ad reſpondendũ obiectis partis aduerſæ. Et licet quam plurimum cogitauerim, quem ordinem in reſpondendo tenere deberem, an ordinem cõcluſionum mearum, vel ſuæ poſitionis: Tandem deliberaui potius inſequi poſitionẽ proponentis, licet ordo doctrinæ & materiæ propoſitę exigeret oppoſitum. In qua reſponſione tenendo hunc modum, quia ea in quibus conuenimus vel differimus, referam breuiter, vt hoc venerabile auditoriũ percipiat tam conuenientiam quàm differentiam noſtram. In primis igitur quo ad proteſtationẽ quam idem Magiſter nomine omnium ſuorũ propoſuit in mediũ, Videtur ꝙ ſit inſufficiẽs. Primò quo ad credulitatẽ fidei articulorum. Secundò quo ad Eccleſiam quã profitetur. Tertiò quo ad ſubmiſſionẽ, qua dicunt ſe velle ſubmitti correctioni, in caſu quo deficerent. Quia in prędictis locis ſolũ ſtant in genere, circa ꝙ latent æquiuocationes, vt dicit Ariſt. non terminantes ſe ad aliꝙ certũ particulare & determinatũ. Nã dicunt ſe credere articulos fidei ad illũ intelle-

M. Rockenzani Proteſtatio inſufficiens.

tellectum ad quem benedicta Trinitas & dominus Ieſus præcepit & vult credi. Cùm enim voluntas benedictiſſimæ Trinitatis non innoteſcat hominibus, niſi per ſcripturas ſanctas, quas contingit benè & malè intelligi; aut **NB** per Eccleſiam, quam ipſe Dominus non ſinit errare; vel per reuelationem: cùm nihil eorum exprimant, patet quod inſufficienter articulos fidei profitentur. Similiter cum dicunt ſe credere ſanctam Eccleſiam per totũ mundum diffuſam, cùm multiplex ſit varietas in acceptione Eccleſiæ per totum mundũ diffuſæ. Nam multi dicunt Eccleſiam Catholicam tantummodo conſtare ex prædeſtinatis, ſiue fidelibus ſiue infidelibus, multi etiam dicunt eam conſtare ex fidelibus in gratia gratum faciente conſtitutis. Alij verò ex cunctis fidelibus, in vnitate fidei, ritu ſacramentorum, & præceptorum Dei exiſtentibus, dicunt conſtare Eccleſiam, cum ad nullam prædictarum acceptionũ ſe determinẽt quo ad credulitatem Eccleſiæ, patet quod proteſtatio eorum eſt inſufficiens. Deinde cùm propriè ad Eccleſiam, deuiantes & errantes à fide & in moribus, pertineat corrigere, ad cuius iudicium quemlibet fratrem errantem Dominus, tanquã **NB** ad inobliquabilem regulam, remiſit, dicens: *ſi te non audierit, dic Eccleſiæ, quod ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus.* Matthæi 18. patet quod ſubmiſſio ipſorum eſt in indiuiduo vago, & in re inſtabili & incerta, & per conſequens omnino proteſtatio eorum eſt inſufficiens; quia non ſubmittunt ſe alicui certo iudici. Secundo in declaratione terminorum in concluſione ſua poſitorum, ponit trimembrem diuiſionem de communione corporis Chriſti, & dicit quod primo modo communio corporis Chriſti dicitur ſocietas ſanctorum & ſolum talium eſt vnum corpus Chriſti myſticum, cuius caput eſt

Concluſiones M. Rockenzã de communione.

Digitized by Google

put eſt Chriſtus. Secundo modo communio ſignificat ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, per cuius ſumptionem dignam homo ingeritur ad cõmunionem primo modo acceptam. Tertio modo accipitur communio pro congregatione omnium credentiũ in Chriſtum bonorum Chriſtianorum ſimul & malorum, & hæc eſt vulgaris acceptio communis & minus propria. Circa primum membrum Magiſter proponens intendit quod corpus Chriſti myſticum, quod eſt Eccleſia, ſit ſocietas & Eccleſia ſanctorum, cuius caput eſt Chriſtus, ex quo declaratur, quod ipſe intelligat per Eccleſiam ſolùm congregationem fidelium in gratia conſtitutorum, vt patet etiam per declarationem ſuam, cum dicit, quod in hac communitate fidelium, de qua loquitur, talis & tanta eſt vnio, quod quodlibet membrum omnium bonorum eſt particeps, niſi per peccatum mortale ſit mortuum & abſciſſum. in qua re quantum deuiet à veritate, oſtenditur ex duplici capite. Primo ex ratione capitis, quæ ipſi Chriſto competit. Secundò ex ratione membrorum & corporis, ſecundum quod corpus eius in hac vita peregrinatur. Ratione primi, ſcilicet ratione capitis, probatur ſic: Propria ratio capitis accipienda eſt ex propria operatione eiuſdem, maxima autem & propria operatio Chriſti hominis, ſecundum quam verè & propriè eſt caput Eccleſię, eſt ſaluare: à qua operatione tamquam ſibi maximè propria, proprio vocabulo ac nomine nuncupari voluit, Ieſus ſcilicet, quod idem eſt quod Saluator. quod nomen fuit ſibi impoſitum ab æterno, licet ab angelo fuerit pronunciatum ex tempore, Lucæ primo, *Et vocabis nomen eius Ieſum.* & Matthæi primo: *quod vocatum eſt ab angelo prius quam in vtero conciperetur.* Cuius interpretationem & ſenſum ibidem angelus exprimens,

Chriſtus quomodo & quorum caput.

poſtquam dixerat: *& vocabis nomen eius Ieſum*, ſubiunxit *ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Quorumcunque igitur ipſe Chriſtus & Saluator erit, vtiq; & caput. Ex quo ipſius propria operatio eſt ſaluare. Sed ipſe eſt Saluator omnium hominum, & maximè fideliũ, vt ait Apoſtolus ad Timotheũ quarto. *Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, nõ autem pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius mundi*, vt dicitur prima Io. 2. Ergo ipſe Chriſtus eſt caput omnium hominum & maximè fidelium, & non tantum omnium noſtrum, ſed etiam totius mundi. Pro cuius declaratione ſciendũ eſt, quod differentia eſt inter corpus naturale hominis, & corpus Eccleſiæ myſticum, vt dicit doctor ſanctus. P.3.q.8. art.3. quia mẽbra naturalia ſunt omnia ſimul, non ſic aũt Eccleſię, neq; quantũ ad eſſe naturæ, cùm conſtituatur ex omnibus hominib. qui fuerunt à principio mundi, vſq; ad finem ipſius, qui non ſunt ſimul, neq; etiam quantum ad eſſe gratię, quia etiam eorum qui ſunt in vno tempore, quidam carent gratia, eam poſtmodum habituri, aliis iam habentib. Sic igitur membra corporis myſtici non ſolũ accipiuntur ſecundũ quod actu ſunt, ſed etiã ſecundũ quod in potentia, Quædam autem in potentia, quę nunq̃ ad actum reducuntur, quędã verò ad actũ reducũtur quandoq;. Et hoc ſecundũ triplicẽ gradum, quorũ vnus eſt per fidem, ſecundus per caritatẽ viæ, tertius per fruitionẽ patrię. Sic ergo dicẽdũ eſt, ꝙ accipiendo generaliter ſecũdũ totũ tempus mũdi, Chriſtus eſt caput omniũ hominũ: ſed ſecundũ diuerſos gradus, quia primo & principaliter eſt caput eorum qui actu ſibi per gloriam vniuntur. Secundariò eorum, qui ei actu vniuntur per caritatem viæ, tertiò qui ſibi vniuntur per fidem, quartò eorum qui vniuntur ſibi ſolum in potentia nõdum ad actum reducta, quandoq; tamen reducenda

Differentia inter corpus naturale & myſticum.

cenda per diuinam prædeſtinationem. Quintò eorum qui ſibi vniuntur in potentia, quæ tamē nunquam reducetur ad actum, cuiuſmodi ſunt homines in hoc mnudo viuentes, qui non ſunt prædeſtinati, qui nunquā ſibi vniuntur per fidem aut caritatem, qui tamen decedentes de hoc mundo, deſinunt eſſe in potentia vt vniantur Chriſto. hæc in ſumma ſanctus Thomas vbi ſupra. Ex quibus ſequitur primò quod Chriſtus eſt caput principaliter Eccleſiæ triumphantis, & non ſolum animarū omnium, ſed etiam angelorū, ſecundum illud quod Apoſtolus dicit ad Coloſſ. 2. loquens de Chriſto, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis, & ad Epheſ. 1. quod cōſtituens eum, ſcilicet Chriſtū, Deus Pater ad dexterā ſuam in cœleſtib. ſuper omnem poteſtatē, & principatū & virtutem, & dominationē & omne nomē, ꝙ nominatur, non ſolū in hoc ſeculo ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiā, quæ eſt corpus ipſius, qui in omnibus adimpletur. Sequitur etiā quod Chriſtus eſt caput ſecundario Eccleſiæ militantis, de qua in præſenti loquimur, ordine tamen præſcripto ſeruato in perſonis, & nō ſolum aliquorū, ſed etiā omniū hominū, qui ab initio mundi fuerunt, & erunt vſq; ad finē mundi; hi tamē actualiter Chriſti Eccleſiā militantē cōſtituūt, qui actu Chriſto aliquo modo vniuntur ſcil. per fidem aut caritatē. Ex quib. manifeſte colligitur ꝙ Chriſt⁹ eſt verè & propriè caput non ſolum in gratia conſtitutorum, ſed etiam in fide ſibi vnitorum & vnitate ſacramentorum. Secundo declaratur falſitas prædicti primi membri ex ratione conditionis Eccleſiæ peregrinantis & militantis in hac vita in qua neceſſe eſt eſſe ſimul malos cum bonis, quod vtique efficaciſſimis ſcripturarum & Doctorum teſtimoniis oſtendendum eſt. Et primò quidem ex ſimilitudinibus quas Chriſtus adducit in Euangelio,

In Eccleſiâ militâte ſunt boni malis permixti.

Patet ſimilitudine prudentium & fatuarum virginum.
Hom. 12.
Matth. 13.
Matth. 5.
Greg. hom. 38

gelio, quibus comparat præſentẽ Eccleſiam, vnde Matt. 25. ait Dominus, *Simile eſt regnum cælorum* 10. *virginibus, quinque videlicet prudentibus, & quinque fatuis, ſuper quo ſic ait Gregorius: *Sed ſciendum nobis eſt quod ſæpe in ſacro eloquio regnum cælorum præſentis temporis Eccleſia dicitur, de quo in alio loco Dominus dicit: mittet filius hominis angelos, & colligent omnia ſcandala de regno eius. Neque enim in illo regno Beatitudinis, in quo pax ſumma eſt, inueniri poterunt ſcandala quæ colligantur. Vnde rurſus dicitur: Qui ergo ſoluerit vnũ de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum; in quo, doctor qui mandatum ſoluerit, minimus vocatur: cuius enim vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio condemnatur: Quid ergo per hanc ſententiam niſi præſens Eccleſia regnum cælorum dicitur, & quia ex vtroqꝫ ſexu fidelium multitudo colligitur, ſancta Eccleſia decem virginibus ſimilis denunciatur in qua quia mali cũ bonis & reprobi cum electis ſunt admixti, rectè ſimilis virginibus prudentibus, fatuiſqꝫ eſſe perhibetur. Quouſqꝫ enim hîc viuimus, neceſſe eſt vt vitã præſentis ſeculi permixtè agamus. Boni enim ſoli nuſquam ſunt niſi in cælo, & mali ſoli nuſquam ſunt niſi in inferno: hæc autem vita quæ inter cælum & infernum ſita eſt, ſicut in medio ſubſiſtit, ita mixta vtrarumqꝫ partium ciues communiter recipit, quos tamen ſancta Eccleſia & nunc indiſtinctè recipit, & poſtmodũ in egreßione diſcernet.* Item ſancta Eccleſia comparatur ſagenę miſſæ in mari, & ex omni genere piſcium congreganti. Idem vbi ſupra Gregorius in homilia, *ſancta Eccleſia ſagenæ miſſæ in mari comparatur, quia & piſcatoribus eſt commiſſa, & per eam quiſque ad æternum regnum à præſentis ſeculi fluctibus trahitur, ne in æternæ mortis profunda mergatur. quæ ex omni genere piſcium congregat, quia ad peccatorum veniam ſapientes & fatuos, liberos & ſeruos, pauperes & diuites, fortes & infirmos vocat.* & infra: *Nunc enim bonos maloſqꝫ communiter quaſi permixtos piſ-*

Sagenæ miſſæ in mare.
Matth. 13.
Homilia 11.

ces fidei ſagena continet; ſed littus ſancta Eccleſia id eſt finis indicat, ſagena quid trahebat. Et Chryſoſtomus ſuper illud: *collegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem &c.* inquit, *Eccleſia media eſt inter cælum, quod eſt tantum bonorum locus, & infernum qui eſt tantum malorum. Ipſa verò Eccleſia eſt media, quia indifferenter bonos & malos colligit.* Item Eccleſia militans comparatur areæ ſecundum illud Lucæ 3. *Ipſe vos baptiſabit in aqua & igne & Spiritu ſancto cuius ventilabrum in manu eius, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem &c.* vbi per aream Ioannes intelligit & deſignat præſentem Eccleſiam vt exponunt communiter ſancti & præſertim Auguſtinus qui ſuper Pſal. 25. *Iudica me Domine*, dicit: *Area eſt Eccleſia huius temporis: ſæpe diximus, ſæpe dicimus, & paleam habet, & frumentum*: Item ad Petrum diaconum in libro de fide dicit cap. 43. *firmiſſimè tene & nullatenus dubites, aream Dei eſſe Catholicam Eccleſiam, & in ea vſque ad finem ſeculi frumento mixtas paleas contineri.* & infra. *In fine vero ſeculi, bonos à malis etiam corpore ſeparandos, quando venit Chriſtus habens ventilabrum in manu ſua & permundabit aream ſuã, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igne inexſtinguibili*: Item eadem præſens Eccleſia comparatur nuptiis, de quibus Matth. 25. dicitur: *ſimile eſt regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio &c. qui egreſſi congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos & malos, & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium*, vbi, vt Gregorius inquit, *apertè oſtenditur, quia per has Regis nuptias Eccleſia deſignatur in qua mali cum bonis conueniunt, permixta quippe eſt diuerſitate filiorum, quia ſic homines ad fidem generat, vt tamen omnes per imitationem vitæ ad libertatem ſpiritualis vitæ, culpis exigentibus, non perducat. Quouſque namq; hic viuimus &c.* vt ſupra de decem virginibus, &c. Idem ſuper illud Matth. 22. *Intrauit autem Rex vt videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem*

Area.

Nuptiarum.

Hom. 38.

non veſtitum veſte nuptiali &c. dicit: *Intrat enim ad nuptias, ſed cum veſte nuptiali non intrat, qui in ſancta Eccleſia exiſtens fidem habet, ſed caritatem non habet*: & Simon de Caſſia ſuper illud: *egreſſi ſunt ſerui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos & malos, & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium, &c.* dicit quod ex omnibus nationibus crediderunt homines, ex quibus Eccleſia impleta eſt, & ex malis & ex bonis Chriſtianis conſtat Eccleſia, & mixtũ eſt Eccleſiæ Chriſti corpus, quanq̃ ipſe velit eã exhibere glorioſam, non habentem maculam neq; rugam, ſed in area negotium agitur vbi paleæ ſunt & triticum, nondũ enim ventilabrum excuſſit vnum ex altero, ſed boni & mali diſcumbunt in nuptiis Eccleſiæ militantis, diſpari vita, diſpari cultu, diſparibus moribus atq; meritis, quouſque decernat ſuper vtrumque rex, qui nouit non perperam ſed in veritate proferre iudicium, qui excludet merito excludendos, & iuſtè abſque macula ſuper menſam Eccleſiæ epulantes in pace dimittet: Item præſens Eccleſia comparatur Arcæ Noe, in qua animalia mitia ſimul fuerunt cum immitibus, coruus cũ columba, & homines cum animalibus. per quæ boni & mali in Arca Eccleſiæ ſignificantur. Item Eccleſia militans comparatur domui magnæ de qua Apoſtolus loquitur. *In magna domo*, inquiens, *non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, ſed etiam lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam*, vbi inquit gloſſa. *In magna domo quæ eſt Eccleſia ſcilicet domus Dei viui, columna & firmamentum veritatis. 2. ad Timotheum 2. non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea. Quod dupliciter intelligitur: vno modo per vaſa aurea & argentea intelliguntur electi, per lignea & fictilia reprobi, & ſic, quod ſequitur, quædam in honorem, refertur ad vaſa aurea & argentea: quædam in contumeliam, refertur ad lignea & fi-*

Arcæ Noe.

Domus magnæ.

ctilia

tilia vaſa. Alio modo per vaſa aurea & argentea intelliguntur boni in præſenti, ſiue electi ſiue reprobi, per lignea & fictilia omnes mali in præſenti, ſiue reprobi ſiue electi, & tunc quod ſequitur, quædam in honorem, quædam in contumeliam, refertur indifferenter ad vtrumque. Primo ergo modo exprimitur ſic. In magna domo, id eſt, in Eccleſia, non ſolum ſunt vaſa aurea, id eſt, electi perfecti, & argentea, id eſt, electi imperfecti, ſed lignea, id eſt, reprobi apertè mali, æterno incendio præparati, & fictilia, id eſt, reprobi fictè boni qui non ita apertè ſunt mali: & quædam quidem ſcilicet vaſa aurea & argentea ſunt in honorem, ſcilicet in vſum honorabilem ordinata hîc gratiæ & in futuro gloriæ. Quædam autem ſcilicet lignea & fictilia, in contumeliam, id eſt, in vſum vilem hîc culpæ, & in futuro gehennæ. Secundo modo legitur ſic. In magna domo, id eſt, in Eccleſia, non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, id eſt, omnes boni perfecti & imperfecti, & hoc ſiue præſciti, ſiue electi, ſed & lignea & fictilia, id eſt, mali aperti & occulti, & hoc ſimiliter ſiue electi ſiue reprobi: & quædam quidem ſcilicet ex vtriſque, tam ex bonis, quàm ex malis, ſunt in honorem, ſcilicet electi, Quidam autem in contumeliam, ſcilicet reprobi. Ex bonis enim quidam ad tempus tantum boni ſunt, tamen in fine ſunt mali, & hi ſunt in contumeliam. Quidam autem perſeuerantes in bono, & hi ſunt in honorem. Similiter de malis quidam ad tempus ſunt mali tantum, tamen in fine ſunt boni, & hi ſunt in honorem: Quidam autem ſunt perſeuerantes in malo. & hi ſunt in contumeliam. Ecce quã planum & apertum teſtimoniũ ſacrarum ſcripturarũ & ſanctorum doctorũ, ꝙ præſens S. Eccleſia militãs cõtinet in ſe bonos & malos, p̃deſtinatos & pręſcitos, ſicut nauicula q̃ Chriſtũ cum Apoſtolis, & Iudã continebat qui & inter Apoſtolos habebatur Apoſtolus. *Eſt ergo*, ait Aug. ſuper Pſ. quinquageſimo primo in prologo, *regnũ terrenum & regnũ cæleſte regnum eradicandum, &*

regnum in æternum plantandum. Modo in hoc ſeculo ciues vtriuſque regni permixti ſunt, corpus regni terreni & corpus regni cæleſtis commixtum eſt.

Poſthæc declaratur prædicta veritas Catholica ratione fundata in veritate diuinarum ſcripturarum & aſſumitur ſic: Eccleſia Catholica eſt illa Eccleſia quam fideles profitentur in ſymbolo tam Apoſtolorum quam etiam Niceno cum dicitur: *Credo in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam*, & iterum: *Et vnam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam.* Aut igitur profitentur id quod credunt, aut id quod non credunt, aut ſolum id quod dubitant. Non eſt dicendum, quod profitentur id quod non credunt, quia tunc mentirentur, nec id etiam quod dubitant, quia tunc non haberent fidem, quæ eſt firma adhæſio ad credibilia, quam dubitatio excludit. Oportet igitur quod profiteantur id quod firmiter credunt. Aut igitur vlterius credunt ſe eſſe de gremio Eccleſiæ Catholicæ quam profitentur, aut non; ſi non, tunc hæretici mentiuntur quando dicunt apud eos eſſe Eccleſiam Catholicam, vel ſe eſſe de gremio Eccleſiæ Catholicæ ex quo non credunt ſe eſſe in ea: ſi ſic, oportet quod per aliquid accipiant huiuſmodi credulitatem. Aut igitur hoc erit quia nota eſt eis prædeſtinatio, aut quod ſint in gratia gratum faciente conſtituti per ſe, aut quia habent per reuelationem, ſed non primo modo, quia cum diuina prædeſtinatio nihil ponat in prædeſtinato, cùm ſit ſola diuina volitio, qua ab æterno voluit aliquem ad vitam æternam ordinare, non poteſt eſſe nota prædeſtinato, niſi quantum ſibi à Deo reuelaretur: Similiter nemo ſecundũ ſe, niſi ſibi reuelatur, ſcit an amore vel odio dignus ſit, vt ſcriptura dicit. Si igitur hæretici credunt ſe eſſe de gremio Eccleſiæ Catholicæ, oportet quod

Si numerus prædeſtinatorum, aut in

tet quod habeant hoc per reuelationem, & tunc vnuſquiſque eorum examinet coram Deo conſcientiā ſuam, vbi & quando hoc fuerit ſibi reuelatum, Si igitur numerus prædeſtinatorum tantum, vel eorum qui ſunt in gratia conſtituti, eſſet Eccleſia Catholica, patet, quod nulla eſſet certitudo ipſius, quod nullo modo eſt dicendum de Eccleſia Catholica, quę eſt ciuitas ſuper montem poſita, id eſt, ſuper Chriſtum ædificata, quæ non poteſt abſcondi. vnde Chryſoſt. ſuper Matthæum & ſuper hoc verbo, *Non poteſt ciuitas abſcondi,* & allegat ſanctus Thomas eum, *hæc ciuitas Eccleſia ſanctorum eſt, de qua dicitur in Pſalmo: glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Ciues eius ſunt omnes fideles, de quibus Apoſtolus ait: vos eſtis ciues ſanctorum. hæc ergo ciuitas poſita eſt ſuper montem Chriſti de quo Danielis 2. dicitur: lapis abſciſſus ſine manibus factus eſt mons magnus. Sanè non poteſt abſcondi ſupra Chriſtum poſita, etiam ſi ipſa voluerit, mons enim qui eam portat, facit eam omnibus manifeſtam, ſic & Apoſtoli & ſacerdotes, qui fundati ſunt in Chriſto, non poſſunt eſſe abſconditi, etiam ſi voluerint, quia Chriſtus eos manifeſtat.* hæc Chryſoſtomus. Quæ idcirco ſupra montem poſita deſcribitur, vt & habitantibus in ea ſit firma & certa ſecuritas, & vt cunctis exteris pateat ad eam confugere ſeu venire volentibus: in qua licet gratia Dei inſunt, vt firmiter credimus, multi prędeſtinati & multi in gratia conſtituti, quorum meritis adhuc durat mundus, non tamen propter prædeſtinationem aut gratiam quæ occulta ſunt, ſancta Eccleſia dicitur Catholica, ſed propter communionem vnius fidei, ſacramentorum, & præceptorum, quæ omnibus poſſunt eſſe nota & communia bonis ſcilicet & malis. Item prædeſtinatio & gratia huiuſmodi Eccleſiæ quam fingunt aduerſarij minus nota eſt aliis, quam ipſiſmet qui ſe dicunt in eadem exiſtere: igitur quantum-

gratia conſtitutorum tantum eſſet Eccleſia in Symbolo credenda, nulla eſſet ipſius certitudo, nec eſſet ciuitas ſupra montem poſita.

Chry. ho. 10. in Matth. in opere imperfecto.

Matth. 5.

Pſalm. 86.

Eph. 2.

Dan. 2.

Nemo poſſet ad eam confugere.

2. Cor. 11.

Matth. 7.

Matth. 8.

Aut fratris peccatum, eidem denunciare.

cunq; fulgerent per mundum bonis operibus, cùm ſæpe angelus Sathanæ transfiguret ſe in angelū lucis, non propter hoc auderet homo ſe ipſis coniugere, tanquā Eccleſiæ Catholicæ, quia ſemper dubitandum eſſet de ipſis an eſſent pſeudoprophetæ, de quibus cautos nos reddidit Dominus dicens: *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autē ſunt lupi rapaces.* oportet igitur quod certa & manifeſta ſint ſigna & iudicia Eccleſiæ Catholicę per quę diſcernantur oues à lupis. huius autem ſigna ſunt vnitas fidei, vnitas ſacramentorum & præceptorum Dei. Item Chriſtus reſoluens vltimā correctionem fratris remiſit ad Eccleſiā ita dicens: *ſi tibi non audierit, dic Eccleſiæ, ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.* Aut ergo Chriſtus remiſit nos ad aliquē certum iudicem aut incertum. Non eſt dicendū, incertū, quia tunc nunquā fratris correctio, ſequeretur. Oportet igitur quod ad certū iudicem transmittat nos. Cum igitur Eccleſia prędeſtinatorū & in gratia conſtitutorū ſit homini incerta, vt dictū eſt, oportet ꝗ huiuſmodi remiſſio ſit ad Eccleſiā, quæ ſit nota & certa viatorib⁹, ſecundū ſtatū viæ præſentis, cuiuſmodi eſt Eccleſia Catholica in vnitate fidei & ſacramentorū vbiq; per orbem perſeuerans. Ex quib. patet, ꝗ corpus Chriſti myſticum put in hac valle miſerię peregrinatur, ꝗ eſt Eccleſia eius, nō ſolùm prædeſtinatos aut ſolū in gratia gratū faciente conſtitutos retinet & cōprehendit, ſed in ſimul bonos & malos, fide rectos, Chriſto capiti adhęrentes. Vlterius ex prædictis poteſt colligi vna deſcriptio Eccleſiæ Catholicæ talis videlicet, quod Eccleſia eſt corpus myſticum, organicū, fide Chriſti animatū. Corpus ponitur loco generis, additur myſticū ad differentiā corporis naturalis, licet ad ſimilitudinē eiuſdē dicatur ſic Organicū propter

Eccleſia Catholica quid.

diuer-

Digitized by Google

diuerſitatem ſtatuum, graduum & officiorũ, ad ſimilitudinem diuerſorum membrorũ in corpore naturali, quæ ſunt diuerſa organa, quæ declarans Apoſtolus inquit: prima ad Corinth. 12. *Sicut corpus vnum eſt & multa membra habet, omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum corpus ſunt. ita & Chriſtus habet multa membra in ſuo corpore.* & iterum: *vos autem eſtis corpus Chriſti & membra de membro.* & iterum, *ſicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, Ita multi ſumus vnum corpus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.* Et ſicut vnum membrum ſeruit ſibi & toti corpori, ſic in Eccleſia militante diuerſi in diuerſis ſtatibus, & officiis ſibi & aliis in Eccleſia ſubminiſtrant. Ex quibus verbis & ſententiis Apoſtoli clarè habentur prædictæ particulæ tres, ſcilicet, quod Eccleſia eſt corpus myſticum, organicum, additur autem, fide Chriſti animatum, per quam Eccleſia militans in tali eſſe conſtituitur, & ab omni alia Eccleſia ſiue congregatione diſtinguitur. Dicitur autem animatum fide, quia ſicut anima corpus, ſic fides animam & ſpecialiter formata per gratiam viuificat, ſecundũ id ad Romanos 1. & 10. ad Hebræos: *iuſtus autẽ meus ex fide viuit,* ꝙ non ſolum intelligendũ eſt de fide formata, ſed etiã informi, quia etiã mali fideles per fidẽ, & in ſe ipſis viuunt, licet nõ vita perfecta, & cæteris membris Eccleſię ac Chriſto capiti cõiungũtur, & multas vitę operationes exercent. & ita ſe habet fidelis peccator ad caput Chriſti, & ad corpus Eccleſiæ, ſicut membrum in corpore naturali, nõ quidẽ mortuũ totaliter & pręciſum, ſed tanq̃ membrum mortificatũ & vnitum corpori, quia adhuc in ipſo eſt radix vitę, ſcilicet ipſa fides. Non igitur verum eſt quod fidelis per peccatũ moriatur ex toto, aut abſcindatur à corpore, vt proponens dicit. Et de mor-

Abacuc 2.

Peccator quo modo in Eccleſia.

3.q.8.a.3.ad ſecundum.

Lib.4.cap.4.

Cap.47.

tificatione quidem dicit ſanctus Thomas tertia parte ſummæ, articulo tertio loquens de huiuſmodi peccatoribus fidelibus: *percipiunt*, inquit, *tamen tales, à Chriſto quendam actum qui eſt tradere, ſicut ſi membrum mortificatum aliqualiter moueatur ab homine.* quod etiam non ſint membra abſciſſa oſtendit Auguſtinus contra Donatiſtas, dicens: *Si cuius eſt manus arida, verum quidem eſt membrum, quamuis ſine ſanguine & inefficax, & mortuum, ſic & fides cum ſit vera, tamen ſine operibus mortua eſt*, & habetur, 1. quæſt. 1. ſicut vrgeri.

Alia Eccleſiæ deſcriptio.

Alij verò ſic deſcribunt Eccleſiam, Eccleſia ſancta Catholica militans ſiue viatrix eſt vniuerſitas fidelium bonorum & malorum orthodoxã fidem tenentium, in ſacramentis Eccleſiaſticis ſocietatem habentium: quæ in ſententia in idem redit cum prima. Sed iam ad id quod in prima generali ſuppoſitione pręmiſimus & ſæpe promiſimus, greſſus noſtros dirigamus, ſcilicet ad probandum Eccleſiam Catholicam errare non poſſe, cuius declaratione ponitur talis propoſitio: Impoſſibile eſt Eccleſiam Dei militantem Catholicam errare in his quæ fidei ſunt & neceſſitatis ad ſalutem.

Impoſsibile eſt Eccleſiam Dei militantem, in his quæ fidei ſunt & neceſsitatis ad ſalutẽ, errare.

Quæ propoſitio licet quondã fuerit apud omnes doctores Catholicos, & ſanctos & alios fideles, & nunc ſit principium fidei per ſe notum & manifeſtum, tamen propter quoſdam qui eam friuolè difficultant, ad conſolationem fideliũ, & eorum qui eam difficultant confutationẽ, ipſam ex fundamentis in æternum fundatis ſacræ ſcripturæ, multipliciter probabimus in præſenti. Et primò quia prædicta propoſitio virtualiter eſt articulus fidei, vt patet in ſymbolis tam Apoſtolorum quam Nicæno, in quibus fideles profitentur, ſe credere ſanctam Catholicam Eccleſiam. In altero enim dicitur: *credo in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam*; in altero. Et *vnam ſanctam Catholicam &*

Apoſtolicā Eccleſiam. Idem aūt eſt credere Eccleſiā Catholicam eſſe ſanctā & Eccleſiā Catholicā non poſſe errare in his, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, quia pro tempore quo erraret in prædictis, non eſſet ſancta, ſed eſſet maculata errore mortifero peccati mortalis. vnde beatus Auguſtinus in expoſitione ſymboli: *Iſta eſt ſancta Eccleſia, nō habens maculam aut rugam: multi enim & alij Eccleſias congregarunt, vt Marcion, vt Valentinus, vt Hebion, vt Manichæus, vt Arius, & cæteri omnes hæretici, ſed illæ Eccleſiæ non ſunt ſine macula vel ruga perfidiæ, & ideo dicebat de illis Propheta: odiui Eccleſiam malignantium, & cum impiis non ſedebo. De hac autem Eccleſia quæ fidem Chriſti integram ſeruat, audi quid dicit Spiritus ſanctus in Canticis canticorum, vna eſt columba mea, vna eſt perfecta genitricis ſuæ: Qui ergo hanc fidem in Eccleſia ſuſceperit, non declinet in conſilia vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introeat.* hæc Auguſtinus. Ex hoc argumentor ſic: Nihil erronei aut falſi ſubeſt aut ſubeſſe poteſt articulis fidei, ſed prædicta propoſitio eſt articulus fidei, ergo ſub ipſa aut in ipſa non ſubeſt nec poteſt ſubeſſe aliquid erronei aut falſi. Aſſumptum pro minori parte probatum eſt, ſed maior patet, quia qua ratione ſub vno articulo daretur falſum, eadem ratione & ſub alio, & ipſa tota fides vacillaret, & omnia in dubium verterentur, quod nullo modo eſt dicendum. Secundo Eccleſia regitur à Spiritu ſancto, ſed Spiritus ſanctus errare non poteſt, ergo nec Eccleſia. Prima pars innuitur tam per ſymbolum Apoſtolorum, quàm Nicænum, cum ſtatim poſt articulum Spiritus ſancti, cum dicitur; *Credo in Spiritum ſanctum*, ſubiungitur articulus de Eccleſia, videlicet, *ſanctam Eccleſiam Catholicam*, vt ſit ſenſus, Credo in Spiritum ſanctum, ſupple dirigentem, gubernantem, & ſanctificantem, ſanctam Eccleſiam, imò & viuificantem, vt dicitur in ſymbolo

Alioquin nō eſſet pro tempore, quo erraret, ſancta.

Expoſitio illa eſt Ruffini, habetur in tertio tomo Cypriani.

Pſ. 25.

Can. 6.

Non regeretur à Spiritu ſancto.

Nicæno. vnde Albertus Magnus in expoſitione ſymboli quam ponit in tractatu de officio Miſſæ, dicit: *deinde ſuum bolum poſuit Iacobus minor, dicens, ſanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorum cõmunionem: reſpiciẽs enim ad hoc, quod ſanctus Spiritus datur & mittitur ad ſanctificandũ creaturã, quæ ſanctitas nunquã fallit in Eccleſia, ſed nõnunquã fallit in perſona, dixit, ſanctam Eccleſiã, & quia omnis articulus fundatur in diuina & æterna veritate, & non ſuper creatam veritatem, quia omnis creatura vana eſt, & non habet ſolidam veritatem, ideo iſte articulus ſic reſoluendus eſt, ad propriũ opus Spiritus ſancti, hoc eſt, credo in Spiritum ſanctum non ſolum ſecundum ſe, ſicut dixit præcedens articulus, ſed etiam credo in eum, ſecundum proprium opus eius, quod eſt, quod ſanctificat Eccleſiam, quã ſanctitatẽ profudit in ſacramẽtis & virtutib. & donis quæ dat ad ſanctitatis perfectionem, & eandem in miraculis & donis gratis datis, ſicut ſapientia,* 1. Corinth.12. *ſcientia, fides, diſcretio ſpirituum, operatio ſanitatum & prophetia, & huiuſmodi quæ dat Spiritus ad ſanctitatis Eccleſiæ demonſtrationem.* hæc Albertus. Similiter patet per illud Io. 14. *Rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis.* ſimiliter per illud, *paraclitus autem Spiritus ſanctus quem mittet pater in no-* Ioan. 16. *mine meo, ille vos docebit omnia*: Et per illud: *multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò, cum autem venerit Spiritus veritatis, ille vos docebit omnem veritatem*, per quæ omnia & ſimilia datur manifeſtiſſimè intelligi commiſſum fuiſſe regimen Eccleſię Spiritui ſancto, Chriſto, pręſentia corporali, ab Eccleſia recedente ſecundum illud: *Si ego non abiero, paraclitus non veniet ad vos, Si autem abiero, mittam eum ad vos.* & Spiritus ſanctus docuit Eccleſiam omnem veritatem, ſcilicet ad ſalutem neceſſariam, & in ſignum huius inuiſibilis miſſionis & aſſiſtentiæ Spiritus ſancti fuit datus in die Pentecoſtes in ſigno viſibili, ſcilicet in linguis igneis, Apoſtolis & cęteris fidelibus, in quibus pro tunc erat Eccleſia, & qui eam conſtituebant. Secunda pars patet, quia Spiritus ſanctus dicitur à Chriſto Spiritus veritatis, qui à patre procedit, & cum ſit Deus qui eſt primá veritas, errare non poteſt. Sed fortaſſe dicit aduerſarius quod prędicta verba ſunt de Apoſtolis & primitiua Eccleſia, quando Eccleſia erat in vera imitatione doctrinæ & vitæ Chriſti cõſtituta, ſed recedente ab imitatione Chriſti, & immergẽte ſe vitiis & peccatis, receſſit ab ea Spiritus ſanctus, qui non habitat in corpore ſubdito peccatis, & per cõſequens, incidit in varios errores & hęreſes. ſed cõtra Chriſtus ꝓmiſit indefectibilẽ ſui aſſiſtentiá Eccleſię, vſq; ad conſummationẽ ſeculi, ideo prędicta non ſolũ intelliguntur de Apoſtolis, & primitiua Eccleſia, ſed ſimpliciter de Eccleſia duratura vſq; ad finem ſeculi. Aſſumptũ patet Matth. vlt. cap. *Euntes docete omnes gentes &c.* Et ſubdit: *Et ecce ego vobiſcũ ſum omnib. diebus vſq; ad conſummationẽ ſeculi.* Manifeſtũ eſt autẽ ꝙ Apoſtoli nõ ſunt, nec erunt in hoc mundo vſq; ad conſumationẽ ſeculi, nõ igitur pro ipſis ſolis dictum eſt, ſed & pro ſucceſſorib. eorum duraturis vſq; ad conſumationẽ ſeculi. Vnde Chryſoſt. in homilia ſuper hoc eodem paſſu: *Quia verè eis magna iniunxerat, erigens eorum ſenſus dicit: Ecce ego vobiſcum ſum, quaſi dicat, ne dicatis, difficile eſſe iniunctum negotium, ego ſum vobiſcum, qui omnia facio leuia. non autem cum illis ſolum dixit ſe futurum eſſe, ſed & cum omnibus qui poſt illos credunt. non enim vſque ad conſummationem ſeculi Apoſtoli manſuri erant, ſed ſicut vni corpori fidelibus loquitur.* hæc Chryſoſtomus. Item Beda: *Ex hoc autem intelligitur quod vſque ad finem ſeculi non ſunt defuturi in mundo qui diuina manſione & inhabitatione ſint digni in Eccleſia.* Item in gloſſa ordinaria habetur ſic: *Quod Apoſtolis per ſucceſſionem vniuerſali Eccleſię promittit.* Nota quod vſque ad

Non ducere-tur in omnem veritatem vſque ad conſummationẽ ſeculi.

Sap. 1.

Hom. 91. in Matth.

S. Thom. in Catena ſuper hoc caput.

S. Hieron. in cap. Matth. 28.

finem ſeculi. Item Hieronymus ibidem: *qui ergo vſq; ad conſumationem ſeculi cum diſcipulis ſe eſſe promittit, & illos oſtendit ſemper eſſe victuros, & ſe nunquam à credentibus receſſurum.* hæc Hieronymus. Si igitur Eccleſia aliquo tempore erraſſet, aut errauerit de facto, quomodo Chriſtus erit aut fuit ſemper cum ea omnibus diebus? Similiter etiam promiſit aſſiſtentiam Spiritus ſancti vſq; in æternum ita dicens, Ioan. 14. *Ego rogabo Patrem & alium Paraclitum dabit vobis vt maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis.* Sed dicet aduerſarius, prædicta verba dicta ſunt Apoſtolis, cum quibus fuit Chriſtus, quam diu fuerunt in hac vita, eos hîc per gratiam protegendo & in perſecutionibus adiuuando, & poſt hanc vitam fuit & erit cum eiſdem per gloriam, vſque ad conſumationem ſeculi, & vſq; in æternum cum eiſdem manebit Spiritus ſanctus, vnde prædicta verba non videntur extendi ad alios, ſed tantùm ad Apoſtolos: Cõtra hoc expreſsè eſt intentio Chriſti, quia mittens eos in mundum vniuerſum prædicare & docere omnes gentes, dixit eis: *Ego vobiſcum ſum, vſque ad conſumationem ſeculi.* ibi enim promiſit ſe permanere cum eis quo ipſos mittebat, vſq; ad conſumationem ſeculi. Cum ergo in mundum eos mitteret, in mundo ſe eſſe cum eis promiſit manifeſtè & cum eiſdem manſurum Spiritum ſanctum, & hoc eſt etiam quod dixit ſuperius Chryſoſt. Beda & Hieronymus. Præterea Chriſtus fuit exauditus in omnibus petitionib. & rogaminibus, ſed ipſe rogauit pro fide Petri, vt non deficiat, Ergo fides Petri non deficiet, nec deficit. Primum patet ad Hebræos quinto, vbi dicit Apoſtolus, quòd Chriſtus, exauditus eſt pro ſua reuerentia, & Ioan. 11. vbi Chriſtus ait: *pater gratias ago tibi quoniam audiſti me. Ego enim ſciebam quia ſemper audis me.* Secundum patet Lucæ 22. vbi Dominus ait ad Petrum:

Deficeret fides Petri cõ-

Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, hoc autem non poteſt intelligi de fide perſonali Petri, quia in illa defecit in terna abnegatione, vt patet ex textu Euangelij, & ſimiliter patet ex verbis conſequentibus, cum ſubiungitur: *& tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos*, qui vtique non diceretur conuerſus, niſi fuiſſet prius à fide propria auerſus. Intelligendum eſt igitur quod Chriſtus rogauerit pro fide, quam ipſe confeſſus fuerat, dum dixit: *tu es Chriſtus filius Dei viui*, & ſuper quam ipſe Chriſtus fundauit ſuam Eccleſiam, eodem Domino dicente. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Pro fide igitur Eccleſiæ Chriſtus rogauit vt non deficeret, & non pro fide perſonali Petri. Quare ſi in aliquo neceſſariorum ad ſalutem pro aliquo tempore erraret aut erraſſet Eccleſia totaliter, Chriſtus Dominus & prima veritas non dixiſſet verum, nec fuiſſet exauditus, pro ſua reuerentia, quod eſt cõtra prædicta, & omninò falſum. vnde Albertus Magnus ſuper eodem paſſu, *ego rogaui vt non deficiat*, ſcilicet finaliter, *fides tua. Hoc argumentum efficax eſt pro ſede Petri & ſucceſſore ipſius, quod fides non finaliter deficiat. Naum primo: Nõ adiiciet vltra, vt pertranſeat per te Belial, vniuerſus interiit.* hæc Albertus. Item Gorram, *fides tua, id eſt, Eccleſiæ tibi commiſſæ ſcilicet Romanæ Eccleſiæ. Vnde hoc eſt argumentum quod fides Romanæ Eccleſiæ quã in ea Petrus plantauit ſit ſemper duratura.* hæc ille. Item quod Chriſtus rogauerit non ſolum pro Petro & Apoſtolis, ſed pro omnibus ſequentibus, patet manifeſte Ioan. 17. vbi cum præmiſiſſet ardentiſſimæ caritatis pro ipſis diſcipulis orationem, vt, *Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt vnum ſint, ſicut & nos*, & infra: *ſanctifica eos in veritate: Sermo tuus veritas eſt, ſicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum, & ego pro eis ſanctifico me ipſum vt ſint & ipſi*

tra promißionem Chriſti.

Albert. in ca. 22. Lucæ.

Item aliorum Apoſtolorũ pro quibus Chriſtus rogauit.

ſanctificati in veritate. Poſt hæc ſubiunxit, *Non pro eis rogo tantum, ſed & pro eis qui credituri ſunt, per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt mundus credat quia tu me miſiſti.* Et patet ꝙ omnes qui crediderunt, & credunt, ſiue credent vſq; ad finem ſeculi in Chriſtum, credunt in ipſum per verbum & doctrinam Apoſtolorũ. quamobrem & in ſymbolo Nicæno profitemur: *Eccleſiã Apoſtolicam*, non alia de cauſa, niſi quia in verbo & doctrina Apoſtolica fundata eſt, dicente Apoſtolo ad Epheſios. *Iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorũ & domeſtici Dei ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum &c.* Vnde & Ioan. in Apocalypſi 21. deſcribens murum ciuitatis ſanctæ Ieruſalem, quæ eſt Eccleſia militans, deſcribit enim eam habere 12. fundamenta, & in ipſis nomina 12. Apoſtolorum & agni. Si igitur aliquando deuiaſſet Eccleſia ab hoc fundamento, ſeu fundamentis doctrinæ Apoſtolicæ per errorem, ſequeretur quod Chriſtus non fuiſſet exauditus, vt prius. Præterea ſi Eccleſia poſſet errare in his quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, ſequeretur, quod nõ eſſet ſecuritas, neq; aliqua certitudo credibiliũ exiſtentibus in ea, & per conſequens nec aliqua fides. patet, quia qua ratione vnus articulus & vnũ dogma Eccleſiæ in dubiũ verteretur, eadẽ ratione & omnia alia per ipſam prædicata & ordinata. ſicut ſi quis dubitaret, an Chriſtus reſurrexerit, eadẽ ratione dubitaret an in cœlũ aſcenderit, & ſimiliter de aliis, & ita nõ haberet ſecuritatẽ certitudinis de aliquo. & cũ dubius in fide, infidelis ſit, vt habetur ca. 1. de hæreticis, quia fides cũ dubitatione ſtare nõ poteſt, ſequitur manifeſtè, quod ſi Eccleſia errare poſſet, quod nulla ſecuritas certitudinis eſſet in ea, & per conſequens fides nõ eſſet in Eccleſia, ꝙ eſt omninò contra Chriſtũ, indefectibilẽ ſecuritatem

Epheſ. 2.

Nulla eſſet ſecuritas vllius fidei articuli.

tatem

Matth. 16.

tatẽ Eccleſiæ ſuæ promittentẽ, qui ait Petro: *ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiã meam, & portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam*, ſuper quo verbo ait Hiero. *portas inferi* inquit, *vitia reor eſſe atq; peccata* (quo ad agenda) *vel certè hæreticorũ doctrinas* (quo ad credenda) *quæ aduerſus Eccleſiã præualere nõ poſſunt.* nec poteſt dicere aduerſarius, ꝙ aliunde capiat certitudinẽ, aut ſecuritatẽ credendorũ, quã ab Eccleſia, quia aut eam haberet à Deo per ſingulare inſpirationẽ, aut ab aliquo homine particulari, aut fortè per Euangelia quæ continent doctrinã Chriſti. Sed non primo modo quia talis inſpiratio cũ ſit occulta & ſupernaturalis, oporteret ꝙ aliquibus ſignis ſupernaturalibus, ſeu miraculis manifeſtaretur, quemadmodum doctrina Apoſtolorum confirmabatur ſignis & miraculis. Si igitur doctrina aduerſariorũ habetur per inſpirationem, oſtendant ſigna & miracula, & credemus eis, quod nõ facient in æternum, quia ſumma veritas, cuius eſt miracula facere, non poteſt perhibere teſtimoniũ mendacio & falſitati. ſimilter nec ſecundo modo, qa multo magis poteſt errare qlibet particularis homo, q̃ Eccleſia vniuerſalis, vt patet, qa plura videt & ſubtilius oculi q̃ oculus. ſimiliter nec tertio modo, quia nec ipſa Euangelia haberent certitudinis ſecuritatem, niſi fuiſſent ab Eccleſia approbata & acceptata. Cum enim multa Euangelia & actus reperiantur, quę dicuntur fuiſſe ab Apoſtolis compilata, ſic enim legitur in decretis diſ. 15. *Actus nomine Andreæ Apoſtoli apocryphi, actus nomine Petri apocryphi, actus nomine Philippi Apoſtoli apocryphi, actus nomine Thomæ apocryphi, Euangeliũ nomine Thaddæi Apoſt. apocryphum, Euangelia nomine Thomæ Apoſt. quibus Manichæi vtũtur, apocrypha, Euãgelia quæ falſauit Lucianus, apocrypha, Euãgelia quæ falſauit Hyrcius, apocrypha.* & inf. *reuelatio quæ appellatur Pauli apocrypha. Reuelatio quæ appellatur*

Qui dicunt ſe habere doctrinam Domini, per inſpirationem & reuelationem priuatã, per miracula & ſigna probare debent.

Cap. 3. Sancta Romana.

Thomæ

Digitized by Google

Thomæ apocrypha: Reuelatio quæ appellatur Stephani, apocrypha: Cum itaq; omnia prædicta Euangelia, & cæteri libri prænominati reperiantur ſcripti, vnde certi ſunt aduerſarij quod iſta quatuor Euangelia contineant veritatem, alia verò non, & quod iſta ſcripta ſunt à veris Apoſtolis, & non illa? quodq; illa falſificata ſint, & non iſta, & per conſequens iſta quatuor ſint recipienda, alia verò tanquam falſa reſpuenda? cùm ipſi non audiuerint Chriſtum prædicantem, nec docentem, nec viderint ipſum mirabilia facientem, nec alia dicta aut facta ipſius, quæ in dictis quatuor Euangeliis ſcripta ſunt, nec vlterius viderint hos quatuor Euangeliſtas magis quàm alios, vt poſſent ex doctrina, vita aut miraculis magis approbare iſtorum Euangelia, quàm aliorum, niſi quia vniuerſalis Eccleſia iſta quatuor recipit, illa vero reſpuit: Si ergo vniuerſalis Eccleſia nõ dirigeretur à Spiritu ſancto, in his quę fidei ſunt & de neceſſitate ſalutis, & poteſt in illis errare, ſequitur, quod in recipiendo illa quatuor Euangelia, & alia reſpuendo, errare potuerit, & ita vertetur in dubium an iſta quatuor Euangelia contineant doctrinam, facta & miracula Chriſti. Et vlterius, quidquid prædicti aduerſarij affirmant ex dictis dictorum Euangeliorum, totum erit dubium, & ſic apud eos nihil erit certum in fide, aut ſecurum, & conſequenter nullam habebunt fidem: Hoc *Cap. 5.* profecto intellexit Auguſtinus cum dixit in libro contra epiſtolam fundamenti, & etiam contra Fauſtum hæreticum, & in multis aliis locis: *non crederem Euangelio niſi me auctoritas Eccleſiæ commoueret*: Si dicat aduerſarius, accepto hæc quatuor Euangelia & non alia, quia primitiua Eccleſia, quæ propter aſſiſtentiam Spiritus ſancti errare non poterat, illa reſpuit, & iſta acceptauit, quibus tamen non crederem, ſi ea moderna, à qua propter vitia & peccata receſſit Spiritus ſanctus tantummodo, aliis ſpretis, acceptaſſet: Contra quod poteſt argui vt ſuperius, per illud Chriſti: *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi, &c.* præterea cum prædicti aduerſarij non fuerint in primitiua Eccleſia, vnde ſciunt, quod ipſa hæc acceptauerit, & alia reſpuerit; reuera non aliunde quàm ex atteſtatione modernæ Eccleſiæ, cuius atteſtatio ſi dubia fuerit, multo magis & id quod atteſtatur, ſub dubio remanebit. Præterea cum hæc Euangelia veram Chriſti doctrinam, facta & mirabilia contineant, vtiq; ad veram & certam fidem habendam, intelligentia in verbis & factis Chriſti opus eſt, vt videlicet eum ſenſum in verbis Chriſti apprehendamus, quem ipſe Chriſtus intendit, alioquin non haberemus veram doctrinam eius, neque fidem, quemadmodum contingit pauperibus Lugdunenſibus, qui ſecundũ literalem ſenſum, ſed non Chriſti, illud dictum intelligentes, *Si oculus tuus ſcandalizauerit te,* Matth. 18. *erue eum & proiice abs te,* oculos ſibi eruebant cum contingebat eos peccare per oculos, qui vtiq; ſic facientes, non habebant ſenſum Chriſti; non enim Dominus eruitionem corporalem oculorum, ſed ſpiritualem viciorum, quæ per oculos & alia membra committuntur, præcepit ibidem. vnde & Ioan. 6. loquens de manducatione & bibitione ſui corporis & ſanguinis, cum diceret: *niſi manducaueritis &c.* manifeſte ſcandaliſati etiam diſcipulorum quidam, retro abierunt, putantes ipſum loqui de carnali manducatione, ſubiunxit: *Spiritus eſt qui viuificat, caro autem non prodeſt quicquam:* & Paulus Apoſtolus: *litera occidit,* 2. Cor. 3. *Spiritus autem viuificat*, quia in intelligendo ſacras ſcripturas non ſemper literalis ſenſus & grammaticalis eſt accipiendus, ſed myſticus & ſpiritualis eſt requirendus, vt ſuperius dictum eſt. Cum ergo quilibet particularis

Tractatu 18. in Ioannem.

homo in intelligendo doctrinam Chriſti & verba eius poſſit errare & decipi, quemadmodũ & omnes hæretici decepti ſunt, qui ex aliquo dicto ſacræ ſcripturæ malè intellecto, ſui erroris occaſionem ſumpſerunt & originem: dicente Auguſtino homilia ſuper Ioan. 18. *Neq; enim nata ſunt hæreſes, & quædam dogmata peruerſitatis illaqueantia animas, & in profundum præcipitantia, niſi dum ſcripturæ bonæ intelliguntur non benè, & quod in eis non bene intelligitur, etiam timerè & audacter aſſeritur. Itaq; cariſſimi, valde caute audire debemus, ad quæ capienda paruuli ſumus, & corde pio & cum tremore, ſicut ſcriptum eſt, hanc tenentes regulam ſanitatis, vt quod ſecundum fidem qua imbuti ſumus, intelligere valuerimus, tamquam de cibo gaudeamus, quod autem ſecundum ſanam fidei regulam intelligere non potuerimus, dubitationẽ auferamus, intelligentiã differamus: hoc eſt, vt etiam ſi quid ſit neſcimus, bonum tamen & verum eſſe minimè dubitemus. Et ego fratres qui ſuſcepi loqui vobis, cogitandus ſum à vobis qui ſuſceperim, & quæ ſuſceperim. Suſcepi enim tractãdi diuina homo, ſpiritualia carnalis, æterna mortalis. Etiam à me, cariſſimi, longè ſit vana præſumptio, Si volo ſanus in domo Dei conuerſari, quæ eſt, Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis, pro modulo meo capio, quod vobis appono, vbi aperitur, paſcor vobiſcum; vbi clauditur, pulſo vobiſcum.* hæc Auguſtinus. Et ſi ſimiliter vniuerſalis Eccleſia poſſet errare in intelligendo & exponendo doctrinam Chriſti, ſequitur manifeſtè quod nullus eſſet certus de vero intellectu ſcripturarum, & per conſequens de fide, quæ ex vero intellectu ſcripturarum accipitur, & ſic omnes eſſent infideles, cuiuſmodi ſunt aduerſarij, aſſerentes Eccleſiam vniuerſalem poſſe errare in his quæ fidei ſunt & neceſſitatis ad ſalutem. Nec ſufficit quod aliquis confiteatur ore verba, niſi etiam ſine dubitatione credat intelligentiam & ſignificationẽ verborum Chriſti, quia

Nemo eſſet certus de vllo ſcripturæ ſenſu.

vtrum·

vtrumq; Apoſtolus ad Rom. 10. coniunxit, inquiens: *corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Vnde ſi quilibet particularis homo poteſt errare, & ſimiliter Eccleſia vniuerſalis, in accipiendo verã ſignificationem verborum Chriſti, patet, quod nullus haberet fidem quæ omnimodam excludit dubitationẽ, ex quo intelligentia verborum Chriſti ſub dubio remaneret. Dicendum eſt igitur vniuerſalem Eccleſiã in exponendo Euangelia & ſacram ſcripturam errare nõ poſſe, & à Spiritu ſancto dirigi, ac eidem, tamquam infallibili & diuinæ regulæ debere quemlibet fidelem adhærere, & qui nõ faciunt, pro hæreticis ſunt habendi. Vnde ſanctus Thomas ſecunda, ſecundæ q. 5. articulo tertio dicit: *Obiectum fidei eſt veritas prima, ſecundũ quod manifeſtatur in ſcripturis ſacris, & doctrina Eccleſiæ. Vnde quicunque non inhæret ſicut infallibili & diuinæ regulæ, doctrinæ Eccleſiæ, quæ procedit ex veritate prima in ſacris ſcripturis manifeſtata, non habet habitũ fidei.* Et infra: *Et ſic manifeſtũ eſt quod hæreticus qui pertinaciter diſcredit vnum articulum, non eſt paratus in omnibus ſequi doctrinã Eccleſiæ.* & infra: *vnde & manifeſtum eſt, quod talis fidem non habet de aliis articulis, ſed opinionem quandã ſecundum propriã voluntatem.* & infra in reſponſione ad ſecundũ argumentũ dicit: *omnibus articulis fidei inhæret fides propter vnũ medium, ſcilicet propter veritatem primam propoſitã nobis in ſcripturis ſecundum doctrinã Eccleſiæ ſanè intelligentis, & ideo qui ab hoc medio decidit, totaliter fide caret.* hæc S. Thom. Sed forte diceret aduerſarius, volens fugere verum Eccleſiæ iudicium, ſe velle intelligere ſcripturas ſecundũ expoſitionem doctorũ & nõ Eccleſię. Contra, quia ſicut dictum eſt de Euangeliis, cum multi ſcripſerint & expoſuerint ſcripturas & Euangelia, vnde ipſi aduerſarij erunt certi, qui doctorum fuerint & ſint boni, & ſequendi, & qui mali, & reſpuendi. Cum non omnes indifferenter acceptentur, nec etiā reſpuantur, propter contrarietatem & diuerſitatem pluriū ipſorum, circa eundem paſſum ſcripturarū, manifeſtum eſt quod hoc iudicium & diſcretio Eccleſiæ relinquitur, & non alicui particulari homini, vt patet in decretis diſ. 15. vbi illi Doctores approbati vel reprobati habentur, quos Eccleſia approbat vel reprobat. Quis enim aduerſariis indicauit, Beatum Auguſtinum vel Hieronymum vel quemcunq; alium eſſe ſanctum, & doctorē Catholicum niſi approbatio Eccleſiæ? Et ſi dicat, quod ex vita ipſius, vnde ſcit legendam ipſius non eſſe apocrypham, niſi ex auctoritate Eccleſiæ? quæ ſi potuit & poteſt errare in aliis, vtique & in hac doctorum approbatione. Præterea cum inter doctores multa ſit varietas opinionum & contrarietas, & ſæpe circa idem dictum doctoris eiuſdem multa contingat ambiguitas, Neceſſe eſt per aliquem doctorem infallibilem tolli huiuſmodi dubia, & declarari, & cum quilibet particularis homo falli poſſit & errare, neceſſe eſt quod Eccleſia ſit huiuſmodi infallibilis expoſitor & doctor credendorum & agendorum. Præterea nemo debet maiorem fidem dictis & expoſitionibus doctorum adhibere, quàm ipſimet doctores ſibi ipſis adhibuerunt, vel ab aliis adhiberi voluerunt. ſed ipſi in dictis & expoſitionibus ipſorum ſæpe dubitabant, & ne damnabiliter errarent, in omnibus ſe & ſua dicta omnia correctioni Eccleſiæ ſubiiciebant. Ergo fideles nō debent expoſitiones doctorum certitudinaliter eſſe veras reputare, nec eis certā fidem adhibere, niſi in quantum fuerint doctrinæ Eccleſiæ conſonæ vel per Eccleſiā approbatæ. Minor patet pœne per omnes doctores qui ſua dicta corrigenda Eccleſiæ vel ſummo pontifici ſubiiciebant. Vnde 24. quæſt. 1. *quotiens fidei ratio ventilatur,*

Tolli diuerſitas opinionū variorum doctorum non poſſet.

Neque doctores ſancti ſe iudicio Eccleſiæ & ſedis Apoſtolicæ ſubmiſiſſent.

arbitror omnes fratres noſtros & coepiſcopos non niſi ad Petrum, id eſt, ſui nominis & honoris authorem referri debere.

Innocentius Papa epi. 26.

Contra cuius auctoritatem nec Hieronymus nec Auguſtinus nec aliquis ſacrorum doctorum ſuam ſententiam defendit.

Cap. 14.

Sic enim dicit Hieronymus eadem quæſtione: *hæc eſt fides, Papa beatiſſime, quam in Catholica didicimus Eccleſia, quamq́ ſemper tenuimus & tenemus: in qua ſi minus peritè, aut parum cautè forte aliquid poſitum eſt, cupimus emendari à te, qui Petri fidem & ſedem tenes. Si autem hæc noſtra confeſſio apoſtolatus tui iudicio approbatur, quicumque me culpare voluerit, ſe imperitum, vel maleuolum, vel etiam non Catholicum, ſed hæreticum comprobabit.*

Bernardus ep. 174.

Beatus etiam Bernardus in epiſtola ad canonicos Lugdunenſes ita dicit: *quæ autem dixi, abſque præiudicio ſanè dicta ſint, ſanius ſapientis, Romanæ præſertim Eccleſiæ auctoritati atque examini totum hoc, ſicut & cætera quæ eiuſmodi ſunt vniuerſa, reſeruo, ipſius, ſi quid aliter ſapio, paratus iudicio, emendare.* Similiter ſanctus Thomas in proœmio ſuper Euangelia ſcribens Papæ Vrbano quarto, ita dicit. *Suſcipiat itaque veſtra ſanctitas opus veſtro diſcutiendi corrigendique iudicio, veſtræ ſolicitudinis, & obedientiæ meæ fructum, vt dum à vobis emanauit præceptum, vobis etiam reſeruetur finale iudicium; ad locum vnde exeunt flumina, reuertantur.* Idem ſecunda ſecundæ quæſt. 2. articulo 10. dicit, *maximam habet auctoritatem Eccleſiæ conſuetudo, quæ ſemper eſt in omnibus æmulanda, quia & ipſa doctrina Catholicorum doctorum ab Eccleſia auctoritatem habet. Vnde magis eſt ſtandum auctoritati Eccleſiæ quàm auctoritati Auguſtini vel Hieronymi vel cuiuscunque doctoris.* hæc ſanctus Thomas. Ecce quomodo & quàm manifeſtè ſe & dicta ſua ſancti doctores correctioni ſanctæ matris Eccleſiæ ſubiiciunt, vnde & nullum dictum alicuius ſancti valet, ſi contra determinationem Eccleſiæ allegaretur, quia auctoritas Eccleſiæ ſemper

maior eſt auctoritate cuiuſcunq; quãtumcunq; docti aut
ſancti viri, & per cõſequens, omnib. æmulanda. præterea
ſi dicũt aduerſarij ſe velle intelligere ſcripturas, ſecundũ
expoſitionẽ doctorũ, & nõ Eccleſię, tunc aut ipſi ſtabunt
expoſitioni doctorum viuentiũ, aut eorũ qui ab hac vita
migrauerunt. Si primo modo, cum inter viuentes ſæpe-
numero, imò ſæpiſſimè contrarietas oriatur, & diſſenſio,
vt patet ſpecialiter, inter doctores Catholicos & hære-
ticos; ad contrarietatẽ & diſſenſionem hanc tollendam,
quis erit iudex in vita præſenti niſi Eccleſia? Si ſecundo
modo, vt quidam doctorũ aduerſariorum dicunt, tunc ſi
diſcordia oriatur de intellectu auctoritatũ ſanctorũ do-
ctorum iam defunctorũ, quis erit iudex? nunquid alij do-
ctores defuncti? & ſi ſic, tunc orta diſcordia in dictis alio-
rum, quis iudicabit? Si vlterius, alij doctores defuncti; tũc
Infallibilem. erit proceſſus in infinitum, ꝙ eſt omninò abſurdum. di-
cendum igitur eſt, quod tam dicta doctorũ viuentium q̃
defunctorum, ad iudicium Eccleſiæ tanq̃ ad ineffabilem
& diuinam regulam ſunt referenda, & eius ſententia tam
in expoſitione ſcripturarum ſanctarũ, quàm intelligen-
do dicta doctorum, & in aliis neceſſariis ad ſalutem, tam-
quam diuino ore prolata, à cunctis Chriſti fidelibus eſt
amplectẽda & acceptanda. Præterea ad principale pro-
poſitum redeundo, inter Chriſtum & Eccleſiam eſt ma-
trimonium ſpirituale, teſte Apoſtolo; qui ex verbis pro-
Ephes. 5. toplaſti dicentis, *& erunt duo in carne vna*. concludit, *ſacra-
mentũ hoc magnum eſt, ego aũt dico in Chriſto & Eccleſia.* Sed
ſicut in matrimonio carnali ꝑcipuè fides thori exigitur,
Oſe. 2. ſic & in ſpirituali, dicente Propheta: *deſponſabo te mihi in fi-
de*: ſicut igitur fractionem fidei in thoro adulterij macula
ſequitur, ſic & in matrimonio ſpirituali deuiatio ab his
quæ fidei ſunt & neceſſaria ad ſalutem, ſequitur macula
erroris,

Digitized by Google

erroris, & per conſequens adulterij ſpiritualis, quod eſt contra Apoſtolum dicentem ad Epheſios 5. quod Chriſtus tradidit ſemetipſum pro Eccleſia, vt exhiberet eã ſibi glorioſam, non habentem maculam neq; rugam, neque aliquid huiuſmodi. Præterea quicunq; dat alicui ex caritate id ꝙ incomparabiliter maius eſt reſpectu alicuius finis conſequendi, dat ei etiam id quod minus eſt, reſpectu eiuſdem, & tanto amplius, quanto magis eſt neceſſarium ad dictũ finẽ conſequendum. Sed Chriſtus dedit ſponſę ſuæ Eccleſiæ ſeipſum, vt patet per Apoſtolũ immediatè allegatum, quod incomparabiliter maius eſt, quã ipſam non ſinere errare in his quæ fidei ſunt. Ergo eidẽ contulit vt nullo modo poſſit errare in prædictis, ꝙ eſt maximè Eccleſiæ neceſſariũ, quia ad ipſius ſalutem. Si igitur Chriſtus ex caritate ſeipſum tradidit Eccleſiæ, & pro Eccleſia; ſi Deus Pater mundum ſic dilexit, vt filiũ ſuum vnigenitum daret, vt inquit Ioannes, & qui proprio filio ſuo non pepercit, vt ait Apoſtolus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo nobis omnia donauit? & ſi omnia; quomodo aſſiſtentiam ſui, ſeu Spiritus ſancti indefectibilem nobis, ſeu ſuæ Eccleſię, qui eam non ſinat errare in his quæ neceſſaria ſunt ad ſalutẽ, non donauit? *commendat Deus ſuam caritatem in nobis*, inquit Apoſtolus ad Romanos quinto, loquens in perſona omnium Eccleſiam conſtituentium, *quoniam ſi cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus.* Quomodo autem nos vel Eccleſia ſalui erimus, ſi in his quæ fidei ſunt errauerimus? aut quomodo derelinquet Eccleſiam, ex fidelibus collectam, lauacro baptiſmi regeneratam & ſuo ſanguine pretioſiſſimo redemptam, vt non ei aſſit in his, quæ neceſſaria ſunt

Si Chriſtus ſponſæ ſuæ dedit ſeipſum, cur non & gratiam ne falli queat?

Ioan. 3.

Rom. 8.

ad ſa-

Digitized by Google

ad ſalutem? Si pro ea dum adhuc ex infidelibus, & peccatoribus atque idololatris colligebatur, tam turpiſſimã & ignominioſiſſimam mortem ſuſtinuit, vt exhiberet ſibi eam glorioſam, non habentem maculam neq; rugam, vt dictum eſt. Et hæc profectò concluſio & intentio Pauli eſt, in prædictis verbis: *commendat Deus ſuam caritatem &c.* Præterea nullus ſapiens ſui ipſius, aut eius, quod ex caritate & dilectione vera amantem in amatum transformante ſe ipſum reputat, dum poteſt & valet, curam & prouidentiam prætermittit. ſed Chriſtus tanto caritatis affectu Eccleſiam diligit, vt non aliam & aliam, ſed vnam & eandem perſonam ſe & Eccleſiam reputet, vt patet Actuum nono, vbi Chriſtus ad Saulum loquens Eccleſiam perſequentem, ait. *Saule Saule quid me perſequeris?* Chriſtus enim iam in cœlo regnabat, & Saulus in terra non ipſum, ſed membra ſua, & fideles ſuos perſequebatur, & tamen transformans caritas, cogebat ipſum perſecutionem ſponſæ propriam reputare, & vnam eandemq; perſonam fateri, cum ait, *quid me perſequeris?* ſic & in fine mundi, mundũ iudicaturus dicet, *quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*, ergo Chriſtus cum potens ſit & valeat, nunquam ſponſæ ſuæ Eccleſiæ prouidentiam prætermittit & curam. Præterea quanto gratia eſt potior natura, tanto & diuina prouidentia, quæ eſt ſecundum gratiam, eſt potior & efficacior reſpectu prouiſorum, quàm ſit prouidentia, quæ eſt ſecundum naturam. Sed diuina prouidentia quę eſt ſecundum naturam nunquam deficit vniuerſaliter, ergo nec ſecundum gratiam deficiet totaliter, vt videlicet Chriſtus ſponſam ſuam Eccleſiam, quam indefectibiliter gubernat ſecundum eſſe naturæ, & eidem prouidet ſecundum conditionem ſuæ naturæ, permittat errare in his quæ maximè neceſſaria ſunt ad ſtatum gra-

Nullus verus amator, amaſi curam & prouidentiã deponit, multò minus Chriſtus Eccleſiæ.

Matth. 25.

Si prouidentia in naturalibus non deficit, multò minus in gratuitis.

tiæ & ſalutis, cuiuſmodi eſt errare in fide. Præterea Eccleſia Chriſtianorum eſt multo præſtantior, quàm fuerit ſynagoga Iudæorum. patet tam ratione legis, quàm ſacerdotii, ſacramentorum, & omnium in ea cõtentorum. Sed Deus nunquam ex toto deſeruit ſynagogam Iudæorum, pro tempore quo ipſam durare oportuit, nec eam errare permiſit circa fidem, de qua Iſaiæ 21. *Super ſpeculam Domini ego ſum ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ego ſum ſtans totis noctibus.* & eiuſdem 49. dicit Dominus: *Nunquid poteſt mulier obliuiſci infantem ſuum? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.* quæ omnia & infinita huiuſmodi dicta ſunt ad literam de ſynagoga, pro tempore ſuæ durationis. vnde & Phariſæorum doctrinam Dominus tamquam veram, licet ipſi eſſent mali, approbauit, cum dixit: *ſupra cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi &c.* Ergo nec Eccleſiam Deus deſerit, aut errare permittit, in his quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, pro toto tempore durationis ſuæ, quod quidem durabit vſque ad conſummationem ſeculi. præterea omnis architectus ſapiens ædificat domum ſuam firmiter, tantũ quantum ſcit & poteſt, ſiue ſupra firmam petram, ſiue aliter. Sed Chriſtus fuit & eſt ſapientiſſimus architectus. ergo ædificauit domum ſuam, quæ eſt Eccleſia, firmiter, & ſupra firmam petram. maior patet per Apoſtolum, qui ait: *vt ſapiens architectus fundamentum poſui.* Et Matth. 7. *Similis eſt ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſupra firmam petram.* minor etiã patet, quia Chriſtus Dei ſapientia & Dei virtus ſecundum Apoſtolum, eſt etiam architectus, quia ædificauit Eccleſiam ſecundum illud: *tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Si ergo Eccleſia poſſet errare, aut errauit aliquando, vt dicunt aduerſarij, ſequitur manifeſtè, quod Chriſtus non ædificauerit Eccleſiam

Synagogam non deſeruit, quomodo Eccleſiam?

Matth. 23.

Non imperfectũ relinquit Chriſtus ædificium ſuum, quod ſupra firmam petrã ſtatuit.

1. *Cor.* 3.

Matth. 16.

ſiam ſuam firmiter & ſupra firmam petram, & per conſequens, ꝙ nō fuerit architectus ſapiēs, & ꝙ falſum dixiſſet, quod portæ inferi non præualerent aduerſus eam; quæ omnia ſunt à fide aliena. Dicendum eſt igitur & concludendū firmiter, quod licet deſcendet pluuia, flent venti, veniant flumina hæreticorū & malorum hominū, & irruant in domum hanc Eccleſiæ Catholicæ, non tamen cecidit, neq; cadet, quia firmata eſt ſupra firmā petram. Vnde & Apoſtolus, vocat eam columnam & firmamentum veritatis, 1. Timoth. 3. ita ſcribens Timotheo: *ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentū veritatis*. ſuper quo Ambroſius in epiſt. ad Timoth. ita dicit: *cum totus mundus Dei ſit, Eccleſia tamen domus eius dicitur, cuius hodie rector eſt Damaſus. Mundus enim in præuaricatione eſt, diuerſo turbatus errore: ideo illic neceſſe eſt, vt dicatur eſſe domus Dei & veritas, vbi ſecundum voluntatem ſuam timetur*. Hæc Ambroſius: Ecce quam apertè hic doctor declarat, vbi ſit Eccleſia, quæ eſt domus Dei, illa ſcilicet & ibi, cui tempore ſuo, Damaſus Papa præſidebat S. Eccleſia Romana. Tenendum itaq; eſt fide inconcuſſa, Eccleſiam Chriſti & Petri nauiculam quamuis agitetur multis interdū turbinibus, in hoc tempeſtuoſo mari & proceloſo, nunquam priuari præſentia Chriſti, & gubernaculo Spiritus ſancti, qui eam non ſinit errare in his quę fidei ſunt, & neceſſitatis ad ſalutem. Cętera quæ de Eccleſia erant dicenda hoc in loco, gratia breuitatis, dimiſſa ſunt, cū hæc in audientia publica fuerint recitata.

PRoſequendo reſponſionem inchoatam die Sabbati ad dicta magiſtri proponētis in materia articuli communionis ſub vtraq; ſpecie, quia coarctor tēporis breuitate, non valeo omnia dicta eius, vt oportunum eſſet, perſcrutari, tamen ne clauſis oculis pertranſeam illa, quæ mihi videntur in poſitione ſua difficultatem habere, referam per articulos, diſcuſſionem eorum ſequentibus reuerendis magiſtris & doctoribus relinquendo; curabo autem pro præſenti ad ea ſolum reſpondere, quę faciunt, vel videntur facere contra intentionem meam, in articulo propoſito per eundem. Inprimis igitur poſt ea quę de inſufficientia proteſtationis dicta ſunt, & de acceptione Eccleſiæ, qua viſus fuit ponere Eccleſiam conſtare ſolum ex iuſtis, & in gratia gratum faciente actualiter cõſtitutis: difficultatem affert id ꝗ dicit in ſecundo membro diuiſionis, quam facit de communione, quod per ſumptionem dignam corporis & ſanguinis Chriſti homo ingeritur ad cõmunionem primo modo acceptam, & fit de ſocietate Sanctorũ. Et quod ad hunc ſenſum intelligatur auctoritas Auguſtini in homilia: Corpus Domini à quibus ſumatur. Item circa tertiũ membrũ dictæ diuiſionis, dicit, ꝗ à communione, quæ minus ꝓpriè & vulgariter accipitur, ſit excõmunicatio hominũ à iudicibus Eccleſiæ, & ꝗ huiuſmodi excõmunicatio fertur quã plurimũ non pro peccato mortali, ſed ſolũ de facto, & nõ de iure, & ſolũ pro veniali. Itẽ in reſumptione prædictę trimẽbris diuiſionis dicit, boni Chriſtiani cũ malis nõ habent vnitatẽ vitæ & ſpiritus in Chriſto, ſicut viuũ membrum à mortuo, & ad hoc inducit Apoſtolũ 1. Cor. 10. *Nõ poteſtis calicẽ Domini bibere & calicẽ dæmoniorũ.* & 2. Cor. 6. *Quæ eſt cõuentio Chriſti ad Belial?* Itẽ in correlariis quę infert ex præcedenti notabili, in primo dicit, ꝗ non omnis qui eiectus eſt de tertia cõmunione, puta per excõmunicationẽ iudicis, eiectus eſt de ſecũda cõmunione. Itẽ in ſecundo correlario dicit, ꝗ minus eſt ꝑnicioſum & incautũ cõmunicare tam cũ ſcito excõmunicato à iudice, q̃ cum ſcito mortaliter peccante. Et ad hunc ſenſum adducit Apoſtolum: *nolite communicare, &c.* Item in tertio correlatio ponit, quod notorij peccatores debent à communione ſanctorum propelli. & ad hunc ſenſum inducit exemplum de Dathan & Abyron, Num. ſexto decimo, vbi dicitur: *Recedite à tabernaculis hominum &c.* quæ ibi proſequitur cõtra manifeſta peccata. Prædicta ſcilicet, quæ mihi videntur, ſaluo iudicio meliori, extra materiam meam poſita, non modicas in ſe continere difficultates, quas vt prædixi, Doctores & Magiſtri ſubſequentes, vt ſpero, pleniſſimè aperient & declarabunt. Deinceps ad ea quæ me contingunt oculos aperiam. Et primò ad id quod ſupponit, videlicet quod communio Euchariſtiæ, Græcè dicitur panis & calicis ſacramentum. Ad quod dicendum, quod hoc non ſemper verum eſt, quia quandoq; accipitur pro hoſtia tantum, ſicut patuit ex Concilio Toletano 12. ſuperius allegato & etiã per capit. presbyter, de conſecra. diſt. 2. vbi ex Concilio Wormacenſi præcipiebatur ſub his verbis; *presbyter Euchariſtiam ſemper habeat paratã, vt quando quis infirmatus fuerit, ſtatim eum communicet, ne ſine communione moriatur:* vbi ſecundũ gloſſam, Euchariſtiæ nomine, ſola hoſtia deſignatur. Nam dicit, *ſanguinem non præcipit ſeruare, quia opus eſſet nimia cautela in eo ſeruando.* nec eſt de intentione Gregorij dicere in loco præallegato; quod *E*uchariſtia ſignificet panem & calicem quaſi de ſuo principali ſignificato, imo dicit ſic: *Cuius panis & calicis ſacramentum, græcè Euchariſtia dicitur, latinè bona gratia interpretatur.* Et ſequitur: *& quid melius ſanguine & corpore Chriſti?* Ex quibus verbis patet, quod nomen *E*uchariſtiæ nõ competit ſpeciebus, ſed ipſi rei, ſcilicet, carni & ſanguini Domini noſtri Ieſu Chriſti. vnde ſanctus Thomas tertia parte ſummæ ſuæ loquens de nominibus huius ſacramenti, & Petrus de palude in 4. diſ. 8. dicunt

Cap. 93. Superius in tertia principali probatione.

3. q. 73. a. 4.

dicunt in forma, quod licet iſtud ſacramentum ſit vnum perfectione & ordine, eſt tamē diuerſis nominibus nuncūpatum. Nam in quantum eſt rememoramentum dominicæ paſſionis, dicitur ſacrificium, hoſtia & oblatio, & hoc modo ſignificatio eius refertur ad præteritum. In quantum verò ſignificat rem, reſpectu præſentis temporis, tunc cum duplex ſit res huius ſacramenti, vna ſignificata & contenta, ſcilicet Eccleſiaſtica vnitas, ideo ratione primæ rei ſignificatæ & contentæ, vt dicit Dominus Petrus de Palude, dicitur Euchariſtia quaſi bona gratia, quia continet fontem gratiæ: Euchariſtia enim græcè bona gratia latinè interpretatur. Ratione vero ſecundæ rei ſignificatæ, ſcilicet vnitatis Eccleſiaſticæ, nominatur communio, vel Synaxis, ſecundum quod omnes per hoc ſacramentum ſignificantur aggregari, in vnū corpus Chriſti myſticum, vnde dicit Damaſcenus 4. libro; quod dicitur communio, quia cōmunicamus per ipſam Chriſto & participamus eius carne & Deitate, & quod cōmunicamus & vnimur per ipſam ad inuicem. dicitur etiam in græco metalepſis, μετάληψις, id eſt, aſſumptio, quia vt Damaſcenus dicit, per hoc filij Deitatem aſſumimus. Quare ſuppoſitio generaliter nō eſt vera, imo vt in pluribus & quaſi ſemper Euchariſtia ſupponit pro hoſtia tantum. Quantum ad ſecundum notabile, quod eſt de differentia terminorum, ſcilicet, licet, expedit, & neceſſarium, & quod huiuſmodi ſacramenti ſumptio non ſit neceſſaria, neceſſitate abſoluta, ſumus ſatis concordes, vt dictum fuit in prima concluſione mea. Quantum ad tertium notabile, de differentia præceptorum Dei, licet concordemus de eo quod dicit quod quædam obligant ſemper, & pro ſemper, quædam autem ad ſemper ſed non pro ſemper. Nihilominus in exemplo poſito, de dilige-

Cap. 14.

Præcepta quædam obligant ſemper, & pro ſemper; quædam ſemper, ſed non pro ſemper.

diligere Deum, videat ipse si bene dictum sit, cum diligere dicat actum elicitum à diligente, licet sit actus immanens & non tranſiens in exteriorem materiam, ſicut & intelligere, & ſi quilibet teneatur ſub præcepto omni tempore & momento inceſſanter & ſine interpellatione intelligere & diligere Deum actuali elicione actuum, & ſi ipſe faciat dum dormit, comedit, & bibit, & in aliis rebus occupatur, videat ipſe & iudicet, quia hoc eſt proprium angelorum & comprehenſorum in patria. Credo tamen quod accipit diligere pro habitu dilectionis & non pro actu, & ſic vtique verum eſt. Et hæc dicta ſint contra præſuppoſita breuiter.

SEd iam venio ad primam partem ſuæ poſitionis, in qua dicit, quod communio diuiniſſimæ Euchariſtiæ ſub ſpecie vtraque panis ſcilicet & vini, vtilis multum eſt, & ſaluti expediens. Contra quam in forma poſui concluſionem meam tertiam, In terminis cõtrariam, in quibus concluſionibus tam ſua quam mea, duo tanguntur. vnũ eſt quod communio diuiniſſimæ Euchariſtię ſit multum vtilis & ſaluti expediens, & in hoc ſumus cõcordes, quia tanta eſt vtilitas huius ſacramenti, & tot effectus diuinos in ſumentibus dignè operatur, vt nec ipſe Magiſter, neq ego, imò nec omnes linguæ mortalium, etiam ſi omnia membra conuerterentur in linguas, ſufficerent enarrare, imò nec etiam ipſi angeli, & ſancti in patria comprehenſores poſſunt nec valent comprehendere. Secundum, quod attenditur in prædictis concluſionibus, eſt, in quo conſiſtit contrarietas inter ipſum & me, videlicet, quod ſub duplici ſpecie, vel ſub vna miniſtretur, quo ad populum laicalem. Auctoritates igitur quibus probat vtilitatem ſumptionis huius ſacramenti, cõcedo,

Vtilitates Euchariſtiæ ineffabiles.

quia nihil aliud intendunt quàm vtilitatem ſimpliciter ſumptionis huius ſacramenti, quæ vtilitas ſequitur plenè & perfectè in dignè ſumentibus, ſiue ſub vna, ſiue ſub duabus ſpeciebus ſumatur, cùm ſub altera plenè & integrè caro Chriſti & ſanguis eius, immo & totus Chriſtus ſumatur, ratione cuius ſumptionis ſequuntur omnes prædicti effectus. Quapropter falsè infertur & malè cum ex prædictis auctoritatibus ſic concluditur: *Quare ſequitur quàm vtilis eſt, & quàm expediens ſaluti fidelium diuiniſſimæ Euchariſtiæ ſub ſpecie vtraque communio, ſi fuerit dignè celebrata*, niſi fortè propter id quod dicit, *dignè celebrata*, vellet referre ad celebrationem ſacerdotum, quia propriè celebrare, & offerre ſacrificium in rebus ſenſibilibus Deo, pertinet ad ſacerdotes. licet etiam ex prædictis auctoritatibus, nec hoc ſequatur, cum purè loquatur de manducatione & ſumptione corporis Chriſti, niſi fortè auctoritas Alexandri Papæ, qui dicit: *Nihil ſacrificiis maius eſſe poteſt*, quia, vt dictum, ſolum ſacerdotū eſt offerre ſacrificia Domino. Sed iam pro declaratione auctoritatum Ambroſij, S. Thomæ, Alberti Magni, Innocentij, & multorum aliorū, qui ſequūtur, eſt diligenter notanda diſtinctio quæ ſequitur, ex qua ſpero per gratiam Ieſu Chriſti, ſatisfacere omnibus audientibus, non habentibus animum paſſione aliqua obumbratum, quæ diſtinctio, præſuppoſita Catholica veritate, eſt ita clara & ita diſtincta, quod nemo poterit contra eam aliquid obiicere, niſi proterua voluntate. Sciendum igitur quod triplex eſt huius ſacramenti perfectio, videlicet rei, ſigni, & effectus. Perfectio huius ſacramenti, quantum ad rem, conſiſtit in integritate & totalitate præſentiæ rei contentæ & ſignatæ in hoc ſacramento, videlicet ipſius Chriſti, & ſic ſub vtraque ſpecie

Et hæc tā perfectè redeunt ad communicantem ſub vna quàm ſub vtraque.

De conſecratione diſt. 2. cap. 9. Nihil.

Triplex eſt perfectio huius ſacramenti. Rei, Signi, effectus.

Perfectio rei conſiſtit in ipſo Chriſto integro ſub qualibet ſpecie.

ſpecie huius ſacramenti ſimul totus Chriſtus vere & totaliter continetur, & ſub altera ſimiliter. Vnde idem per omnia, continetur ſub vtraque ſpecie ſimul, & ſub altera tantũ, & ſecundum eundem modũ exiſtendi. vnde ſicut ſub ſpecieb. panis & vini ſimul totus & vnus Chriſtus & integer continetur, ſcilicet cum corpore, anima, ſanguine & Deitate, ſic per omnia ſub ſpeciebus panis per ſe ſumptis, & ſimiliter ſub ſpeciebus vini, imo & ſub qualibet particula panis, & ſub qualibet gutta vini, & ſecundum eundem modum etiam exiſtendi. quia ſicut ſub ſpecie panis eſt vnita Deitas humanitati, ſic & ſub ſpeciebus vini, & ſicut hic anima informat corpus, ita ibi, & ſicut hic ſanguis eſt incluſus intra venas corporis, ita ſub ſpeciebus vini. & ita quantum ad rem, & in modo exiſtendi rei in hoc ſacramento, nulla eſt diuerſitas, ſiue conſideretur ſub ambabus, ſiue ſub altera tantum ſpeciebus. Sed in cõuerſione eſt diuerſitas, quia ex vi ſacramenti, panis tantummodo in corpus Chriſti conuertitur, videlicet quod ex carne, oſſibus, neruis, & aliis huiuſmodi integratur. Cætera vero ſunt ibi ex vi naturalis & realis concomitantiæ, ſcilicet, anima, ſanguis, & Deitas, quæ corpori Chriſti realiter, & naturaliter cõſequenter ſunt vnita, quia vt dicitur ad Romanos ſexto; *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quod enim viuit, viuit Deo.* Vnde cum corpus non viuat niſi per animam, & anima animalis in ſanguine eſt, vt habetur Gen. 9. Neceſſe eſt naturali concomitantia, ſit ibi & ſanguis & anima. Et cum Deitas nunquam corpus, quod aſſumpſit, depoſuerit aut dereliquerit, neceſſe eſt vt etiam ſit ibi Deitas, non ſolum abſolutè conſiderata, ratione ſuæ immenſæ maieſtatis, ſed etiam hypoſtaticè ex reali concomitantia. Similiter

Diuerſitas eſt in cõuerſione.

ſub ſpeciebus vini eſt tantum ſanguis Chriſti ex vi ſacramenti directè, tanquam terminus per ſe conſecrationis. corpus verò, anima, & Deitas ſunt ibi vt dictum eſt, ex naturali & reali concomitantia. Si quis vero in triduo mortis Domini confeciſſet hoc ſacramentum, prædicta realiter fuiſſent ſeparata in ipſo, ſcilicet corpus, ſanguis, & anima, ab vtroque, quia ſub ſpecie panis fuiſſet corpus & diuinitas, ſed non anima, neque ſanguis, quia erant in re per mortem ſeparata, & ſimiliter ſub ſpecie vini: Sic igitur in hoc ſacramento vbicunq; eſt aliqua pars ſacramenti, ſiue ſub ſpecie panis, ſiue ſub ſpecie vini, ſiue aliqua pars corporis aut ſanguinis Chriſti, ibi eſt totus & integer Chriſtus. vnde beatus Hilarius loquens de hoc ſacramento, & habetur de conſecra. diſ. 2. *vbi pars eſt corporis ibi & totum.* Hieronymus etiam, & habetur ead. diſ. ſinguli. *ſinguli accipiant Chriſtum Dominum, & in ſingulis portionibus totus, nec per ſingulos minuitur, ſed integrum ſe præbet ſingulis*: Magiſter quoque ſententiarum libro 4. diſt. 11. ita dicit: *ſub vtraque ſpecie totus ſumitur Chriſtus, nec plus ſub vtraque, nec minus ſub altera.* Eadem enim ratio eſt, vt ait Hilarius, in corpore Chriſti quæ in manna præceſſit, de quo dicitur Exodi 16. *Qui plus collegerat, non habuit amplius, nec qui minus parauerat, habuit minus.* & infra: *nec debent dici duo ſacramenta, ſed vnum, quia ſub vtraque ſpecie idem ſumitur.* & habetur de conſe. diſ. 2. vbi pars. Item Auguſtinus in libro ſententiarum Proſperi, *quia ſemel immolatus eſt Chriſtus, hoc autem ſacrificium exemplum eſt illius, id ipſum, & ſemper id ipſum, proinde vnum eſt hoc ſacrificium, alioquin quoniam in multis locis offertur, multi ſunt Chriſti, ſed vnus vbique eſt Chriſtus, & hic plenus, & illic plenus.* & habetur de conſe. diſt. 2. In Chriſto: his auctoritatibus oſtenditur manifeſtè, quod in hoc ſacramento ſub qualibet ſpecie eſt to-

Cap. 78.

Cap. 77.

eſt totus & integer atq; plenus Chriſtus, & ſub vtraq; ſimul, imo & in qualibet particula, ſcilicet cum corpore, ſanguine, anima, & Deitate, & cum omnibus quæ ad perfectionem & integritatem ipſius pertinent. nec in hoc debet aliquis fidelium dubitare, quia hæc eſt fidei Catholicæ & omnium ſanctorum doctorum ſententia, &c.

Perfectio ſigni.

Alia perfectio huius ſacramenti conſiſtit in ſigno, ſiue in ſignificatione, ſecundũ quod concurrunt omnia illa & integrè, quę requiruntur ad totalẽ & completã illius ſacramenti ſignificationem; & ſecundũ hoc ambæ ſpecies ſicut & quęlibet earũ eſt de integritate, & perfectione ſacramenti, eo ꝙ per ambas, & per nullã illarũ ſeorſum, ſufficienter & completè exprimitur huius ſacramenti ſignificatiò. quod patet primò. quia hoc ſacramentũ ſignificat Chriſtum vt nutrimentũ perfectè reficiens ſe dignè manducantes. ſed cum perfecta refectio corporalis non in ſolo pane, aut in ſolo vino conſiſtat, ſed in vtroque ſimul, vtiq; vna ſola ſpecierum non poteſt ſignificare Chriſtum, vt perfectè reficientem, ſed vna ſignificat eum per modum cibi reficientis, & famem tollentis, ratione ſui corporis, & alia per modum potus ſitim extinguentis, ratione ſanguinis, vnde nulla ſeorſum, ſed ambæ ſimul hoc completè ſignificant. quare ambæ ſpecies ad integritatem ſignificationis huius ſacramenti requiruntur. Secundò quia hoc ſacramentum inſtitutum eſt in memoriam dominicæ paſſionis, ſecundum illud, *hoc facite in meã commemorationẽ.* & Apoſtolus 1. Cor. 11. *quotieſcunque manducaueritis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.* prout videlicet Chriſtus in ſua paſſione fuit in corpore ſuo ſubiectus multiplici afflictioni, & ſecundum quod eius ſanguis fuit à corpore ſeparatus. Sed hoc non poteſt ſignificari, nec repræſentari,

tari, per alteram ſpeciem tantum, ſed per vtramq; ſimul. igitur ad completam & perfectam ſignificationem paſſionis Chriſti & repræſentationem, vtraque ſpecies requiritur, ſcilicet, ſpecies panis, quæ poſt conſecrationem in altari frangitur, per quam corpus Chriſti ſubiectum multiplici fractioni ſeu pœnalitati ſignificatur. Et ſpecies vini, per quam ſeorſum ſanguis Chriſti effuſus oſtẽditur. Ad huius paſſionis igitur completam ſignificationem, requiruntur ambæ ſpecies, vnde Auguſtin⁹ in libro ſententiarũ Proſperi *dum frangitur hoſtia, dũ ſanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quàm Dominici corporis in cruce immolatio, eiuſque ſanguinis effuſio de latere ſignificatur?* Tertiò quia ſacramentum hoc ſignificat aſſumptionem totalis humanitatis aſſumptæ à Chriſto, tam quo ad animam, quàm quo ad Corpus, & etiam ſignificat perfectam noſtrã redemptionẽ, ſcilicet in anima & corpore. Vnde dicit Magiſter ſententiar. in 4. diſ. 2. ꝙ in duabus ſpeciebus celebratur & animæ & corporis in Chriſto ſuſceptio & vtriuſq; in nobis liberatio ſignificatur: hæc aũt ſignificatio nõ poteſt fieri per alterã ſpeciem tantũ: ſed per ambas ſimul, vt per ſpeciẽ panis ſignificet corpus, per ſpeciẽ vini ſignificetur anima, cui⁹ ſedes eſt in ſãguine, ſecundũ modũ ſcripturæ dicentis, ꝙ ſedes animæ eſt in ſanguine.

Cap. 4.

Tertia verò perfectio huius ſacramenti eſt effectus ipſius, qui eſt argumentum gratiæ, deletio peccatorum venialium, præſeruatio à futuris peccatis, quædam refectio ſpiritualis animæ, & tandem in perſeuerantibus & dignè ſumentibus adeptio æternæ gloriæ. Hi autem effectus vt manifeſtum eſt, non dependent à ſpeciebus ſacramentalibus, nec ex ſignificatione qua repræſentantur per dictas ſpecies paſſio Dominica, perfectum ſpirituale nutrimentum, perfecta à Chriſto noſtræ

Perfectio effectus Euchariſtiæ.

Cap. Quid in hoc ſacramẽto ſit ſacramentum tantum, quid res tantum, &c.

ſtræ humanitatis aſſumptio, & totius hominis per paſſionem ſuam perfecta & integra redemptio, ſed ex perfectione & totalitate rei, ſecundum quod ſuperius dictum eſt. Vnde Albertus Magnus in tractatu de officio Miſſæ ita dicit reſpondendo ad quædam obiecta: *ad hæc autem & ſimilia nõ eſt difficile reſpondere ei, qui apud ſe bene habet ſcientiam ſacramentalem. dici enim debet, quod ſicut in omni ſacramento, ita & in iſto eſt aliquod ſacramentum tantum, ſicut formæ ſacramentales, & aliquid res & ſacramentum, ſicut corpus Chriſti verum, & aliquid res tantum, ſicut gratia nutriens ſpiritualiter ad incorporationem Chriſto faciendam. Formæ enim ſacramentales ſignant tantùm & nihil cauſant. Corpus autem Chriſti verum ſignificat & cauſat: Gratia autem nutriens ſpiritualiter ſignificatur & cauſatur, & nihil vlterius ſignificat, ſed cauſat in myſtico corpore incorporationem, quæ fit fidelium ad Chriſtum. Et hac de cauſa iſta tria ſunt in ſacramento, ita ſcilicet, quod primum eſt ſignificans, & non ſignificatum: tertium autem ſignificatum, & non ſignificans, medium autem eſt ſignificatum & ſignificans. Quicquid autem ex inſtitutione diuina ſignificat gratiam, ſacramenti nomen habet & rationem, quia ſacramentũ eſt inuiſibilis gratiæ, viſibilis forma; cuius ſpeciem gerat, & cauſa exiſtat, ſicut dicit Auguſtinus.* Hæc Albertus: Cum igitur ſub vtraque ſpecie totus & integer Chriſtus contineatur, & ſeorſum ſub qualibet, manifeſtum eſt, quod ſiue ſumatur ſub ambabus ſpeciebus, ſiue ſub altera tantum, cùm totus & integer ſumatur vtroque modo, quod indigne ſumentibus totus & integer effectus conſequitur. Iſta igitur diſtinctione præſuppoſita: Venio particulariter ad auctoritates quæ inducuntur, & primò ad auctoritatem Beati Ambroſij. Dicendum igitur quod verum eſt quia in morte Chriſti liberati ſumus & quod hoc ſacramentum in memoriam illius diuini beneficij celebratur, &

Ad S. Ambroſium vide Mag. Sen. lib. 4. diſt. 11. c. 4.

quod ad tuitionem vtriuſque, animæ ſcilicet & corporis. vtrunque ſcilicet caro & ſanguis ſumitur, ſiue ſub duplici ſpecie, ſiue ſub vna accipiatur, verum quātum ad ſignificationem, hæc tuitio vtriuſque completius & perfectius ſub duplici ſpecie, quàm ſub vna deſignatur, licet nō magis ſub duplici, quàm ſub vna, quoquo modo, in ſimplici ſumptione, ad prædictorum tuitionem operetur. Quo ad ſignificationem faciendam, ſicut & paſſionis Chriſti, quantum ad ſpecies viſibiles, pertinet ad ſacerdotes, quibus ſolis ipſe Deus dixit: *hoc facite in meam commemorationem &c.* Vnde in libr. ſententiarum diſt. 2. quarti libri, poſt prædicta verba beati Ambroſij ſubdit: *ſed ſub vtraq; ſpecie ſumitur, quod ad vtrunque valet, quia ſub vtraque ſpecie ſumitur totus Chriſtus. Sed ſi in altera tantum ſumeretur, ad alterius tantum, id eſt, corporis aut animæ, non vtriuſque pariter, tuitionem valere ſignificaretur.* Ecce quomodo Magiſter loquitur de ſignificatione. non enim dicit, ad alterius tuitionem tantum valere, ſed alterius tantum tuitionem ſignificaretur valere. imo dicit quod ſub vtraque ſpecie ſumitur quod ad vtrumque valet. Ad idem eſt Hugo in quarto de ſacramentis vbi ita dicit: *Nunc videtur dicendū, quod licet in duabus ſpeciebus ſumatur, tamen ſub vtraque integer Chriſtus ſumitur. Non enim poteſt eſſe corpus ſine ſanguine, nec ſanguis ſine corpore eſſe poteſt. Sed ideo in duab. ſpeciebus ſumitur huius vt ſignificetur ſacramenti duplex effectus. Valet enim vt ait Ambroſius ad tuitionem corporis & animæ, & quod ſumitur in pane, valet ad vtrumq;, & ſimiliter quod in vino ſumitur, quia in pane totum & integrum ſumimus. Sed ſi in pane tantum ſumeremus, alterum tantum ſignificaretur, ſecundum quod ad tuitionem corporis valeret. Iterum, ſi in vino tantum ſumeretur, licet hoc ſufficeret ad corporis & animæ tuitionem, tamen hoc ſolum ſignificaretur quod pro ſalute animæ ſuſciperetur.* hæc ille: Poſt hęc addu-

Ad Hugonem.

Digitized by Google

Ad S. Thom. adducit S. Thomam parte 3. quæſt. 74. a. 1. dicentẽ de diſtinctione duplicis ſpeciei, & ſimiliter eadẽ parte q. 76. articul. 2. Ad quem dicendum, quod ſanctus Doctor ex propoſito & ex intentione tam in tertia parte, quam in quarto ſententiarũ & penè in omnibus ſcripturis ſuis in quibus tractat hanc materiã, determinat pro parte conſuetudinis Romanæ Eccleſiæ, & eandem cõſuetudinem multipliciter laudat & approbat, ſecundum quod in præcedentibus ex dictis ſuis ſatis fuit diffuſè declaratum. Sunt autem doctores allegandi ad eum ſenſum quem ipſi intendunt in dictis ipſorum, & non ad ſenſum repugnantem, ſicut & ſacra ſcriptura. ſed videtur mihi quod Magiſter opponens, omiſſa doctorum clara & manifeſta intentione, nititur & laborat eoſdem doctores capere in ſermone, quemadmodum & Iudæi obſeruabant Chriſtum. Veruntamen ne credat ſe doctores Catholicos in hac materia in contradictione deprehendiſſe, reſpondendum eſt. Et primò ad dicta huius doctoris, qui in prædictis locis intendit aſſignare cauſas, quare in conſecratione huius ſacramenti, vtraque ſpecies requiritur, cum tamen idem contineatur vtrobique, & quod vna ſpecierum nullo modo ſuperfluit & ad hoc oſtendendum triplicem cauſſam aſſignat. Prima eſt expreſſior ſignificatio Dominicæ paſſionis. Secunda eſt expreſſior ſignificatio completæ refectionis ſpiritualis. Tertia expreſſior ſignificatio ſaluationis vtriuſque hominis, quorum omnium repræſentationem facere pertinet ad ſacerdotes, quibus dictum eſt & præceptum, *hoc facite in meam commemorationem.* quod autem dicit, *conueniens eſt vt ſeorſum exhibeatur fidelibus tam ratione vſus, quàm ratione effectus.* Dicendum quod Doctor loquitur de inſtitutione huius ſacramenti,

cauſſas

Digitized by Google

cauſſas aſſignando quod non fruſtra ſub duplici ſpecie inſtitutum ſit, & ſic id quod dicit quod ſeorſum exhibeatur fidelibus, refertur indifferenter ad Eccleſiam, & verificantur verba ſua, tam in ſacerdotibus quàm in non ſacerdotibus, quibus ſic ex conſuetudine miniſtrabatur, vt dictum eſt de miniſtris quarundam Eccleſiarum, ſpecialiter in ordine Ciſtertienſium. Id verò quod dicit, quod corpus Chriſti exhiberetur pro ſalute corporis, & ſanguis pro ſalute animæ ſub diuerſis ſpeciebus, intelligendum eſt ſignificatiuè, vt ſæpe dictum eſt, & ſecundum quod dictum eſt ad auctoritatem Ambroſij. ex quibus patet, quod quantum ad rem & ſimpliciter, nulla eſt vtilitas maior capere ſub vtraque ſpecie, quàm ſub vna, imò ſtantibus conſuetudine vniuerſali, & ſtatuto Eccleſiæ in oppoſitum, quibus fideles tenentur conformari & obedire, capere ſub vtraque eſt damnabile & pernicioſum. Vlterius quod ex communione ſub vtraque ſpecie augeatur gratia in ſumente, ſcilicet ratione adiunctę ſecundæ ſpeciei, negatur ſimpliciter. & ad auctoritatem Auguſtini dicendum, quod dicta auctoritas Auguſtini ponitur in gloſſa ordinaria ſuper Pſalmo 22. In quo Pſalmo Dauid enumerat decem dona Dei, quæ prædicta gloſſa vocat decem gratias, & poſt nonam gratiam ponit auctoritatem iam allegatam, quam ſic incipit: *Nota quod calicem & ſanguinem Chriſti pſalmiſta per ſe ponit, quaſi aliam gratiam à menſa & à corpore Chriſti, cùm tamen caro ſine ſanguine, &c.* In qua auctoritate gloſſa implicitè ſoluit illam quæſtionē, Cur pſalmiſta enumerando dicta dona Dei ſeu gratias, menſam & corpus Chriſti & calicem & ſanguinem diſtinguit, velut duas gratias, & duo dona Dei. Cum ſpecies

Ad Auguſtinum.

cies panis & vini ſint vnum ſacramentum totale & non duo, & caro Chriſti non poſſit de lege communi eſſe aut ſumi ſine ſanguine, & è conuerſo, eo quod totus Chriſtus eſt ſub vtraque ſpecie. Et reſpondendo reddit iſtius diſtinctionis tres cauſſas, Prima eſt diſtinctio eſſentialis corporis Chriſti & ſanguinis eius. & hanc tangit, cum dicit: *ſed quia caro non eſt ſanguis, & ſanguis non eſt caro.* Secunda eſt diuerſitas conuerſionis, & illam innuit cum ſubiungitur: *& panis in carnem conuertitur, & vinum in ſanguinem, & non è conuerſo.* Tertia eſt diſtinctio ſpecierum panis & vini, & iſtam dat intelligere, cum addit: *& ſub diuerſis ſpeciebus vtrumque ſumitur.* Et hæc eſt totalis intentio auctoritatis illius, in qua nulla mentio fit de communione laicorum ſub vtraque ſpecie, & illud quod in fine ipſius ponitur, *& ſub diuerſis ſpeciebus vtrumque ſumitur*, refertur ad Sacerdotes ſacrificantes, ad quos pertinet ſub vtraque ſpecie conficere & ſumere propter perfectam ſacramenti ſignificationem. Et ex hoc patet quod falsò infertur & malè, cum dicitur, quod ſit alia gratia ſub illis diuerſis ſpeciebus, & per conſequens ſumens ſub vna, non ſumit vtraque, quia illa diſtinctio tantum ponitur propter rationes prædictas, quæ nullo modo inferunt aliquam diſtinctionem in re aut in effectu, vnde & cautè Auguſtinus & gloſſa inquiunt, *ideo menſam & calicem hic diſtinguit, velut diuerſas gratias.* & ſuperius in principio auctoritatis dixerunt: *qui calicem, id eſt, ſanguinem Chriſti per ſe ponit quaſi aliam gratiam, &c.* Non enim aiunt quod ſint diuerſæ gratiæ, ſed propter prædictas diuerſitatis cauſſas dicunt velut, id eſt, quaſi diuerſas gratias. Ex quo nullum poteſt inferri præiudicium communioni ſub vna ſpecie, quaſi minus contineat in ſe aut rei aut gratiæ. Ad illud igitur quod ex prædictis auctoritatibus videlicet

Ambro-

Digitized by Google

Ambroſij, Thomæ & Auguſtini cõcludit, videlicet, quod ſint diuerſæ gratiæ ſiue efficaciæ & diuerſi fructus ſub duabus ſpeciebus, negatur, vt expoſitum eſt, quia ex dictis illorum nihil ſequitur. Quare fideles intelligere debent, quod nihil vtilitatis, nihil virtutis, nihil gratiæ aut cuiuſcunque ſpiritualis effectus, ſumitur per ſumentes hoc ſacramentum ſub duplici ſpecie magis, quàm per ſumentes ſub altera tantum, cæteris paribus, & ex opere operato, & quod eis per conſequens nihil aufertur ſpiritualis effectus, niſi occaſio erroris, periculum effuſionis, & irreuerentia, quę in multitudine populi minus diſcreti & minus cauti poſſet accidere huic venerabili ſacramento in adminiſtratione ſub ſpecie vini. Vlterius ad auctoritatem Alberti Magni dicendũ primò, quod tempore Alberti Magni non dubium eſt quin modus & conſuetudo vnius ſpeciei iam erat in Eccleſia introducta, nec reperitur quod eam hic Doctor profundiſſimus in loco aliquo redarguerit, aut reprehenderit, quod vtiq; audacter feciſſet, ſi ipſam quoquomodo credidiſſet aut putaſſet illicitam, imò prædictus Doctor putauit & credidit, non ſolum Eccleſiam poſſe miniſtrare laicis hoc ſacramentum ſub vna ſpecie, ſed etiam credidit quod Eccleſia poſſet cum ſacerdotibus diſpenſare, vt in illis partibus, in quibus non poteſt vinum de facili reperiri, conficerent ſub vna ſpecie. Vnde in tractatu ſuo de Miſſa prope finem dicit: *Propter intolerabile damnum animarum quod incurrunt habitantes in terris, vbi non habetur vinum, expediret vt diſpenſaretur, vt Chriſti corpus ſine calice confici poſſet.* Et ſubdit rationem illius dicti dicens: *corpus enim non eſt ſine ſanguine, & anima, & Deitate, quamuis non ſit ibi ſanguis vi conſecrationis.* nõ eſt igitur dicendum nec præſumendum quod tantus doctor ſibi ipſi in allegatis auctoritatibus fuerit contrarius.

Non plus ſumitur, quo ad effectum, ſub vtraq; quàm ſub vna cæteris paribus.

Ad Albertũ Magnum.

Suprà in teſtimoniis ſanctorũ Patrũ.

AD auctoritatem igitur eius allegatã dicendum, quod loquitur de ſacerdotibus celebrantibus & conficientibus hoc ſacramentum, quod manifeſtiſſimè patet & ſole clarius ex ipſius reſponſione, quam immediatè ad dictum dubium motum ſubſequitur, quam reſponſionem Magiſter Ioannes, ea ex cauſſa dimiſit, quia totaliter facit contra eum. Nam Albertus reſpondens, ita dicit: *Sed ad hoc dicimus quod Chriſtus poſtquam exhibuit corpus ſuum ſub ſpecie panis, tunc etiam poſtea exhibuit ſanguinem ſuum ſub ſpecie vini, & vtrumq; ſacramentaliter eſſe celebrandum præcepit in Eccleſia, per ſtatuta Apoſtolica, & ideo Eccleſia inſtructa actione Chriſti, vtrumque celebrat, diuiſim conficiendo corpus ſub ſpecie panis, & diuiſim conficiendo ſanguinem ſub ſpecie vini. Quod autem ſic diuiſim hæc duo exhibuerit, & celebranda inſtituerit Chriſtus, patet Matthæi 26.* hæc Albertus. Qui poſt prædicta cum teſtimoniis Euangeliſtarum probaſſet, quod Chriſtus ſub duplici ſpecie hoc ſacramentum inſtituerit, & ita celebrandum & conficiendum in Eccleſia per ſtatuta Apoſtolica præceperit, Subiungit: *ex omnibus iſtis accipitur quod Chriſtus ſub vna ſpecie panis corpus ſuum tradidit, & ſub altera ſpecie vini, tradidit ſanguinem, & ſic ſeruandum inſtituit, & cum Chriſti actio ſit noſtra inſtructio, pro certo hæc duo nobis ſeruanda eſſe præcepit, & ideo ſub vna ſpecie corpus & ſub alia tradimus ſanguinem.* Hæc Albertus in loco vbi dictus Magiſter allegat eum, in quo vnuſquiſque vel ſciens Grammaticam poteſt intelligere hunc Doctorem, quod non loquitur niſi de celebrantibus & conficientibus hoc ſacramentum. Vlterius valde notandum verbum, quod ibi dicitur, quod Chriſtus vtrumque ſacramentaliter celebrandum eſſe præcepit in Eccleſia, per ſtatuta Apoſtolica. Ex quo verbo patet intentio

In cap. de huius potus proprij effectus operatione.

centio huius Doctoris, quod etiam celebratio huius ſacramenti per ſacerdotes in Eccleſia non eſt præcepta immediatè à Chriſto, ſed per ſtatuta Apoſtolica: quæ tamen ſtatuta Apoſtolica ipſi Chriſto attribuit ad declarandum quod nihil Eccleſia ſtatuit, aut poteſt ſtatuere, ꝙ concernat fidem, aut aliquid neceſſarium ad ſalutem ſine Chriſto ipſam dirigente, & eidem aſſiſtente, vſque ad conſummationē ſeculi. vnde & inferius aſſignans rationem de duplici ſpecie in celebratione: *huius autem facti Chriſti & Eccleſiæ hæc eſt cauſa &c.* vbi & Chriſto & Eccleſiæ hoc factum attribuit; & ex hoc fundamento dependet illa ſententia ſua, qua, vt ſuperius dictum eſt, aſſeruit quod in partibus in quibus non reperitur vinum, Eccleſia poſſet diſpenſare, vt ſub ſpecie panis tantum ſacerdos conficeret, quod vtique nullo modo poſſet fieri, ſi fuiſſet Chriſti præceptum tantum obligans in celebratione huius ſacramenti, & ſumptione, quantum aduerſarij conantur perſuadere. Ad verbum autem, *tradimus ſanguinem*, dicendum quod ſæpe Doctores ſubinducunt perſonam totius communitatis vel Eccleſiæ, & loquuntur in numero plurali, & ſic & iſte Doctor loquitur in perſona Eccleſiæ. Nā ſuperius dixerat quod Chriſtus vtrumq; ſacramentaliter celebrandum eſſe in Eccleſia, per ſtatuta Apoſtolica pręceperat, & poſtmodū ſubdit, *& ideo ſub vna ſpecie corpus & ſub altera ſanguinem tradimus*, per modum ſcilicet ſtatuti & doctrinæ, quaſi diceret, nos Eccleſia tradimus & mandamus ſiue ſtatuimus & docemus ſub vna ſpecie corpus, & ſub altera ſanguinem debere celebrari. ſecundum quod & Apoſtolus in noſtra materia loquitur. 1. Cor. 2. *Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis.* Non enim Apoſtolus acceperat cōmunionem ſacramentalem à Domino per modū, quo communicans recipit Euchariſtiam à ſacerdote. nec ſimiliter ipſe ita tradidit Corinthijs niſi per modum doctrinæ, vnde arguens paralogizat in acceptione termini *tradimus*. Ad aliud autem quod inducitur de eodem Doctore videlicet de diuiſa vel diuerſa operatione corporis à ſanguine &c. dicendum quod idemmet doctor ſuper *Lib. ſenten. 4. diſt. 10.* illa litera textus Auguſtini ꝙ ſacramentum componatur ex viſibili elementorum ſpecie, & Domini noſtri Ieſu Chriſti carne, ſacramento videlicet, & re ſacramenti, dicit ſic: *non intendit hîc Auguſtinus determinare partes eſſenciales ſacramenti, ſed potius dicere ea quæ exiguntur ad veritatem & ſacramenti perfectionẽ, ſecundum quod eſt effectiuum vnitatis corporis myſtici, quod eſt Eccleſia. ſpecies autem viſibiles operantur illam per modum ſignificandi, vt Magiſter dicit in ſequenti diſtinctione, quia ſicut vnus panis fit ex multis granis depuratis, & vinum confluit ex multis vuis, ſic Eccleſia congregatur ex multis fidelibus, corpus autem Chriſti efficit illam per modum cauſſæ.* hæc ille. Ex quibus verbis eiuſdem doctoris manifeſtè colligitur quæ ſit operatio ſpecierum ſacramentalium, quia eſt ipſa ſignificatio, prout etiam ſuperius dictum eſt per eundem doctorem, quod formę ſacramentales nihil cauſant, ſed ſolum ſignificant. Iſta igitur eiuſdem doctoris præſuppoſita declaratione, manifeſta eſt intentio ſua, quia videlicet ſicut ad nutrimentum corporale ſumitur potus ad perfectionem nutrimenti, ita & in nutrimento ſpirituali, datus eſt potus ad perfectionem nutrimenti ſpiritualis, ſcilicet ipſe ſanguis Chriſti, & quantum ad hoc, vt ſuperius dicebatur poſt Hugonem de ſancto Victore & Magiſtrum ſententiarum, totum completur & continetur ſub altera ſpecierum. verum quia perfecta refectio, quæ conſiſtit in cibo & potu ſpirituali, non ſignificatur per vnam ſpeciem, idcirco idem Doctor ait, quod diuiſam habet operationẽ ſanguis à corpore, corpus enim dedit Chriſtus in communionem ſui & membrorum, ſanguinem autem dedit in redemptionem. Iſtę autem ſunt diuerſæ operationes, quod vtique verum eſt tam in ſe, quam etiam in ſigno, tamen cum vtrumque ſcilicet corpus & ſanguis contineatur ſub altera ſpecie, patet quod ſub altera ſpecie vtrumq; ſit, communio ſcilicet & redemptio, non tamen vtrumq; per alteram ſpeciem ſignificatur. & ideo ſunt diuiſæ operationes & eſſentialiter inter ſe, & etiã in ſignis. & hoc eſt quod idem Doctor cõcludit. quod cum Dominus ſic ordinauerit & multiplicauerit ſacramenta, quod omnes gratias ſacramentales habeamus in ſacramentis, ſupple, effectiuè & ſignificatiuè, & alia gratia ſit redemptionis per ſanguinẽ, quàm communionis per corporis ſumptionem, non ſufficit in ſacramento habere elementum ſignificans communionem, niſi etiam haberetur elementum ſignificans redemptionem: vbi expreſsè doctor cõcludit totã iſtam diuerſitatem exiſtere in diuerſitate ſignificationis, & nõ in re, quo ad effectum. non enim dixit, non ſufficit in ſacramento habere elementum efficiens ſeu cauſans, ſed ſignificans communionem. Ex quibus manifeſtè patet quod quantum pertinet ad eſſe rei, nulla vtilitas reſultat communionis duplicis ſpeciei, quia iſta pluralitas ſolùm requiritur propter completam ſignificationem faciendam completæ refectionis, ſeu aliorum quæ per hoc ſacramentũ efficiuntur in nobis per dignam ſumptionem.

AD auctoritatem Innocentij dicendum, quod ipſe, vt ſuperius dictum eſt, tenet in ſequenti capitulo, quod ſub ſola ſpecie panis debet Euchariſtia ſeruari. Itẽ quod in illis regionibus in quibus alterutrum inueniri non po-

Ad Innocentium. Superius in teſtimoniis SS. Patrũ.

teſt, licitè poteſt alterutrum ſine altero conſecrari, & in fine capituli, approbat modum qui tenetur in Paraſceue de ſumptione Euchariſtię ſine ſpecie vini. Ex quibus patet quod hic Doctor non fuit opinionis, ꝙ vtraq; ſpecies fuerit vel ſit de neceſſitate ſalutis, ſiue de præcepto Chriſti, quia ſi ſic, nullum prædictorũ potuiſſet rationabiliter concedere. Ad auctoritatẽ igitur quæ hîc inducitur, dicendum; ꝙ loquitur de ſacerdotibus actu cõficientibus, quorum eſt conficere ſimul & ſumere ſub vtraq; ſpecie, ꝓpter perfectam ſignificationẽ, vt in ſuperioribꝰ ſæpe dictum eſt, quod patet ex hoc, quia nullam mentionem facit de laicis, & quia loquitur de oblatione & cõſecratione, quæ ſolis cõpetunt ſacerdotibus, hoc etiã rubrica eiuſdẽ capituli oſtendit, quæ dicit, *cur Euchariſtia ſub duplici ſpecie conſecratur*. Et idem quod de ſumptione dicit, referendũ eſt ad ſacrificiũ, quia ad ſacrificantem pertinet, vt dictum eſt, vterq; actus, ſcilicet cõficiendi & ſumẽdi, & hoc propter ſignificationẽ perfectam, tam Chriſti paſſionis quã etiam ſalutis vtriuſq; hominis. Si enim in ſacrificatione vna tantũ ſpecies conficeretur & ſumeretur, ad alterius, corporis, ſcilicet, vel animæ, ſalutẽ pertinere ſignificaretur, ſed idcirco vtrunq; à ſacerdotib. cõficitur & ſumitur, vt mors Chriſti & ſalus vtriusque hominis ſignificetur. Quod autẽ vlterius additur, ꝙ nec ſanguis ſub ſpecie panis, nec corpus ſub ſpecie vini bibitur & comeditur, verũ eſt quo ad ſignũ extrinſecũ, ſed tamẽ quo ad rem quæ eſt, caro & ſanguis, & quo ad effectũ qui eſt exſtinctio eſuriei & ſitis, vel quo ad perfectã & completam cibationẽ, quæ principaliter in quolibet nutrimẽto attenduntur, ita plenè & perfectè ſub vna ſpecie vtrumq; ſumitur, ſicut ſub vtraq;, & verè comeditur corpus Chriſti, & verè ipſius ſanguis bibitur. Vnde Præpoſitiuus ꝗ fuit doctor antiquiſſi-

mus,

Digitized by Google

mus, quem S. Thomas, & multi antiquorum doctorũ allegant, in quæſtionib⁹ de ſacramentis dicit, *ſub hac ſpecie ſanguinis eſt corpus & ſanguis, & ſub ſpecie panis hac ſumis ſanguinem, vel ergo comedis vel bibis ſanguinem. Sed non eſt dicendum quod comedis, ergo bibis, & ſub hac ſpecie comedis. Solutio: ſub hac ſpecie comedo & bibo*: hæc præfatus Doctor antiquus. Idem dicunt Petrus de Tarantaſia, & Thomas de Argentina, & penè omnes, qui approbant communionem ſub vna ſpecie: nec tamen in ſacrificio vna ſpecies ſuperfluit alteri, imò ſicut vtraq; requiritur ad perfectã ſignificationem prædictorũ, ſic & prædicti duo actus, qui reſpiciunt, ratione ſignificationis, prædictas ſpecies, neceſſariò exiguntur. quare totum ꝙ idem Doctor & pontifex loquitur, ad ſacrificium referendum, in quo tam vtraque ſpecies, quàm vterque actus propter ſignificationem prædictam requiruntur. Ad auctoritatem S. Thomæ de diuerſis inſtrumentis, dicendum eſt, quod in hoc ſacramento, panis & vini nõ ſunt diuerſa inſtrumẽta, ſicut nec diuerſa ſacramenta, niſi materialiter, & ita nõ eſt niſi vnũ inſtrumentum per ꝙ Deus in nobis operatur perfectã nutritionem & cibationẽ, vnde nec ſub duplici ſpecie diuina virtus diuerſas efficacias operatur. vnde Albertus in tractatu de Miſſa dicit, *quod autem obiicitur quod duæ inſtitutiones faciunt duo ſacramenta: dicendum quod non ſequitur, niſi duæ inſtitutiones eſſent de duabus materiis diuerſis, & duabus formis diuerſis, & duabus gratiis in ſacramentis ſubſtantialiter effectis diuerſis, quæ hîc non ſunt, quia duæ materiæ panis & vini, indicant vnum perfectum nutrimentum, quod in perfectione nutriendi altera illarum materiarum indicare non ſufficit, forma etiam ad formam refertur ad perfectionem vnius ſacramenti, vna etiam eſt gratia in vtroque effecta, & ideo duæ eſſe non poſſunt.* hæc Albertus: Ex quibus ſolo

De huius ſacramenti forma ſuper vinum.

Impreſſum exemplar habet, diuiſis.

clarius patet, quod nullum bonum, nulla vtilitas ſequitur ex ſumptione duplicis ſpeciei, cum nulla efficacia magis ſub vna quam ſub duplici contineatur, & cum fiat contra determinationem Eccleſiæ, non ſolum nõ eſt expediens ſaluti, ſed omninò eſt damnabilis & nociua, maximè ſi pertinacia adiungatur. Vlterius ad auctoritates ſequentes quæ procedunt ex effectibus appropriatis ſanguini. S. Thom. 3. q. 78. a. 3. Et primò ad auctoritatem Thomæ dicendum, quod ipſemet Doctor declarat ſeipſum & verba ſua atque ſententiam. Nam dicit: *per hæc verba, hic eſt calix ſanguinis mei, ſignificatur ipſa conuerſio vini in ſanguinem; per verba autem ſequentia deſignatur virtus ſanguinis effuſi in paßione, quæ operatur in hoc ſacramento, quæ quidem, ſcilicet virtus ſanguinis effuſi in paßione, ad tria ordinatur. Primò quidem & principaliter ad adipiſcendam æternam hæreditatem, ſecundò ad iuſtitiam gratiæ quæ eſt per fidem. tertiò ad remouendum impedimenta vtriuſque prædictorum, ſcilicet peccata.* In quibus verbis expreſsè doctor oſtendit, quod prædicta tria conſecuti ſunt fideles ex effuſione ſanguinis Chriſti in paſſione, & eadem virtus paſſionis operatur in hoc ſacramento, & non dixit doctor, in ſacramento tantum ſanguinis, ſed in ſacramento ſimpliciter. Et licet prædicta verba, *noui & æterni teſtamenti*, & alia quæ ſequuntur, adiuncta ſint formæ conſecrationis ſanguinis propter maiorem expreſſionem & ſimilitudinem quæ eiuſdem ſanguinis habetur in ſpecie appropriata, ſcilicet vini, tamen effectus prędicti cum nõ ſequantur ſpeciem, manifeſtum eſt quod vbicunque eſt ſanguis ille qui effuſus eſt, ibi ſunt omnes effectus eius. Cum igitur ſub ſpecie panis ſit verus ſanguis Chriſti, imò totus & integer Chriſtus, manifeſtum eſt quod ibi erunt omnes effectus virtualiter & ſufficientiſſimè eiuſdem ſanguinis. Et mirabi-

rabiſabilis cauſa quam adducit, eiuſdem doctoris declarat veritatem, cum ſubdit, quod ſanguis non ſolum habet efficaciam in ſacerdotibus qui hoc conficiunt ſacramentum, vel aliis qui ſumunt, ſed etiam in illis pro quibus offertur. Si enim ſanguis Chriſti proficit illis pro quibus offertur, licet non ſumant ipſi, nec in re, nec in ſigno, quanto magis proficiet illis qui capiunt & ſumunt ipſum in re, licet non in ſigno, vt ſacerdotes faciunt, ex quo ſecundum ſe nulla virtus ſequitur aut cauſatur, vt dixit Albertus. Ex quo patet, quod populus fidelis, in ſubtractione calicis, non ſpoliatur quibuſcunq; effectibus ſalutiferis, aut quomodocunq; vtilibus, cum ſanguis Chriſti non auferatur ab eis, ſed ſolum ſpecies & ſignum repræſentans, & hoc propter pericula effuſionis & erroris. Ad auctoritatem Cypriani dicendum primò, quod ipſe in hac auctoritate nullam neceſſitatem ponit aut præceptũ Chriſti, nec vlterius facit mentionem de communione laica ſub vtraq; ſpecie, imo nec de ſpecie vini, ſed ſolum de ſanguine, quem quilibet ſumit ita bene cõmunicans ſub vna ſpecie, & omnem effectum eius, ſicut qui communicat ſub vtraque. Ad aliam auctoritatem S. Thomæ quam allegat ſermone 30. dicendum primò, quod mirũ eſt quomodo magiſter proponens nõ aduerterit ad præcedentem ſermonem, imo ad vnam lineam præcedentem dicta, quæ aſſumit pro ſe. nam idem Doctor in ſermone 29. quærit ex intentione, *quare populus non accipit ſanguinem ſicut ſacerdos?* & aſſignat tres rationes quas ibidem diffuſè proſequitur quarum proſecutio hîc gratia breuitatis omittitur, quia dicti ſermones ſatis cõmunes ſunt. Dicitur igitur quod omnes illi effectus quos enumerat doctor præfatus in dicto ſermone 30. ſunt effectus ipſius rei, id eſt, veri ſanguinis Chriſti, & non ſpeciei, id-

Ibidem ad 8.

Ad S. Cyprianum.
Supra motiuo 6.

Supra in teſtimoniis SS. Patrum & Doctorum.

Digitized by Google

circo ſanguis Chriſti ſiue ſignificetur per aquam, ſiue ſignificetur per vinum, ſiue per quemcunq; alium liquorẽ ſeu aliam rem ſenſibilẽ, & quidquid poteſt dici de effectibus eius, de vtilitatibus, de dulcedine, totum ſibi competit ratione ſui, & non ratione ſpeciei neq; ſigni. Idcirco quicunque dignè ſumit, ſiue ſub ſpecie panis, ſiue ſub ſpecie ſibi appropriata, ſemper cõſequitur ſuos effectus.

Ad S. Chryſoſtomum.

Et idem dicendũ eſt ad effectus & vtilitates quas enumerat Chryſoſtomus, & nõ ſolum Chryſoſtomus, ſed quicquid vnq̃ dixerunt omnes Apoſtoli, omnes Doctores, & quicquid poteſt cogitari aut imaginari de ipſo ſacratiſſimo ſanguine Chriſti, totũ ſibi competit, ſecundũ naturã ſuam, & non ſecundũ ſpeciem, à qua nihil accipit virtutis aut efficacię, quod vtiq; dicere eſſet non ſolum hęreticũ, ſed omninò inſanũ. Cum igitur totus & integer ſanguis, & Chriſtus contineatur ſub vna ſpecie, vel ſub duabus, quomodocunq; conſideretur, totum ſibi competit, vt dictum eſt, ratione ſui, & non ratione ſpeciei, quapropter non valet illatio, qua Magiſter proponens infert ex dictis auctoritatibus S. Thomæ & Chryſoſtomi dicens: *Ex quo patet quam precioſos & nobiliſſimos effectus gratiarum facit calix ſacramentalis illis, qui cum puritate conſcientiæ accedunt, & quam ſaluti omnium fidelium neceſſarios & oportunos, quod quidem efficit in eis ex vi ſacramenti, & ex inſtitutione Chriſti ſpeciali.* quia nullo modo prædicti effectus veniunt ex vi ſacramenti, ſed ex vi præſentiæ & exiſtentiæ ſanguinis Chriſti veri, qui ita perfectè, completè & integrè eſt ſub vna ſpecie, ſicut ſub duabus, licet non ſit ibi tamquam in appropriato ſigno. Ideo vniuerſi fideles conſiderantes pura & ſancta fide, tã precioſos effectus nõ conſequi ſpecies & accidentia ſine ſubſtantia & ſubiecto exiſtẽtia, ſed verũ Chriſtum, id eſt, verũ ſanguinem eius; nec contineri ſub illis accidentib' ex vi ſacramenti, ſed ex vi p̄ſentiæ & exiſtentiæ Chriſti, Idcirco per viſcera miſericordiæ Dei noſtri exhortor & obteſtor omnes Chriſti fideles, quatenus etiã ſi oporteret ꝑferre mille mortes, peſtes, & ignes, non permittant ſe abduci à conſuetudine S. Romanę Eccleſiæ Catholicæ, in cõmunione ſacratiſſimi corporis ſub ſpecie panis, ſub qua totus, ꝑfectus, & integer Chriſtus cõtinetur, plenus gratia & veritate, de cuius plenitudine omnes nos accipimus gratiã pro gratia. Io. 1. Ad auctoritatem Armachani, dico primò, ꝙ dictus Doctor in multis aliis ſuis dictis habitus fuit ſuſpectus, & de hęreſi notatus, fateor tamen me hoc dicere ex auditu & ex relatione multorum, non quod legerim errores ſuos. Deinde dico quod hæc auctoritas ſua non facit contra me, quia ſumendo ſub vna ſpecie ſacramentali, eſt ſumptio ſacramentalis corporis & ſanguinis Saluatoris noſtri, & ſic dico, quod non eſt negandum, ſed firmiter aſtruendum, quod ſic ſumere multum prodeſt fidelibus ad vitã ſpiritualem agendam. Ad illud quod inducitur de Eccleſiá primitiua, concedo, quod propter deuotionem qualibet die ſumebant fideles ſacramentum Euchariſtiæ non tamen ſub vtraque ſpecie. Et hoc patet per auctoritatem quam proponens inducit Actuum 2. cap. vbi dicitur de quotidiana fractione panis, nulla facta mentione de vino, aut de calice. Similiter dicendum eſt ad auctoritatem Anacleti Papæ qui videlicet ſtatuit quod fideles ſæpe communicarent, non tamen habetur, quod ſub duplici ſpecie. & dato etiam quod ſub duplici ſpecie ſtatuiſſet, non tamen propter hoc fuiſſet ſtatutum Chriſti immediatum ſiue præceptum eius, ſed Eccleſiæ, aut Papæ, vnde & ipſemet Anacletus teſtatur non quod Chriſtus ſed quod Apoſtoli ita ſtatuerunt, ita enim dicit:

Ad Armachanum.

Ad morem primitiuæ Eccleſiæ.

Ad Anacletum.

Epiſt. 1. De conſecr. diſt. 2. ca. 10. peracta.

ſic enim & Apoſtoli ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet Eccleſia. Et dato etiam quod ſub duplici ſpecie communicaſſent, non tamen hic feruor erat in ſanctis viris propter ſpecies vnam vel duas, ſed propter verum Chriſtum Dominum noſtrum, qui in hoc ſacramento æqualiter, & ſecundum rem & ſecundum effectum continetur, ſiue ſub vna ſiue ſub duplici ſpecie ſumatur. Quod autem ſæpe accedere dignè & deuotè, & cum diſcuſſione debita ſit vtile & valde proficuum, imò ſummè neceſſarium cupienti & deſideranti in via Domini non regredi ſed progredi, omnes Doctores Catholici prædicant, laudant, hortantur, admonent & obſecrant inceſſanter fidelem populum, imo contra negligentes Eccleſia Romana Catholica pœnas infligit, vt vel ſaltem ſemel in anno hoc ſacratiſſimo cibo reficiantur. Et licet antiquitus in frequentatione huius myſterij fidelis populus fuerit feruentior, nihilominus & adhuc in veneratione eiuſdem ſolers & diligentiſſima cura adhibetur, tam in miniſtrando, quam in ſacrariis, in quibus conſeruatur, quam etiam in celeberrima feſtiuitate, quæ ſingulis annis apud vniuerſos Chriſti fideles, præter quotidianam venerationem, ſolemniter & deuotiſſimè peragitur. Regratior autem Magiſtro proponenti de auctoritate quam adducit ex Exodo quintodecimo, vbi Dominus in figura huius ſacramenti, præcepit Iudæis, dicens: *ecce ego pluam vobis panes de cœlo, egrediatur populus, & qua ſufficiunt per ſingulos dies colligat,* quia in dicta figura nulla mentio fit de pluuia vini, cui tamen magis competeret quod plueret, quàm pani, cum vinum originaliter ſit aqua, cui competit pluere propriè, & non pani. Vlterius ad epilogum quem facit ex pręcedentibus, cum dicit: *Et patet quam vtilis & expediens ſit ſaluti hominum communio diuiniſſima Euchariſtiæ ſub ſpecie vtraque, à Chriſtianis* *dignè celebrata. hoc autem patet ex verbis Chriſti, ſententiis doctorum, praxi primitiuæ Eccleſiæ, & libro Conciliorum, ex dicto Anacleti ſupra iam & immediatè adductis & allegatis.* Dicendum primò, quod iſte epilogus & illatio peccat in materia & in forma. In materia quidem, quia nulla prædictarum auctoritatum neque Chriſti neque Doctorum neque praxis primitiuæ Eccleſiæ, neq; Papę dictum Anacleti ex libro Conciliorum, neq; etiam figura facit quantamcunq; mentionem in verbo vel in ſenſu, de duplici ſpecie pertinente quoquo modo ad communionem laicam, ſed ſolum de carne & ſanguine Domini noſtri, quæ ſub vna ſpecie continentur & celebrantur, atque de conficientibus illis ſacerdotibus: patet intuenti, & examinentur omnes auctoritates inductæ, quia non reperietur aliqua quæ intendat aliquo modo tangere communionē laicam ſub vtraque ſpecie. Secundò peccat prædictus epilogus in inferendo à dicto ſimpliciter ad ſecundum quid. Nam omnes auctoritates prætactę intendunt perſuadere vtilitatem deuotæ ſumptionis huius ſacramenti, ſimpliciter & abſolutè, non habendo reſpectum ad vnam vel ad duplicem ſpeciem, niſi pro quanto quilibet tenetur in ritu ſacramentorum ſequi conſuetudinem & ſtatuta Eccleſiæ Catholicæ: & nihilominus proponens trahit has contra conſuetudinem & ſtatutum Eccleſiæ, & ad ſenſum repugnantem, & omnino contrarium intentioni doctorum, qui ſemper & in omnibus niſi ſunt ſequi conſuetudinem & ordinationem Eccleſiæ, omnia dicta eorum correctioni Eccleſiæ ſubmittentes.

Tandem ſucceſſiuè dicendum eſt ad correlaria quæ inferuntur. Et primò quo ad primū, quando dicit quod quamuis Chriſtus totus plenus Deus & homo ſit ſub alterutra ſpecie, cum plenitudine omnium gratiarum, non tamen vno modo omnem gratiam diſpenſat,ſed per diuerſa ſacramenta , diuerſas gratias idem ipſe Chriſtus confert. Ex iſto correlario habentur tria. Primum eſt, quod ſub alterutra ſpecie eſt totus Chriſtus,plenus, Deus & homo, cum plenitudine omniũ gratiarum. Secundũ eſt,ꝙ non vno modo omnẽ gratiam diſpenſat. Tertiũ eſt, ꝙ per diuerſa ſacramenta diuerſas gratias idẽ ipſe Chriſtus confert: ex quo applicando ad propoſitum : panis & vinũ ſunt diuerſa ſacramenta. Contra prædictũ correlarium ex oppoſito tertij,& primò inſtabo contra ſecundũ dictum prædicti correlarij. Et aſſumo ſic:panis & vinum non ſunt diuerſa ſacramenta,ſed vnum:ergo Chriſtus nõ confert diuerſas gratias per illa duo. Argumentũ patet ab oppoſitis quia ſicut ad diuerſitatem ſacramentorum, ſequitur diuerſitas gratiarum,vt dicit aduerſarius, ita per oppoſitum,ad vnitatem cauſæ ſiue ſacramenti , ſequitur vnitas gratiæ. Aſſumptũ patet per omnes Doctores qui loquuntur de vnitate huius ſacramenti, omnes enim cõcorditer concludunt, vnum eſſe ſacramentum formaliter,ratione finis & perfectionis ; plura ſecundum quid& materialiter:Ad hoc nota doctores Albertum Magnum, Sanctum Thomam & alios &c. Manifeſtum eſt autem ꝙ vnitas effectus ſequitur vnitatem formæ, patet etiam, quia effectus huius ſacramenti eſt vnus principalis, videlicet ipſa ſpiritualis refectio , vt ſuperius dixit Albertus. Si ergo non ſit niſi vnum ſacramentum & vnus effectus, ſitque ipſe Dominus ſub alterutra ſpecie cum plenitudine gratiarum , vt prima pars correlarij dicit, ſequitur de neceſſitate, quod vno modo omnem gratiam diſpenſat, prout competit ei ſecundum rationem huius ſacramenti,quæ eſt refectio ſpiritualis. quod eſt contra ſecundũ,& per cõſequens, ſiue ſumat ſub vna ſpecie, ſiue ſub altera,

tantun-

Digitized by Google

tantundem ſumit, & eodem modo de gratia, ſiue quacunq; diuerſitate aut diminutione, quantum ad rem, licet cum ſub altera ſumitur, nõ vtrumq; ſignificatur, prout ſuperius dictum eſt ſecundum intentionem Magiſtri ſententiarum, & Hugonis de ſancto Victore. Similiter dicendum eſt, quod ſub prima ſpecie Chriſtus eſt verus cibus, & vera vitis, reficiens plenè & perfectè vtrumque, animã ſcilicet & corpus, & ſimiliter ſub ſecunda ſpecie, licet non vtrumq; ſignificetur per proprium ſignum. Ad illud aũt quod dicit, ꝙ primam deguſtationem Chriſtus vocat comeſtionem ſiue manducationem, & ſecundam bibitionem, dicendũ quod falſum eſt, quia Chriſtus non refert manducationẽ & bibitionẽ ad ſpecies panis & vini, ſed ad ipſas res, ſcilicet carnẽ & ſanguinẽ, cum dicit: *caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus &c.* Et, *niſi manducaueritis &c.* quare ſiue ſub vna ſpecie ſumat, ſiue ſub duplici, verè vtrumq; facit, quia verè comedit carnem, & verè bibit eius ſanguinem. quare non ſequitur quod ſit alia & alia efficacia ſub vna & ſub alia ſpecie, quia ſub altera ſumit completam nutritionem, & completam refectionem. Ex prædictis patet quod falſum infert & malè, ſecundum correlarium, videlicet ꝙ ſub duplici ſpecie capiens, diſpoſitiuè duplicem gratiã accipit ſupra illum, qui in vna ſpecie accipit, cæteris tamen paribus, quia vt declaratum eſt, hoc falſum eſt, & ſatis reſponſum eſt ad auctoritatem Auguſtini. Item in tertio correlario infert ꝙ luce clarius patet, quod magnum ſacrilegiũ committunt qui ſacramentum calicis ab Eccleſia fideliũ cõtemptibiliter auferunt. In quo Eccleſię Romanę duo imponit, ſacrilegium ſcilicet & contemptũ, & ex his tertio damnationem, quia in probatione dicit ꝙ à populo Chriſtiano ſub altera ſpecie gratiã & efficaciam abſtrahunt damnabiliter. Nam ſi præceptum Chriſti tradit & determinat vtramque ſpeciem & ita manifeſtè proponens dicit, nullo modo Eccleſia poſſet à contemptu excuſari, & per cõſequens à ſacrilegio, & vlterius à damnatione. Nec poteſt dicere quod ignorantia excuſaret Eccleſiam à ſacrilegio, & contemptu, & per conſequens à damnatione, quia vt aliàs dictum eſt, ignorantia iuris, in his quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, cuiusmodi ſunt præcepta diuina & Chriſti, non excuſat. Quare ſi tam apertè notauerit partem noſtram, & tam durè eidem ſacrilegium, cõtemptum & damnationem impoſuerit, fueritque & ipſe, & ſua pars, patienter & modeſtè auditus ab hoc ſacro Concilio, & ab hoc venerabili auditorio, vtique & ipſe & ſui, verba nõ ad eos directa, nec etiam de eis, Deo teſte, intellecta, vel dicta, imò purè & ſincerè prolata, deberent patienter & modeſtè ſufferre: & ita rogo propter pium Ieſum. procedamus in inquiſitione veritatis iuxta regulam beati Auguſtini in primo de Trinitate hîc per me aliâs allegatam, qui de ſe ipſo ait: *non pigebit me*, inquit, *ſicubi hæſito quærere; non pudebit me, ſicubi erro diſcere. Quiſquis ergo hoc audit vel legit, vbi pariter certus eſt, pergat mecum, vbi pariter hæſitat, quærat mecum, vbi errorem ſuum cognoſcit, redeat ad me, vbi meum, reuocet me. Ita ingrediamur ſimul caritatis viam, tendentes ad eum, de quo dictum eſt: quærite faciem eius ſemper.* Verùm quia auctoritates & rationes quas adducit, præcedentes & ſubſequentes, ad corroborationem dicti correlarij, non faciunt ad propoſitum, ideo nihil concludit. Similiter quartum correlarium, in quo dicit, quod multum damnificantur fideles altera ſpecie ſubtracta, nihil concludit, quia patet, quod nihil minus nec in re, nec in effectu capit ſumens ſub vna ſpecie, quàm ſub vtraque. Et hæc dicta ſint quo ad primã partem ſuæ

poſitio-

Ignorantia iuris in his quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, non excuſat.

ſupra in proteſtatione.

poſitionis. Ad laudem omnipotentis Dei, cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum Amen.

VLterius progrediendo ad ſecundam partem propoſitionis in qua intendit tria probare, videlicet quod communio ſub vtraque ſpecie ſit à Chriſto toti populo credentium ad communicandum inſtituta. Secundò quod ipſa communio ſacramentalis ſit de neceſſitate & de præcepto Chriſti. Tertiò quod illa auctoritas, *niſi manducaueritis, &c.* intelligitur de ſacramentali manducatione, & nō de ſpirituali principaliter. Licet poſſit dici pro expeditione materiæ, quod prædictæ difficultates ſint omninò extraneæ & nullo modo facientes ad propoſitum: & probationes introductæ aut auctoritates conſimili modo in vanum occupant membranas, in hac materia. Quia dato quod Chriſtus hoc ſacramentum inſtituerit pro ſingulis generibus omnium fidelium, & ꝙ eius vſum mandauerit obſeruari ſub præcepto, quodque etiam dicta auctoritas Ioan. 6. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c.* intelligeretur de ſacramentali manducatione, non tamen adhuc haberent intentum, imo nullo modo habent de communione vtriuſq; ſpeciei, ꝙ ſcilicet cadat ſub præcepto. Nihilominus ne videar ſubterfugere materias propoſitas, quamuis non ſint ad propoſitum principalis intenti, pro veritate dilucidanda, dicam aliquid de quolibet. Et quantum ad primum, dicendum quod Chriſtus inſtituit hoc ſacramentum in vltima cœna ſub vtraque ſpecie, & ſic ſuos diſcipulos communicauit: & hoc intendunt & referunt narratiuè auctoritates inductæ Euangeliſtarū, videlicet Matthæi, Marci & Lucæ, *accipite & comedite, hoc eſt corpus meum,* &, *bibite ex hoc omnes, hic eſt ſanguis meus &c.* & ex iſtis auctoritatibus nihil poteſt aliud inferri, neque inferetur. Ad auctoritates verò quæ ex ſexto capitulo Ioannis adducuntur, dicetur in ſequentibus loco ſuo. Vlterius cum dicit quod Paulus Apoſtolus dicit eſſe inſtitutam cœnam ſacramentalem communitati fideliũ, propter Dominicæ paſſionis commemorationem, prima ad Cor. 11. Cum dicit: *ego enim accepi à Domino &c.* dicendum primò quod Paulus loquitur ibidem de communione ſacramentali: deinde quod ipſe loquitur purè & ſincerè narratiuè referendo: ſcilicet, qualiter Chriſtus in cœna hoc ſacramentũ confecerat: tertiò quod ipſe Paulus nec in verbis, nec in ſententia, nec in quocunq; ſigno euidenti, referendo prædictam cœnam Dominicam, innuit, quod Chriſtus ſic agendo in cœna inſtituerit dictum ſacramentum ſub vtraq; ſpecie pro Apoſtolis aut pro fidelibus quibuſcunq; & qualitercunq; in futurum: nec vlterius dicit Apoſtolus, quod Chriſtus hoc ſacramentum frequentandũ aut celebrandum ſiue etiam ſumendum præceperit, aut mandauerit; nec etiam ipſe Apoſtolus in toto illo proceſſu aliquid mandat vel præcipit, ſed omnia quæ ibi dicuntur, vel narratiuè referuntur, aut ex ſuppoſitione per admonitionẽ dicuntur. Nam totum illud ad narrationem pertinet, quidquid dicitur ab illo loco: *Ego enim accepi à Domino*, vſque ad locum, *hoc facite, quotienſcunque bibetis, in meam commemorationem.* quidquid autem vlterius ſequitur, ad exhortationem pertinet, videlicet, *quotienſcunque enim manducabitis, &c.* Non enim dicit quod Chriſtus ſic facere præcepit aut mandauit, neque ego præcipio aut mando, vt ſic faciatis, aut vt ſic ſumatis, ſed, *quotienſcunque enim manducaueritis &c.* quo modo dicendi, etiam ſecundum ſenſum Grammaticalem, nihil infertur aut intelligitur, niſi conditionalis ſuppoſitio, quaſi diceret, quod Chriſtus

ſic

ſicin cœna fecit, & ſi vos vultis facere, faciatis ad eum finem ad quem ipſe dixit faciendũ, ſcilicet in Dominicæ mortis cõmemorationem. Deinde taliter ſumite, quod potius cedat vobis in ſalutem, quàm in damnationem, & antequam aliquis accedat, probet ſeipſum, ne videlicet eum cõſcientia peccati mortalis accedat, habeat etiam diſcretionem vt cum ea reuerentia accedat, ſicut decet tantum ſacramentũ, diiudicando corpus Domini ab aliis cibis corporalibus & carnalibus; & nihil aliud Paulus in toto proceſſu hoc intendit aut deducit, & notandi ſunt hîc duo textus Apoſtoli: *probet autem ſeipſum homo*; &, *non diiudicans corpus Domini*, cõtra illos, qui in maximam irreuerentiam huius diuiniſſimi ſacramẽti, communicant infantes, ſtatim poſt baptiſmũ, & alios amentes & vſu rationis carentes. Deinde Magiſter proponens proſequitur intentionem ſuam, dicens: *Quod autem communio diuiniſſimæ Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie toti credentium populo ſit neceſſaria, patet per illud Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Importat namque hæc dictio, niſi, neceſſitatem præceptiuam, non ſolum de comeſtione, ſed & de bibitione ſacramentali, obligatiuam omnium fidelium ſub carentia vitæ æternæ*: hæc proponens. Reſpondendo ad hanc auctoritatem quæ male intellecta, eſt Achilles aduerſariorum, poteſt dici tripliciter. Primò quod dicta auctoritas non intelligitur præceptiuè, nec includit in ſe aliquod præceptum vel mandatum. Secundò dato quod importaret præceptum, non intelligitur de ſacramentali, ſed de ſpirituali manducatione, quarto modo accepta manducatione, in præcedentibus declarata. Tertiò, dato, licet non conceſſo, quod dicta auctoritas ſtaret præceptiuè, & de ſacramentali ſumptione intelligeretur, adhuc non habet aduerſarius

Suprà, in quinta ſuppoſitione.

Non eſt neceſſariũ, vt vbi ponitur nota præcepti, affirmatiuè vel negatiuè, ibi ſequatur obligatio ſub neceſſitate.

Matth. 10.

Pſal. 21.

Matth. 27.

Luc. 14.

intentum de duplici ſpecie. Primus modus dicendi declaratur, quia non eſt neceſſarium quod vbicunque in doctrina Chriſti ponitur nota præcepti vel affirmatiuè vel negatiuè, quod ibi vel illud obliget ex neceſſitate, ſed ſemper oportet recurrere ad intentionem dicentis. Vnde legitur Matth. nono, de duobus cæcis, quibus curatis, comminatus eſt Dominus, dicens, *videte ne quis ſciat.* Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in tota terra illa, reputa gratias agentes: manifeſtum eſt autem quod Chriſtus non intendebat eos obligare ad ingratitudinem vel ad peccatum. Similiter præcepit Apoſtolis dicens: *nihil tuleritis in via, neque baculum, neque peram, neque calceamenta, neque duas tunicas habeatis*, quod vtique nullo modo ad literam & præceptiuè poteſt intelligi, quia neque Chriſtus neque ſui diſcipuli hoc fecerunt. Nam ipſe Dominus plures veſtes habuit, vt patet Ioan. 13. *ſurgit à cœna & ponit veſtimenta ſua.* Non eſt autem dicendum quod tantum vnam tunicam habuit, & illa depoſita nudus lauerat pedes diſcipulorum. Similiter quando crucifixus fuit, plures veſtes habebat, ſecundum illud, *diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* Item beatus Bartholomæus habuit ſandalia, Paulus baculum, Petrus caligas, & per conſequens calceamenta. vnde Angelus ad eum Actuum 7. *Surge præcingere & calcea te caligas tuas.* Similiter idem Saluator ait in alio loco: *niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*, quæ ſententia ſi præceptiuè intelligeretur, & literaliter, non video quomodo Reges, Duces, Marchiones, Barones, Milites, Nobiles, Ciues, & alij diuites ſaluarentur: cum diſcipulatus Chriſti ſit ad vitam æternam cõſequendam neceſſarius, cum tamen legamus Mariam Magdalenam, Martham, & Lazarum, cæteraſq; mulieres quæ de facultatibus earum miniſtrabant Domino, diuites fuiſſe, & diſcipulas eiuſdem. Similiter Ioſeph ab Arimathia, ſingulariter diſcipulum Domini nominatum, diuitem fuiſſe Euangelium commemorat, & Nicodemum ſimiliter, & Zachæum. Sanctum denique Gregorium, Sylueſtrum, Conſtantinum, Carolum Magnum, Henricum, Wenzeslaum cæteroſque innumeros ſanctos, quos opulentiſſimos conſtat extitiſſe, ſancta Eccleſia inter Chriſti diſcipulos, & regni cœlorum poſſeſſores commemorat. Similiter Marci decimo Chriſtus permiſſionem libelli repudij in lege veteri vocat præceptum, vbi ita loquitur ad Phariſæos de libello repudij: *quid vobis præcepit Moyſes?* & infra: *ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis Moyſes præceptum iſtud.* manifeſtum eſt autem, omni homini, ſcienti ſacras literas, quod nunquam fuit præceptum, accipiendo in propria ſignificatione præceptum, de libello repudij dando in lege veteri, ſolum permiſſum fuit propter vitare homicidia & alia maiora ſcandala. Ex quibus patet quod prædicta auctoritas: *Niſi manducaueritis*, poteſt intelligi non præceptiuè, non obſtante nota præcepti. Verum tamen dato, quod dicta verba intelligantur præceptiuè, dico quod non intelliguntur de manducatione ſacramẽtali, ſed de manducatione ſpirituali. quod quidem multipliciter oſtenditur, & primo per expoſitionem ipſius Chriſti, quia nulla melior eſſe poteſt, qui qualiter eſſent prædicta verba intelligenda, *niſi manducaueritis* mox declarans, ſubiunxit, dicens: *qui manducat meã carnẽ & bibit meum ſanguinẽ, in me manet, & ego in eo.* Vbi notandum, quod ſicut Chriſtus loquens de baptiſmo Io. 3. Primo præmiſit indiſtinctè & indeterminatè præceptũ de ipſo inquiens, *Amen Amen dico tibi*, ſcilicet Nicodemo, *niſi quis natus fuerit denuò, non poteſt videre regnum Dei.* & cũ

Verba Chriſti, niſi manducaueritis &c. intelliguntur de manducatione ſpirituali.

multiplex ſit natiuitas, carnalis ſcilicet de qua idem Nicodemus intelligebat, vnde dixit: *Quomodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex? numquid poteſt in ventrem matris ſuæ iteratò* introire & renaſci? & ſpiritualis; ad declarandum de qua iſtarum natiuitatum intelligeretur, mox ſubiunxit, modum etiam ipſius oſtendens: *Amen amen dico tibi, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei*, ita eſt omnimodè in propoſito: quia cum multiplex ſit comeſtio, ſcilicet, carnalis de qua ad literam Iudæi intelligebant, ſacramentalis, & ſpiritualis, vt in prima parte declaratum eſt, Chriſtus loquens de manducatione ſuæ carnis, primò præmiſit præceptum indiſtinctum & indeterminatum non exprimens modum manducationis, dicens: *Amen amen dico vobis: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*, poſtmodum verò quomodo hoc fieret, & quis modus eſſet manducationis ſuæ carnis declarauit, inquiens: *qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo*: ſicut igitur præceptum baptiſmi indiſtinctum determinatur & declaratur per aquam & ſpiritum, videlicet: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto*: ita præceptum indiſtinctum de manducatione ſuæ carnis determinatur & declaratur per id quod dicitur: *in me manet, & ego in illo.* hæc autem non mea, ſed Auguſtini ſententia eſt, homilia vigeſima ſexta ſuper Ioannem vbi primo declarat, quis ſit cibus iſte & potus, de quo Chriſtus hic loquitur: *Niſi manducaueritis carnem & biberitis ſanguinem*, ita dicens: *hunc itaque cibum & potum ſocietatem vult intelligi corporis & membrorum ſuorum, quod eſt ſancta Eccleſia in prædeſtinatis, & vocatis, & iuſtificatis, & glorificatis ſanctis, & fidelibus eius. quorum primum iam factum eſt,*

Tract. 26.

ideſt, prædeſtinatio: ſecundum & tertium factum eſt, & fit, & fiet, ideſt, vocatio, & iuſtificatio: quartum verò nunc in ſpe eſt, in re autem futurũ eſt, ideſt, glorificatio. Huius rei ſacramentum, id eſt, vnitatis corporis & ſanguinis Chriſti alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum, in Dominica menſa præparatur, & de menſa Dominica ſumitur, quibuſdam ad vitam, quibuſdam ad exitium, res verò ipſa cuius ſacramentum eſt omni homini ad vitam, nulli ad exitium, quicunque eius particeps fuerit: hæc Auguſtinus. Ecce quàm apertè hic Doctor declarat quid intelligat Dominus per cibum & potum, de quibus Dominus loquitur in prædicto textu, *niſi manducaueritis, &c.* ait enim, *hunc cibum & potum ſocietatem vult intelligi.* Vlterius cum dicit: *huius rei ſacramentum, ideſt, vnitatis corporis & ſanguinis Chriſti &c.* per hoc etiam quod dicit, *quibuſdam ad vitam; quibuſdam ad exitium*, oſtendit differentiam inter manducationem ſacramentalem & ſpiritualem. quia ſacramentalis indifferens eſt ad vitam & ad mortem: ſpiritualis verò ſemper eſt ad vitam: vnde dicit: *res verò ipſa &c. omni homini ad vitam, nulli ad exitium*: Item idem Doctor ibidem ſupra dictam ſententiam replicans, oſtendens quid ſit cibus & potus qui eos à quibus ſumitur, immortales & incorruptibiles facit, id eſt, ſocietas ipſorum ſanctorum. Et ſubdit declarans rem ex ſimilitudine ſacramenti: Nam ſacramentum eſt ſacræ rei ſignum, & ſimilitudinem eius gerit, dicens: *propterea quippe ſicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, corpus & ſanguinem ſuum in rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur. Namque aliud in vnum ex multis granis conficitur, aliud in vnum ex multis acinis confluit*: hæc ille. *propterea*, inquit, quaſi

Auguſt. paulò inferius.

diceret, ideo Dominus tradidit corpus & ſanguinē ſuum ſub ſpeciebus panis & vini, vt ſimilitudine ſua eſſent ſacramentum corporis Chriſti myſtici, ſcilicet ipſius ſocietatis ſanctorum, de qua hic agitur & tractatur. Vltimus idem Doctor proſequens inceptam explanationem de ſpirituali manducatione quomodo fiat, & quid ſit manducare & bibere, ſubdit ibidem ita dicens: *Deniq; iam exponit quomodo id fiat quod loquitur, & quid ſit manducare corpus eius & ſanguinem bibere; Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Hoc eſt ergo manducare illam eſcam, & illum bibere potum, in Chriſto manere, & illum manentem in ſe habere; ac per hoc qui nō manet in Chriſto, & in quo Chriſtus nō manet, procul dubio nec manducat* * *eius carnē, nec bibit ſanguinem, etiam ſi tantæ rei ſacramentum ad iudicium ſibi manducet & bibat.* hæc Auguſtinus. vbi expreſſè idem Doctor declarat, quod manducare & bibere nihil aliud eſt in hoc loco, niſi in Chriſto manere, & illum manentē in ſe habere, quod etiam in ſequenti homilia circa principium oſtendit, dicens: *Expoſuit autem modum attributionis huius doni ſui, quomodo daret carnem ſuam manducare dicens: qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. ſignum quia manducauit & bibit, hoc eſt, ſi manet & manetur, ſi inhabitat, & inhabitatur, ſi hæret & non deſeritur. hoc ergo nos docuit & admonuit myſticis verbis, vt ſimus in eius corpore ſub ipſo capite in membris eius, edentes carnem eius, non relinquentes vnitatem eius.* hæc ille. Et in fine eiuſdem homiliæ 24. Idem epilogando dicit. *hoc totum quod Dominus de carne & ſanguine ſuo locutus eſt, & quod in eius diſtributionis gratia vitam nobis promiſit æternam, & quod hinc voluit intelligi manducatores & potatores carnis & ſanguinis ſui, vt in ipſo maneant, & ille in ipſis.* & infra: *hoc ergo totum ad hoc nobis valeat dilectiſſimi, vt carnem Chriſti & ſanguinem non edamus*

Spiritualiter, habēt impreſſa exemplaria in hoc loco, ſed manu ſcripta Raguſienſia non.

Aug. Tracta. 27. in Ioan.

Tractatu 27.

tantum in ſacramento, quod & multi mali, ſed vſque ad ſpiritus participationem manducemus & bibamus, vt in Domini corpore tanquam membra maneamus, vt eius ſpiritu vegetemur. hæc ille. Item idem Doctor libro 21. de ciuitate Dei, cap. 21, de hac eadem materia ita loquitur: *qui ergo eſt in eius corporis vnitate, id eſt, in Chriſtianorum compage membrorum, cuius corporis ſacramentum fideles communicantes de altari ſumere conſueuerunt, ipſe verè dicendus eſt manducare corpus Chriſti & bibere ſanguinem Chriſti: ac per hoc hæretici & ſchiſmatici ab huius vnitate corporis ſeparati, poſſunt idem percipere ſacramentum, ſed non ſibi vtile, imo verò etiã noxium, quo iudicentur grauius, quam vel tardius liberentur. Non ſunt enim in eo vinculo pacis, quod in illo exprimitur ſacramento.* & infra poſt multa, conſequenter ſubdit: *nec iſti ergo dicendi ſunt manducare corpus Chriſti, quoniam nec in membris computandi ſunt Chriſti, vt etiam alia taceam, non poſſunt ſimul eſſe & membra Chriſti, & membra meretricis. Denique ipſe dicens: qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo, oſtendit quid ſit, non ſacramento tenus, ſed reuera corpus Chriſti manducare, & eius ſanguinem bibere. hoc eſt enim in Chriſto manere, vt in illo maneat & Chriſtus. ſic enim hoc dixit, tamquam diceret: qui non in me manet & in quo non maneo, non ſe dicat aut æſtimet manducare corpus meum, aut bibere ſanguinem meum. non itaque manent in Chriſto qui non ſunt membra eius, non ſunt autem membra Chriſti qui ſe faciunt membra meretricis, niſi malum illud pœnitendo eſſe deſtiterint, & ad hoc bonum reconciliatione redierint.* hæc Auguſtinus, vbi apertiſſimè declarat intellectũ prædictarum auctoritatum, & quid ſit manducare & bibere, quia non ſacramento tenus, ſed reuera corpus Chriſti manducare, & ſanguinem eius bibere, eſt in Chriſto manere, ita vt in illo maneat & Chriſtus. habitat autẽ Chriſtus in nobis & manet per fidem, dicente Apoſtolo ad Epheſi-

Aug. de ciuitate Dei, lib. 21. cap. 25.

pheſios tertio, *habitare Chriſtum in cordibus noſtris per fidem;* manet etiam in nobis, & nos manemus in Chriſto per caritatem, dicente Ioanne primæ Ioa. 4. *Deus caritas eſt, & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.* Et per conſequens manducare carnem Chriſti & bibere ſanguinẽ ipſius, nihil aliud eſt, quàm credere in Chriſtũ, & eidem per caritatem adhærere. Quod etiam ipſe Dominus eodem capitulo apertiſſimè declarat, cum ait: *Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet vnquam.* manifeſtum eſt autem quod ad non eſurire & non ſitire peruenitur per manducare & bibere & per conſequens credere in Chriſtũ, & venire ad ipſum, quod fit per fidem & caritatem, idem ſunt quod manducare & bibere. vnde eodem capitulo ait idem Dominus: *Qui credit in me habet vitam æternam.* & pòſt: *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* manifeſtè oſtendens idem eſſe, *qui credit in me*, &, *ſi quis manducauerit &c.* & per conſequens, quod idem ſit credere & manducare. Quod autem manducare hunc panem, ſit idem quod manducare carnem eius, & ipſius ſanguinem bibere, vt omnis tolleretur ambiguitas, & ne fieret vis in verbis, ſimiliter ipſe Dominus declarat, inquiens, *& panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita*, de qua carne litigantibus Iudæis & dicentibus. *Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum?* Subiunxit, *Amen amen dico vobis, Niſi manducaueritis, &c.* Manifeſtè oſtendens idem eſſe manducare panem hunc & manducare carnem ſuam, & ſuum ſanguinem bibere, & per conſequens vt fiat proceſſus de primo ad vltimũ, idem quod credere in ipſum, & eidem per caritatem adhærere. Ex quo proceſſu patet primò, quod Chriſtus manet in nobis, & nos in Chriſto, per

Digitized by Google

ſto, per fidem & caritatem. Secundò patet quod credere & amare per caritatem, idem eſt in hoc loco quod manducare & bibere, quę duo confirmantur per beatum Auguſtinum, qui qualiter maneamus in Chriſto, & qualiter Chriſtus in nobis, oſtendit in homilia 27. Vbi ita dicit, *diximus enim fratres hoc Dominum commendaſſe in manducatione carnis ſuæ & potatione ſanguinis ſui, vt in illo maneamus & ipſe in nobis, manemus autem in illo cùm ſumus membra eius, manet autem ipſe in nobis cum ſumus templum eius, vt autem ſimus membra eius, vnitas nos compaginat, vt compaginet vnitas, quid facit niſi caritas? & caritas Dei. Vnde Apoſtolum interroga. Caritas, inquit, Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Ergo Spiritus eſt qui viuificat. Spiritus enim facit viua membra, nec viua membra Spiritus facit, niſi quæ in corpore quod vegetat ipſe Spiritus inuenit. Nam Spiritus qui eſt in te, ô homo, quo conſtas vt ſis homo, Nunquid viuificat membrum quod ſeparatum inuenitur à carne tua? Spiritum tuum dico animam tuam, anima tua non viuificat niſi membra quæ ſunt in carne tua, vnum ſi tollas, iam ex anima tua non viuificatur, quia vnitati corporis tui non copulatur. Hæc dicuntur vt amemus vnitatem, & timeamus ſeparationem, nihil enim ſic debet formidare Chriſtianus, quam ſeparari à corpore, ſi enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum eius: ſi non eſt membrum eius, non regetur ſpiritu eius. Quiſquis autem, inquit Apoſtolus, ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Spiritus ergo eſt qui viuificat, caro autem non prodeſt quicquam. Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Quid eſt ſpiritus & vita ſunt? Spiritualiter intelligenda ſunt: Intellexiſti ſpiritualiter? Spiritus & vita ſunt. Intellexiſti carnaliter? Etiam ſic illa ſpiritus & vita ſunt, ſed tibi non ſunt.* Hæc Aug.

Tract. 27.

Rom. 5.

de hac eadem ſpirituali manducatione & inhabitatione Chriſti in nobis, & noſtra in Chriſto, idem doctor, homilia 22. Exponendo illud *caro mea eſt pro mundi vita*, loquitur ita dicens: *Norunt fideles corpus Chriſti. ſi corpus Chriſti eſſe non negligunt, fiant corpus Chriſti, ſi volunt viuere de ſpiritu Chriſti, de ſpiritu Chriſti non viuit niſi corpus Chriſti. Intelligite fratres mei, quid dixerim. homo es & ſpiritum habes, & corpus habes. Spiritum dico qui anima vocatur, qua conſtat, quod homo eſt. Conſtat enim ex anima & corpore, habes ſpiritum itaque, ſpiritum inuiſibilem, corpus viſibile. dic mihi quid ex quo viuat? ſpiritus tuus viuit ex corpore tuo, an corpus tuum ex ſpiritu tuo? Reſpondit omnis qui viuit, qui autem hoc non poteſt reſpondere, neſcio, ſi viuit. Quid reſpondet omnis qui viuit? Corpus vtiq; meum viuit de ſpiritu meo. Vis ergo & tu viuere de ſpiritu Chriſti? in corpore eſto Chriſti. Nunquid enim corpus meum viuit de ſpiritu tuo? meum viuit de ſpiritu meo, tuum viuit de tuo, non poteſt viuere corpus Chriſti, niſi de ſpiritu Chriſti. Inde eſt quod exponens nobis Apoſtolus Paulus hunc panem: Vnus panis, inquit, vnum corpus multi ſumus. O ſacramentum pietatis, O ſignum vnitatis, O vinculum caritatis, qui vult viuere, habet vnde viuat, habet vbi viuat, accedat, credat, incorporetur vt viuificetur, non abhorreat à compage membrorum, non ſit putre membrum quod reſecari mereatur, non ſit diſtortum, de quo erubeſcatur, ſit pulchrum, ſit aptum, ſit ſanum, hæreat corpori, viuat Deo de Deo, nunc laboret in terra, vt poſtea regnet in cælo:* hæc Auguſtinus. Cuius verba vtinam tali virtute cordibus audientium & legentium imprimerentur, quali feruore à dicto Doctore ſanctiſſimo edita conſcripta & prolata ſunt. Et hæc dicta ſunt ad confirmationem primi.

Tractatu 26.

QVod autem manducare & bibere idē ſit quod credere, oſtendit idem Doctor homilia 22. exponens illud: *Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam,* Aug. tractatu in Io. 25.

Tractatu 26.

æternam, ita dicens: *dixerat enim illis: operamini eſcam non quæ perit, ſed quæ permanet in vitam æternam. Quid faciemus? inquiunt, quid obſeruando hoc præceptum implere poterimus? reſpondit Ieſus & dixit eis: hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille: hoc eſt ergo manducare cibum non qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. Vt quid paras dentes & ventrem? crede & manducaſti*: hæc Auguſtinus vbi expreſsè declarat, quod operari cibum, de quo hic Dominus loquitur, idem eſt quod manducare, & manducare idem quod credere. Item idem eadem homilia: *verus ergo panis ille qui dat vitam mundo, & ipſe cibus eſt, de quo paulo ante locutus ſum: operamini cibum qui non perit, ſed qui permanet in vitam æternam*. Item ibidem oſtendit, quod non ſolum credere & manducare idem ſint, ſed etiam manducare & bibere idem ſunt. declarans illud: *Ego ſum panis vitæ; qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet vnquam*, vbi ita dicit: *Qui venit ad me, hoc eſt quod ait, & qui credit in me, & quod dixit, non eſuriet, hoc intelligendum eſt, & non ſitiet vnquam, vtroque enim illo ſignificatur æterna ſatietas vbi nulla eſt egeſtas*. hæc Auguſtinus. Item idem Doctor homilia 23. ad idem dicit: *Daturus ergò Dominus Spiritum ſanctum, dixit ſe panem qui de cælo deſcendit, hortans nos vt credamus in eum. Credere enim in eum hoc eſt manducare panem viuum; qui credit in eũ, manducat, inuiſibiliter ſaginatur quia & inuiſibiliter renaſcitur. infans intus eſt, nouus intus eſt; vbi nouellatur, ibi ſatiatur*. hæc Auguſtinus. Ex quibus luce clarius patet quod ſecundum intentionem Auguſtini in hoc loco & in toto proceſſu huius capituli idem eſt manducare & bibere, quod credere & inuiſibiliter intus per caritatẽ pingueſcere & ſaginari. credere autem in Chriſtum & eidem inhærere per caritatem, quid aliud eſt quàm viuere vita gratiæ? & per conſequens habere in ſe vitam æternam?

diciturenim de fide ad Rom. primo: *Iuſtus autem meus ex fide viuit*. & de caritate. prima Ioan. 4. *qui non diligit manet in morte*: fides autem & caritas ideo præſtant vitam, quia illi coniungunt & faciunt inhærere apud quem eſt fons vitæ, imo qui eſt ipſa vita, qui de ſe ipſo ait: Ego ſum via veritas & vita. Ioan. 14. & de quo dicitur, Deuter. 30. *illi adhæreas, ipſe enim eſt vita tua*. Idem ergo eſt credere in Chriſtum, & ipſum diligere, & habere vitam. vnde Auguſtinus homilia 23. ſuper illo: *Amen amen dico vobis qui credit in me, habet vitam æternam*, ita dicit. *reuelare ſe voluit quid eſſet: Nam compendio dicere potuit, qui credit in me, habet me. Ipſe enim Chriſtus verus Deus eſt, & vita æterna*: [a] *qui ergo credit in me, inquit, it in me, & qui it in me, habet me* [b]. *Quid eſt autem habere me? habere vitam æternam. Vita æterna mortem aſſumpſit, vita æterna mori voluit, ſed de tuo, non de ſuo*: hæc Auguſtinus. Ex quibus omnibus tam ex intentione Chriſti, quàm etiã ex intentione Auguſtini verba Chriſti poſtillantis & exponentis patet, quid intelligatur per hunc cibum & potũ, de quo ipſe Dominus loquitur, quia ipſa vnitas & ſacietas ſanctorum, denique quomodo fiat huiuſmodi manducatio & bibitio, & quid ſit vtrunque, ſcilicet manducare & bibere, quia hoc eſt manere in Chriſto, & Chriſtum in ſe manentem habere. Vlterius quomodo per fidem & caritatẽ Chriſtus in nobis, & nos manemus & inhabitamus in Chriſto, poſt hæc quomodo credere & caritate diligere idẽ eſt quod manducare & bibere, imo etiam quod manducare & bibere idẽ ſunt, & finaliter quomodo ad credere & manducare tanquam ad vnum & idẽ, ſequitur vita æterna, per quæ omnia luce clarius oſtenditur, quod prædictus textus, Ioan. 6. *Niſi manducaueritis &c.* imo & totum illud capitulum intelligitur de ſpirituali manducatione & nullo modo de ſacramentali.

Tract. 26.

[a] *Hæc verba non habet textus impreſſus* [b].

Item Chriſtus remouens carnalem intelligentiam Iudæorum & diſcipulorum, expoſuit qualiter hæc manducatio intelligenda ſit, cum dicit: *ſpiritus & vita ſunt*, ſpiritualiter intelligenda ſunt: intellexiſti ſpiritualiter, ſpiritus & vita ſunt. Intellexiſti carnaliter? etiã ſic illa ſpiritus & vita ſunt, ſed tibi nõ ſunt. De illa igitur manducatione Chriſtus loquebatur, quæ ſecundũ ſe vitã præſtat, & hæc eſt ſola manducatio ſpiritualis: Sacramentalis autẽ manducatio non ſemper dat vitam, imo ſæpe mortem, vt patet per Apoſtolum dicentem: *qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit*. Vnde hæc differentia eſt inter ſpiritualem manducationem & ſacramentalem, vt in prima parte dictum eſt, quia ſpiritualis manducatio ſemper dat vitam, Sacramentalis verò ſæpe dat mortem, vt dictum eſt, & quod de ſpirituali manducatione Chriſtus hîc loquitur, patet, quia vbicunq; hîc de manducatione loquitur, ſemper adiungit vitam, quæ vtique ad ſacramentalem ſemper non ſequitur, imo potius mors, vnde & in ipſo præcepto: *Niſi manducaueritis*, dicit, *non habebitis vitam in vobis*. quia, *qui manducat hunc panem viuet in æternum*, &, *qui manducat me*, *& ipſe viuet propter me*. Quæ ſi de ſacramentali intelligerentur, vtique ſemper qui ſacramentaliter ſumeret, ſemper viueret vita ſpirituali, quod falſum eſt, quia multi comedunt ad mortem. Vnde Auguſtinus homilia 23. ſuper Ioan. *Quàm multi de altari accipiunt, & moriuntur, & accipiendo moriuntur? Vnde dicit Apoſtolus, iudicium ſibi manducat & bibit. Non enim buccella Dominica venenum fuit Iuda, & tamen accepit & cum accepit inimicus in eum intrauit, non quia malum accepit, ſed quia bonum malè malus accepit.* Ecce quàm expreſsè Auguſtinus ait, quod ſumptio ſacramentalis eſt indifferens & ad bonos & ad malos, & ad vitam & ad mortẽ, ſed non ſic eſt de ſum-

Aug. tract. 27. in Ioan.

Suprà in ſuppoſitione quinta.

Tract. 26.

1. Cor. 11.

Hic habetur, non enim in textu impreſſo, nonne?

ſumptione & manducatione, de qua hoc in loco Dominus loquitur, quod apertè idem Auguſtinus eadem homilia loquens de hoc pręcepto. *Niſi &c.* declarat dicens: *Quomodo quidē detur, & quis nam modus ſit manducandi ipſum panem, ignoratis, verùntamen niſi manducaueritis &c. hæc non vtique cadaueribus, ſed viuentibus loquebatur. Vnde ne iſtam vitam intelligentes, de hac re litigarent, ſecurus adiunxit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. hanc ergo non habet, qui iſtum panem nō manducat, nec iſtum ſanguinem bibit. Nam temporalem vitam ſine illo habere homines poſſunt, æternam verò omninò non poſſunt. Qui ergo non manducat eius carnem nec bibit eius ſanguinem, non habet vitam in ſe; & qui manducat eius carnem, & bibit eius ſanguinem, habet vitam æternam: Ad vtrumq; autem reſpondit quod dixit, æternam. Non ita eſt in alia eſca, quam ſuſtentandæ huius* temporalis vitæ cauſſa ſumimus, nam qui eam non ſumpſerit, non viuet, nec tamen qui eam ſumpſit, viuet. fieri enim poteſt, vt ſenio vel morbo, vel aliquo caſu plurimi, & qui eam ſumpſerunt, moriantur, in hoc autem cibo & potu, id eſt, corpore & ſanguine Domini non ita eſt. Nam & qui eam non ſumit, non habet vitam, & qui eam ſumit, habet vitam & hanc vtique æternam.* Spiritualis igitur manducatio, de qua hîc agitur, pertinet ad bonos tantū, ſacramentalis verò indifferenter ad vtroſque. Vnde Eccleſia cantat in proſa feſti corporis Chriſti, *Sumunt boni, ſumunt mali, ſorte tamen inæquali, vitæ vel interitus. Mors eſt malis, vita bonis, vide paris ſumptionis quàm ſit diſpar exitus, &c.* Sic enim Petrus & Iudas ſacramentaliter comederunt, ſed alter ad ſalutem, alter verò ad damnationem. quare patet manifeſtè quod ſi prædicta doctrina Chriſti de ſacramentali manducatione intelligeretur, quod omnes ſacramentaliter manducantes eſſent ſaluati, & omnes ſacramentaliter non manducantes, eſſent damnati. quod

*Al. corporis.

patet eſſe falſum in vtriſque. quia multi ſacramentaliter manducantes damnantur, vt patet de Iuda, & multi ſacramentaliter non comedentes, vt pueri & martyres, ſaluati ſunt, & ſaluantur. Nec valet ſi dicat aduerſarius, quod intelligitur de manducatione ſacramentali ſimul cum ſpirituali. quia ſpiritualis manducatio & ſacramentalis ſunt manducationes propriis proprietatibus condiſtinctæ. Et ſpiritualis quidem manducationis proprietas eam neceſſariò conſequens, eſt, ſemper manducanti conferre vitam formaliter. Sacramentalis verò manducatio eſt indifferens ad vitam, vel ad mortem, licet enim ex ſe ſemper ſit ad vitam, quia ipſum ſacramentum in ſe continet fontē vitæ, tamen ratione ſuſcipientis, id quod ſecundum ſe vita eſt, fit mors malè ſumenti. *Non enim buccella Dominica venenum fuit Iudæ, & tamen accepit, & cum accepit, inimicus in eum intrauit, non quia malum accepit, ſed quia bonum malus accepit.* hæc Auguſtinus homilia 23. *Tract. 26.* Cum igitur ex propriis effectibus deueniatur in cognitionem propriarum cauſarum, vtique ſi ex verbis Chriſti volumus ſine errore venire in notitiam, de qua manducatione in hoc loco Chriſtus intelligat, neceſſe eſt vt conferamus effectus harum manducationum, ad ipſas manducationes, tamquam ad proprias cauſas. quia ergo in toto iſto proceſſu huius capituli manducationi Chriſtus tribuit vitam, quæ eſt proprius effectus ſpiritualis manducationis, vtiq; ex proprio effectu, ex neceſſitate concluditur, ꝙ Chriſtus loquitur hîc de ſpirituali manducatione. Et ſicut ex ſenſibili nunq̃ poſſemus venire in cognitionē hominis, inquantū homo, niſi per aliquod additū ad ſenſibile, licet etiā ipſum ſenſibile conueniat homini, ita quantumcunq; vita ſequatur ad manducationē ſacramentalem, ex quo non eſt ſibi neceſſariò nec tanq̃ pro-

Digitized by Google

prium, annexa. Ex ipſa vita, non poteſt argui aut inferri manducatio ſacramentalis. Oportet igitur quod ſicut ex ſenſibili infertur animalis, ſic ex vita in loco præſenti, inferatur manducatio ſpiritualis: præcipuè cùm Chriſtus in nulla parte præſentis capituli nec per ſe, nec per accidens, faciat quoquomodo mentionem de ſacramentali manducatione. Satis enim mirabile eſſet, quod Chriſtus diuina ſapientia, Dei virtus, & immenſa bonitas, voluiſſet ſua præcepta & ſalutem humanam tali inuolucro verborum obumbrare, & tam periculosè inſtantibus temporibus vniuerſalem Eccleſiam errare, & tam longo tempore, cuius initiũ aut origo, nec in memoriis hominum, nec in annalibus ſcribentium, reperitur. vnde præter prædicta, manifeſtiſſimum ſignum, quod non de ſacramentali manducatione loquatur, eſt, quia in prædicto præcepto, ſi tamen pręceptiuè teneatur, nullam facit mentionem de ſpeciebus, panis, ſcilicet, aut vini. immo quod plus eſt, quotienſcunque loquitur. Ioan. 6. de corpore & ſanguine ſuo, nullam vnquam facit mentionem de ſpeciebus, ad oſtendendum, non de ſpecifica ſeu ſacramentali ſumptione intelligenda fore verba ipſius, ſed ſpirituali, vt dictũ eſt. Item ſi illa verba. *Niſi manducaueritis,* intelliguntur pręceptiuè de ſacramentali ſumptione, pari ratione & illa: *qui manducat meam carnem & bibit meam ſanguinem, in me manet & ego in illo.* quia non videtur ratio, quod Chriſtus in tam modico ſpacio mutaſſet modum & ſententiam dicendi, vt nunc de ſacramentali, & immediatè pòſt, de ſpirituali ſumptione loqueretur ſine aliqua nota diuerſitatis. Sed quod ſecunda auctoritas non intelligatur de ſacramentali, patet, quia ſenſus eſſet, *qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet,* id eſt, in ſacramento panis & vini manet, *& ego,* id eſt,

Forſan, periculoſis

ſacramentum panis & vini, *in illo*, quod nullus ſanæ mentis diceret. Item quod ſpiritualiter intelligenda ſint verba Chriſti & doctrina de manducatione & bibitione, oſtendit Apoſtolus 1. ad Cor. 10. *Nolo vos*, inquit, *ignorare fratres, quoniam patres noſtri, omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptiſati ſunt, in nube & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum biberunt. Biberunt autem de ſpirituali conſequente eos petra, petra aũt erat Chriſtus.* ſuper quo ait gloſſa, & colligit ex dictis Auguſtini homilia 23. *omnes eandem eſcam manducauerunt ſpiritualem, quam & nos, corporalem verò alteram, id eſt, manna, quod ſignificat Chriſtum, & idem credentibus effecit. quare? quia viſibilem cibum ſpiritualiter intellexerunt, ſpiritualiter eſurierunt, ſpiritualiter guſtauerunt, vt ſpiritualiter ſatiarentur. Nã & nos hodie accipimus viſibilem cibum, ſed aliud eſt ſacramentum, aliud eſt virtus ſacramenti. Sacramenta illa fuerunt, ſacramenta ſunt & noſtra, & vtiq; eiuſdem rei. Manna enim Chriſtum ſignificauit, hunc panem ſignificat altare Dei. Chriſtus enim panis eſt qui de cælo deſcendit. Si quis manducat ex hoc pane, non morietur in æternum, ſed quod pertinet ad virtutem ſacramenti, non ad viſibile ſacramentum. qui manducat intus, non foris, qui manducat corde, non qui premit dente. ideo Apoſtolus vigilanter non ſimpliciter ait, manducauerunt eandem eſcam, ſed addit ſpiritualem, quia ſpiritualem eandem manducauerunt, quam & nos; corporalem verò alteram, quia illi manna, nos aliud: & vigilanter ait, patres noſtri, & non illorum, per hoc tantum bonos ſignificans, quibus nos ſimiles ſumus. Nam illi fuerunt, qui eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, quam & nos, & tamen & aliud illi, & aliud nos, ſed ſpecie viſibili aliud, quod tamen hoc idem ſignificaret virtute ſpirituali.* hęc ibi. Ex quibus verbis patet tam Apoſtoli, quàm gloſſæ, quod eandem eſcam ſpiritualem patres noſtri

Tract. 26.

manducauerunt,& nos manducamus,& eundem potum ſpiritualem biberunt, & nos bibimus. quod nequaquam intelligi poteſt de ſacramentali,quia vt dicit gloſſa, aliud ipſi, aliud nos. Quæ eſt igitur illa eſca ſpiritualis ? & quis potus? nonne caro Chriſti & ſanguis ? vtique : ipſe enim mediator Dei & hominum, Chriſtus Ieſus, qui eſt caput ſuper omnem Eccleſiam, ad Epheſios 1. qui erat cibus & ſatietas ſecundum diuinitatem, angelorum, ſecundum humanitatem factus eſt cibus & eſca viatorum, non ſolum eorum qui poſt aduentum ſuum in carne in ipſum crediderunt, ſed etiam præteritorum. Sed quomodo manducauerunt ? fide vtique & dilectione. tunc enim manducauerunt carnem, quando crediderunt implicitè vel explicitè, filium Dei carnem humanam de noſtræ mortalitatis ſubſtantia aſſumpturum, & ſimiliter biberunt eius ſanguinē, quando modo ſimili ſe crediderunt & ſperauerunt liberari, per ſupplicium ſuæ amariſſimæ paſſionis. Ea propter ſummo deſiderio clamabant ſancti patres veteris teſtamenti, per oracula Prophetarum, Iſa. 64. *Vtinam diſrumperes cælos & deſcenderes*, & rurſus: *emitte Domine agnum dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion.* Verba iſta ſunt Iſaiæ 16. cap. Hoc itaq; modo manducare carnem ſuam, & bibere ſanguinem ſuum, turbis Iudæorum & diſcipulis ſuis Dominus præcepit, vt videlicet in eum crederent, ſicut ipſe ait: *qui credit in me, habet vitam æternam* : *Ego ſum panis vitæ, & hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis manducauerit ex ipſo, non moriatur*, & hoc eſt in Chriſto manere, & ipſum in ſe habentem habere; hoc eſt quod longo ſermone auribus diſcipulorum inculcare volebat, non ſpecies panis aut vini, dicens: *manete in dilectione mea.* Sicut Ioannes teſtatur, maxima caritate, feruentiſſimoúe deſiderio perfuſus, precibus ſuis, dilectiſſimum

mum patrem pro hac ſpirituali mãducatione, vt eam ſui
diſcipuli haberent, rogabat, dicens. *Non pro mundo rogo,* Ioan. 17.
*ſed pro his qui credituri ſunt in nomine meo. Rogo pater, vt ſint
vnum nobiſcum, ſicut ego & tu vnum ſumus. Pater ſancte, ſerua
eos in nomine tuo, quos dediſti mihi.* Quid plura? Innumerabilia
ſunt loca Auguſtini, in quibus dictam auctoritatem
Ioan. 6. *Niſi manducaueritis, &c.* de ſpirituali manducatione
exponit & declarat, & ne omnia præteream, homilia 11. ſuper Ioan. declarans in facto Nicodemi illud Tract. 11.
quod dicit Euangeliſta, videlicet quod multi crediderãt
in nomine eius & ipſe Ieſus non ſe credebat eis, ſimpliciter
& de plano hoc ſextum capitulum Ioannis inducens,
declarat & exponit de ſpirituali manducatione: Item
idem lib. 3. de doctrina Chriſtiana, qui locus nõ eſt parui Cap. 16.
pẽdendus, q̃a in eo tradit modos & regulas ad intelligẽdum
ſacras ſcripturas, & ad accipiendum verum ſenſum
literalem ſacrarũ ſcripturarum, vbi inducens ſæpe dictã
auctoritatem: *Niſi manducaueritis,* ita dicit: *Si autem flagitium
aut facinus videtur iubere, aut vtilitatem & beneficentiam
vetare, figurata eſt. Niſi manducaueritis, inquit, carnem
filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in
vobis: facinus vel flagitium videtur iubere, figura ergo eſt,
præcipiens paſſioni Dominicæ eſſe communicandum, & ſuauiter
atque vtiliter eſſe recondendum in memoria, quod pro nobis caro
eius crucifixa & vulnerata ſit.* hæc Auguſtinus. Ad idem eſt
gloſſ. ordinaria ſuper eodem textu: *niſi manducaueritis.*
quæ ita dicit: *ſed quæritur, quomodo in vitam æternam? cum
quidam ad mortem, vt dicit Apoſtolus.* & reſpondet, *ſi quis comedit
in altari cum hac comeſtione, de qua hîc agitur, ſcilicet
cum fide operante ex dilectione, hic comedit in vitam æternam. Si
quis verò aliter, in mortem.* hæc gloſſ. Ecce quàm apertè demonſtrat
de qua comeſtione hîc agatur, quia de illa, quæ

cum fide & dilectione operatur. Ad idẽ eſt Innocentius in libro de officio Miſſæ, parte quarta capitulo 10. ſuper illo verbo: *accipite & comedite*. vbi ita dicit: *Accipite & comedite, ac ſi diceret, comedite & comedite, vtramque huius ſacramenti comeſtionem inſinuans. Dupliciter enim corpus Chriſti comeditur: quia dupliciter intelligitur, verum ſcilicet quod de virgine traxit, & in cruce pependit; & myſticum quod eſt Eccleſia Chriſti ſpiritu vegetata. De vero corpore Dominus ait: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: de myſtico dicit Apoſtolus: vnus panis & vnum corpus multi ſumus; verum corpus Chriſti comeditur ſacramentaliter, id eſt, ſub ſpecie; myſticum autem comeditur ſpiritualiter, id eſt in fide: de comeſtione ſacramentali Dominus ait; accipite & comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem; hoc modo tam boni quàm mali corpus Chriſti manducant, ſed boni comedunt ad ſalutem, mali verò comedunt ad iudicium. niſi enim & mali corpus Chriſti manducarent, non dixiſſet Apoſtolus: qui manducat indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Nam & Iudas cum aliis Euchariſtiam traditur accepiſſe: de ſpirituali verò comeſtione Dominus ait: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c. hoc modo comedunt corpus Chriſti ſoli boni, vnde, qui manducat carnem meam, & bibit &c. vt quid paras dentem aut ventrem? crede & manducaſti, qui manducat, id eſt, credit in Chriſtum, comedit ipſum quando incorporatur Chriſto per fidem, id eſt, membrum eius efficitur, vel in vnitate corporis eius firmius ſolidatur.* hęc Innocentius. Longum eſſet ſingulos doctores inducere, qui hanc auctoritatẽ & totum præſens capitulum de ſpirituali manducatione principaliter & ex directo expoſuerunt. ſed hæc tantum ſufficiant pro præſenti.

His itaque luce clarius præſuppoſitis accedo ad reſpondendum obiectis, quæ videntur facere contra hanc intentionem & declarationem Chriſti & ſanctorũ.

Et primo ad auctoritatẽ Nicolai de Lyra, & fortè aliorũ, qui videntur prędictã auctoritatẽ, *Niſi manducaueritis &c.* exponere de ſacramentali manducatione: vbi primo reducenda eſt ad memoriã quædam ſuppoſitio generalis, q̃ præpoſui in principio præſentis actus, videlicet ꝙ inter doctores exponentes ſacram ſcripturã facienda eſt comparatio in ingenij acuitate, in ſtudij aſſiduitate, in humilitate iudicij, in immunitate vitij & paſſionis, in ſanctitate vitę, in diuinis inſpirationibꝰ & aliis huiuſmodi, quę pręſtant auctoritatẽ doctoribus: & ille doctor ſequendus eſt circa expoſitionẽ vnius paſſus ſcripturæ, in quo reperiuntur plures conditiones de prædictis. Et dicebatur vlterius quod doctores antiqui qui in prædictis cõditionibus exceſſiſſe reperiuntur, præferendi ſunt modernis doctoribus, præcipuè quatuor doctores, quos tanq̃ quatuor columnas ſuſtentantes Eccleſiam Catholicam in veritate fidei & doctrinæ Catholica Eccleſia recipit, & veneratur, videlicet Auguſtinum, Hieronymum, Ambroſiũ, Gregorium, Inter quos Auguſtinus præcellit ingenio, & excellentiſſimus habetur, præferẽda eſt igitur auctoritas ſua in expoſitione Catholicę veritatis omnib. doctoribꝰ modernis, quantęcunq; auctoritatis vel ingenij fuerunt, & ita in quantũ Nicolaus de Lyra vel quicunq; doctorũ modernorũ eidem Aug. in aliquo paſſu contradicere viderẽtur, omnino ſunt poſtponendi, maximè quando expoſitio Aug. ꝓpinquior eſt ſenſui, quẽ auctor ſcripturarũ intendit. Vel dicendũ, & melius, quod principalis intellectus literalis illius auctoritatis cũ ſit figuratiua, vt patuit ſuperius per Aug. in tertio de doctrina Chriſtiana, eſt ſpiritualis cõmunio, eo modo quo expoſitũ eſt, ſed ad ſacramentalẽ ſępe ꝑ quandã adaptationẽ à doctoribus adduci cõſueuit. Solent enim doctores, ſicut & Eccleſia, multas

Superiùs ſuppoſitione 13.

aucto-

Quædã ſcripturarum loca, ob ſimilitudinem quibuſdam ſpecialiter adaptantur.

auctoritates adaptare ratione ſimilitudinis vel alterius correſpondentiæ, vel ſecundum literam, vel ſecundum ſenſum ad intentionem ipſorum. Nam Euangelium, quod Eccleſia in feſto aſſumptionis decantat, quantum ad literam & ſenſum eius, non eſt de beata virgine, ſed ei adaptatur. ſic & Doctores loquentes de hoc ineffabili ſacramento, ſæpe ad confirmationem dictorum adducunt auctoritates habentes vel ſonantes ſimilitudinem vel ſecundum literam vel ſecundum ſenſum, ad intentionem ipſorum. ſicut cum Doctores loquuntur de veritate huius ſacramenti, probant verum corpus Chriſti in eo contineri, per illa verba Chriſti, cum dixit. *hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur.* & verum ſanguinem ipſius per illa verba. *hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro vobis effundetur*, quæ verba non poſſunt intelligi figuratiuè, ſicut illa: *ego ſum vitis vera*, &, *petra autem erat Chriſtus.* vel alio quocunque modo vt quidam hæreticorum intellexerunt, ſed verè & realiter, & ſecundum literam, ſicut verè & realiter corpus ſuum pro nobis tradidit, & verum ſuum ſanguinem pro nobis fudit, & nihilominus ad id probandum inducunt alios, cuiuſmodi ſunt in dicto capitulo Ioan. 6. *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* & iterum: *panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.* quæ quidé auctoritates habent omnimodam ſimilitudinem quantum ad literam cum primis, ſed non quantum ad ſenſum literæ primum & immediatum, quia primæ verè & realiter intelligendæ ſunt, ſecundæ autem ſpiritualiter, & ſecundum eundem ſenſum, ſecundum quem expoſita eſt illa: *Niſi manducaueritis &c.* Similiter in Clementinis de reliquiis & veneratione ſanctorum. Si Dominum in ſanctis, per adaptationẽ adducitur illa auctoritas: *ecce ego vobiſcum ſum &c.* Ad declarandam veritatem

Titul. 16. cap. vnico.

& realem præſentiam Chriſti in hoc ſacramento: cum tamen de primo ſuo intellectu non intelligatur, niſi de aſſiſtentia ſua per gratiam, ſic enim ibidem dicitur. *In hac verò ſacramentali Chriſti commemoratione Ieſus Chriſtus præſens ſub alia quidem forma, in propria verò ſubſtantia eſt nobiſcum. aſcenſurus enim in cælum, dixit Apoſtolis & eorum ſequacibus: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi, benigna ipſos promiſsione confortans, quod remaneret & eſſet cum eis etiam præſentia corporali.* nec poteſt dici in hoc loco, quod vterque ſenſus tam ſpiritualis quàm ſacramentalis ſint ex æquo ſenſus literales, & quod obligēt ad vtrumq;, quia illic duplices ſenſus literales reperiuntur ſolum in his ſcripturis, in quibus aliquid competit figuræ, & aliquid ſecundum excellentiorem modum figurato, prout ipſe Nicolaus de Lyra declarat, in illis verbis cap. 17. Paralip. *Ego ero illi in patrem & ipſe erit mihi in filium.* Dicendum igitur ad Nicolaum de Lyra, vel quod auctoritas ſua cedat auctoritati Auguſtini, vel quod ipſe exponit prædictum textum, per quandam applicationē ad ſacramentalem manducationē. nec dicit quod Chriſtus præcipiat, ſed dicit, quod hîc conſequenter oſtenditur huius ſacramenti neceſſitas. dictum eſt autem quod neceſſarium accipitur multipliciter, & inter alias acceptationes accipitur pro vtili: & ſic & ego concedo, quod ſumptio huius ſacramenti eſt valdè & multum vtilis & valde neceſſaria. Eodem modo intelligitur dictum Auguſtini quo dicit panem quotidianum huic tempori neceſſariū, id eſt, vtilem, quod ex ipſius dictis apparet, cum dicit: *Norunt enim fideles quid accipiant, & bonum eſt eos accipere.* non ergo bene infert ex prædictis, cum dicit: *ex quo patet quod Euchariſtia eſt panis huic tempori* neceſſarius, & ſic ex neceſſitate & præcepto expetendus & accipiendus

Matth. 28.

1. *Paral.* 17.

Suprà

Digitized by Google

accipiendus,quia non ſequitur, iſte panis eſt neceſſarius, id eſt,vtilis & valde vtilis,ergo eſt ex præcepto.& vlterius non ſequitur: Hoc ſacramentū eſt ex præcepto Chriſti, ergo ſub vtraq; ſpecie. Et quia penè in ſingulis auctoritatibus,quas adducit, pro neceſſitate huius ſacramenti, dictum modū arguendi tenet & inferendi,in quo paralogiſatur,mutans ꝙ in quale,& ſubſtantiam in modū: idcirco venio ad tertiū modū dicendi pro expeditione faciliori, videlicet,dato,quod dicta auctoritas Ioannis intelligeretur de ſumptione ſacramētali,& ꝙ hoc ſacramentū ſit de præcepto Chriſti, quo ad ſingulos fideles, adhuc tamen aduerſarij non habent intentū de vtraq; ſpecie.

Imperatiua verba aliquando intelliguntur.

Nam de neceſſitate & præcepto huius ſacramenti inter doctores nulla videtur varietas,etenim quidam videntur dicere ꝙ hoc ſacramentū neq; quo ad celebrationē ſeu cōfectionem ipſius per manus ſacerdotū in ſacrificio, eſt de præcepto Chriſti immediatè,& multo minꝰ quo ad ſumptionem vulgariū, dicentes ꝙ verbū Imperatiui modi in ſacra ſcriptura multipliciter accipitur & nō ſemper præceptiuè.Sumitur enim quandoq; præceptoriè,quādoq; exhortatoriè,quandoq; Optatiuè,ſiue deprecatoriè,quandoq; inuitatoriè, quandoq; iuxta vulgarē modū ironicè, & fortaſſè pluribꝰ aliis modis quos diligēs ſcrutator ſcripturarum poſſet reperire.

Præceptoriè.
Oſeæ 1.

Sed quantū ad præſens ſpectat de prætactis modis exempla in mediū adducātur: & pro primo facit illud Oſeæ Prophetæ, cui Dominus præcipiens dixit per verbū Imperatiui modi: *vade ſume tibi vxorem fornicariā, & fac tibi filios fornicarios, quia terra fornicans fornicabitur à Domino*,& rurſus Sapientiæ primo,*diligite iuſtitiam,qui iudicatis terram*.

Exhortatoriè
Eph. 5.

Pro ſecundo modo, ſcilicet exhortatiuè facit illud Apoſtoli; *ſurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus*. & Matth. 6. *Nolite ſoliciti eſſe quid manduca-*

bitis & quid bibetis, &c. cui etiam ſimile eſt quod dixit Matth. 5. *Nolite iurare omninò, neque per cœlum, neque per terram &c.* prout tradit Auguſtinus in libello de ſermone Domini in monte, & in ſermone quem de periurio ſcripſit, vbi dicit, quod non prohibuit Dominus licitam iurationem. De tertio modo videlicet optatiuo ſiue deprecatorio, pleni ſunt libri Prophetales, qui expectantes aduentum Chriſti, verbis Imperatiuis loquebantur, quorum vnus dicebat. *Veni ad liberandum nos Domine Deus virtutum, & oſtende nobis faciem tuam & ſalui erimus.* & Eſaias 16. capitulo. *Emitte* inquit, *Domine agnum dominatorem terræ de petra deſerti &c.* Et in alio loco. *Veni Domine & noli tardare.* Pro quarto modo videlicet inuitatorio habetur Matth. 19. *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me.* & multa huiuſmodi ſimilia poſſent induci, ad oſtendendum, non ſemper modum Imperatiuum præceptiuè poni. Et de ironico modo, modus cõmunis ſępe habet, quemadmodũ ſi magiſter dicit diſcipulo pigritanti: dormi puer dormi, volẽs ipſum à deſidia & graui torpore ad vigilantiam excitare. Dicunt igitur, conſideratis his acceptionibus Imperatiui modi, quidam, quod, accipite, & hoc facite, licet ſint verba Imperatiui modi, non tamen præceptum important, & ita ſimiliter ponuntur ibi, vt dicunt, exhortatoriè, & inuitatoriè, quaſi dicat, hoc facite in meã commemorationem, quia vobis proderit ad magnum augmentum gratiæ, vnde potius per modum Conſilij, quàm præcepti dictum eſt. Sicut & illud: *vade & vende omnia quæ habes.* & ita etiam ſe expediunt de gloſſ. interlineali, qua dicitur, & aliis miniſtrate, qui modus dicendi ſatis diceretur conueniens qui vellet inſequi

Lib. 1.

Optatiuè.

Pſal. 79.

Inuitatoriè.

Ironicè.

Suprà in reſponſione ad primam partem poſitionis Magiſtri Ioannis, ad auctoritatem Alberti Magni.

Ioan. 15.

Alex. ab Hales part. 4. q. 11. art. 4.

textum Ioannis. *Niſi manducaueritis*, ſecundum ſpiritualem manducationem tantum. Hanc ſententiam videtur ſecutus fuiſſe Albertus Magnus, qui, vt aliâs allegatus hîc per me & lectus, dicit, quod Chriſtus vtrumq; ſacramentaliter celebrandum præcepit in Eccleſia, per ſtatuta Apoſtolica, attribuens præceptum Eccleſiæ Chriſto tanquam principali agenti & imperanti propter indefectibilem ſui aſſiſtentiam qua ipſi Eccleſiæ aſſiſtit & aſſiſtet vſq; ad conſummationem ſeculi. Nam Eccleſia nihil poteſt facere ſine Chriſto, ipſo dicente, *ſine me nihil poteſtis facere*. Alij verò dixerunt & dicunt, quod hoc ſacramentum quo ad celebrationem in Eccleſia per ſacerdotes & miniſtros in pręſentia populi, eſt de pręcepto Chriſti immediato, & fundant hoc præceptum in illis verbis Imperatiuè prolatis: *hoc facite in meam commemorationem*, ſed quo ad ſumptionem non ſacrificantium aut non celebrantium, non eſt de præcepto Chriſti, ſed ſolum de præcepto Eccleſiæ, ad hoc ſunt in terminis propriis Alexander de Hales, & Bonauentura, quorum dicta ſequuntur in hunc modum. Nam Alexander de Hales quarta parte ſummæ ſuæ quærens de neceſſitate actus manducandi, quærit, vtrum neceſſe ſit manducare corpus Chriſti, & arguit auctoritatibus, 1. Ioan. 6. *Niſi manducaueri* &c. & 1. Cor. 11. Item ex ſtatuto Eccleſiæ: Omnis vtriu que ſexus. Item quia baptiſmus eſt ſacramentum neceſſitatis, Ioan. tertio: *Niſi quis renatus fuerit* &c. Et ſim li modo videtur, quod hoc ſacramentum ſit neceſſitat s propter eundem modum loquendi, *niſi manducaueri* &c. In contrarium arguit, quia illud ſacramentum, & ſo lum illud, eſt neceſſitatis, quo nō ſuſcepto, non viuit qu vitâ gratiæ, ſicut patet de baptiſmo ante ſuſceptionem eiuſdem, ergo ſi hoc ſacramentum eſt neceſſitatis, vtiq ante ipſius ſuſceptionem nullus viueret vitâ gratiæ, quod manifeſtè falſum eſt, quia tunc nullus ſaluaretur, ſi moreretur ante eius ſuſceptionem. Reſpondet iſte doctor; quod hoc ſacramentum non eſt de neceſſitate ſalutis quantũ eſt de ſua inſtitutione, ſed ſi eſt, hoc eſt ex aſſumpto officio, vel de mandato ſuperaddito. verbi gratia, Eccleſia conſtituit vt fideles communicent ſemel in anno, & in morte, vnde ſi quis negligit, nõ eſt ſine contemptu, & peccat mortaliter, & hæc conſtitutio Eccleſiæ eſt ſub præcepto, vt patet ex decretali prædicta: ſcilicet, omnis vtriuſque ſexus. poſt prædicta reſpondet prædictus Doctor ad argumentum, & primò ad illud Ioan. 6. *Niſi manducaueritis &c.* dicit quod intelligitur de manducatione ſpirituali & per fidem, ſine qua nullus adultus ſaluabitur, nec etiam paruulus: aut de manducatione ſacramentali, ratione inſtitutionis Eccleſiæ: & ſic intelligitur etiam quod adducitur de ſimilitudine baptiſmi. Ad aliud de inſtitutione Eccleſiæ, dicit quod communio, eo modo quo inſtitutum eſt ab Eccleſia debet obſeruari, nec poteſt negligi ſine offenſa mortali, ſuppetente facultate. hæc iſte Doctor in ſumma. Item Dominus Bonauentura in quarto diſtinct. 12. mouens quæſtionem, vtrum neceſſe ſit ad hoc ſacramentum accedere, & arguit eiſdem auctoritatibus quibus ſuprà Ioan. 6. In contrarium verò arguit per Auguſtinum *quid paras dentem & ventrem? crede & manducaſti*, ſufficit ergo ad manducandum credere, nec tenemur, ſumere ſacramentum. Item effectus huius ſacramenti eſt deletio venialium peccatorum, & augmentum virtutum, ſed neutrum eſt de neceſſitate ſalutis, ergo &c. Item ſi neceſſe eſſet accedere, paruuli qui nõ accedunt, nec manducant, omnes damnarentur. Reſpondendo dicit iſte Doctor, quod hoc ſacramentum

De pœn. & remiſſ.

non eſt de neceſſitate ſalutis, quantum eſt de ſua inſtitutione, ſed ſi eſt, hoc eſt, ex aſſumpto officio, vel mandato ſuperaddito. Ex aſſumpto officio, quod neceſſarium eſt exequi, vt cum ſacerdos viuit de altari, vt Parochianus debet ſeruire altari. Si autem non viuat de altari, ſed in libertate ſua remaneat, non tenetur magis quàm alius homo ex debito: ſed magis de bono & ex æquo. Ex mandato ſuperaddito, quod Eccleſia inſtituit ut fideles communicent ſemel in anno & in morte. vnde ſi quis negligat non eſt ſine contemptu, & peccat mortaliter: Ratio autem quare Eccleſia inſtituit, eſt, quia hoc ſacramentũ eſt ſalubre, & multi erant negligentes de ſua ſalute. Inſtitutio autem Eccleſiæ ſub præcepto fuit: omnis vtriuſq; ſexus fidelis, cum ad annos diſcretionis peruenerit, vt ad minus in Paſcha recipiat Euchariſtiæ ſacramentum, niſi fortè de proprij ſacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam duxerit abſtinendum, alioquin viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura: Conſtat autẽ quod hæc eſt pœna excommunicatorum. Ex his patet reſponſio ad obiecta. Nam verbum Domini Ioan. 6. intelligitur de manducatione ſpirituali, quæ eſt per fidem & caritatem, ſine qua nemo adultus ſaluatur. hæc iſte doctor in forma. De hac etiam opinione fuiſſe videtur S. Thomas, dum legeret ſententias, vt patet in quarto ſententiarum diſ. 9. q. 1. articulo 5. vbi ſic quærit: *Vlterius videtur quod manducatio corporis Chriſti ſit de neceſſitate ſalutis &c.* & in fine poſitis argumentis pro & contra, ſic determinat dicens, quod gratia eſt ſufficiens cauſa gloriæ, vnde omne illud ſine quo poteſt haberi gratia, non eſt de neceſſitate ſalutis: hoc autem ſacramentum præſupponit gratiam, quia præſupponit baptiſmum, in quo gratia datur, neq; debet peccato præueniri,

Vt patet in decreto de pœn. & rem. lib. 6.

uenire, quod gratiam priuet, & ideo quantũ eſt de ſe, nõ eſt de neceſſitate ſalutis; ſed de ordinatione Eccleſię homines obligantur ſecundum Eccleſiæ ſtatutum, corpus Chriſti ſemel in anno ſumere. hæc Doctor præfatus, quo ad eandem ſententiam, in multis alijs locis replicat. Alij verò videntur ſentire, quod tam celebratio huius ſacramenti, per modum ſacrificij, quod fit per ſacerdotes, quam etiã ipſius vſus, quo ad ſingulos fideles, eſt de præcepto Chriſti. & hanc opinionẽ ſequentes, adhuc videntur variari, quia alij dicunt hoc eſſe de præcepto Chriſti expreſſo & explicito, quantum ad ſubſtantiam, & ea quæ ſunt eſſentialia ſacramẽto. Alij verò, ex p̃cepto implcito. primum modũ videtur ſequi Nicolaus de Lyra: ſecundũ modum S. Thomas in tertia parte ſummæ, vbi allegat eũ Dominus proponẽs: etenim dicit quod ſpiritualis manducatio includit votum ſeu deſiderium percipiendi hoc ſacramentũ, & ſic ſecundũ ipſum in prædicto loco ſpiritualis manducatio expreſſè cadit & explicitè ſub præcepto Chriſti. quod patet, quia dictus doctor vbiq; illam auctoritatem: *Niſi manducaueritis*, principaliter declarat & exponit pro ſpirituali mãducatione, & in ipſa ſpecialiter includit votũ percipiendi hoc ſacramentũ, & ita ſecundum eundem, intelligenda eſt auctoritas, quam inducit ibidem Matth. 26. *hoc facite in meam cõmemorationem*, quia ſicut in illa, *niſi manducaueritis*, ſecundũ ipſum, includitur implicitè ſacramentalis ſumptio, ſic & in iſta. cum enim per p̃dicta verba cõmuniter ſecundũ omnes doctores, *hoc facite in meã commemorationẽ*, Apoſtolos in ſacerdotes ordinauerit, ſi illa verba expreſsè & explicitè quo ad ſubſtantiam & quo ad modum, obligatiuè, ad omnes indifferenter fideles extenderentur, manifeſtè ſequeretur, quod omnib. fuiſſet collata poteſtas cõficiẽdi hoc ſacramentũ,

S. Thom. p. 3. q. 80. a. 11.

viris & mulieribus, paruis & magnis, & ſic quilibet eſſet hic & hæc ſacerdos, quod nullo modo eſt dicendum, neque etiam cogitandum. Oportet ergo ſecundum intentionem dicti Doctoris, quod præceptum de ſumptione ſacramentali in prædictis verbis includatur implicitè & in medulla: cum autem in prædicto præcepto, *hoc facite in meam commemorationem*, duo includantur, videlicet ſubſtantia ſacramenti quæ ſignificatur per hoc pronomen demonſtratiuum, *hoc*, & commemoratio Dominicæ paſſionis, oportet quod alterum, videlicet, id quod eſt ſubſtantiæ, pertineat ad omnes, id aũt quod ſe habet ex conſequenti, & quaſi finis quidam atque modus, tantummodo ad ſacerdotes pertineat: ipſa videlicet ſub diuerſis ſignis & ſpeciebus Dominicæ paſſionis repræſentatio: & quod hæc fuerit dicti doctoris intentio, patet ex articulo immediatè ſequenti, in quo ex intentione quærit, vtrum liceat ſumere corpus Chriſti ſine ſanguine, & determinat ſic vt aliâs hîc lectum eſt & declaratum. Non eſt autem pium credere, nec eſt veriſimile, quod talis ac tantus & tam ſanctiſſimus vir & Doctor, in tam modico ſpacio, ſibi ipſi contradiceret, ibi ponendo neceſſitatem ſacramenti, & hic verò neceſſitatẽ alterius ſpeciei. In præcedenti igitur articulo declarat eodem ſub præcepto ſubſtantiam & rem huius ſacramenti quo ad omnes. In iſto autem articulo declarat & ſubſtantiam & modum eodem ſub præcepto ſolum ſacerdotibus, nõ autem vniuerſis Chriſti fidelibus. In hac igitur tali ac tanta varietate doctorum, nihilominus ſua dicta Eccleſiæ iudicio ſubmittentiũ, ipſa ſancta mater Eccleſia ab initio ſemper in rebus dubiis cepit & tenuit partẽ ſecuriorem & tutiorem. Nam quo ad celebrationẽ & conſecrationẽ huius ſacramẽti Eccleſia inſtituit & præcepit, quod hoc ſacra-

men-

S. Tho. p. 3. q. 80. a. 12. Suprà, in teſtimoniis SS. Patrum & Doctorum.

mentum frequentaretur in Eccleſiis Chriſti fidelium, ſiue Chriſtus præcepit ſiue non præcepit. Similiter quo ad vſum fideliũ huius ſacramenti, Eccleſia eligit partem tutiorẽ, præcipiens vniuerſis Chriſti fidelibus capacibus & diſpoſitis variè, ſecundũ varietatẽ temporũ, conditionum, perſonarum, ſumptionẽ eiuſdem ſacramenti. Quia verò in mòdo miniſtrandi hoc ſacramentum non conficientibus, nulla vnquam fuit varietas opinionum, an ſub vna vel ſub duplici ſpecie poſſit miniſtrari, quia vt aliâs dixi, antè nouitatem cuiuſdam Iacobelli, in regno Bohemiæ, non reperitur doctor, ab inſtitutione huius ſacramenti, fidelis & Catholicus, qui in forma vel in ſententia moto dubio determinauerit, ꝙ ſic vel ſic, ſcilicet, ſub duplici, vel ſub vna ſpecie Chriſtus pręceperit hoc ſacramentum miniſtrari fidelibus, & ꝙ Eccleſia non poſſit ſic vel ſic in adminiſtratione eiꝰ facere & ſtatuere: ideo & ipſa Eccleſia propter multas cauſas ſuperius allegatas, ſtatuit ſub vna ſpecie miniſtrari. Redeundo igitur ad propoſitũ noſtrũ, nihil prædictis difficultatibꝰ temere diffiniendo, dico ꝙ ſi etiam miniſtratio quo ad non conficientes dicti ſacramenti caderet ſub pręcepto, nõ tamen vſus eius ſub duplici aut ſub vna ſpecie, cadit ſub præcepto Chriſti.

PRoſequor igitur ordinem auctoritatum ſuarum reſpondendo ad ſingulas, & oſtendendo ad oculum & cum digito, quod per nullam earum concludit intentum. Adducit igitur Ambroſiũ in gloſſa ordinaria ſuper verbo: *Cætera cum venero diſponã &c.* Ex quibus infert tam Apoſtoli quàm gloſſæ verbis, quod Apoſtolus præcipit de ſacramento, dicens, *tenete quod dixi.* Scilicet accipite & manducate, & calicem bibite, tenete inquit, & non intermittite nec mutate. Hæc eſt illatio domini proponentis, quæ quantum aliena & aduerſa ſit tam à mente

Ad gloſſam, in verba, cætera, cùm venero diſponã.

Apoſtoli, quam à gloſſa, nullus habens intellectũ poteſt decipi: dicit enim Apoſtolus: *Cætera cum venero, diſponam.* gloſſa autẽ dicit, *tenete quod dixi.* cętera aũt de eodẽ, id eſt, quæ ad eiuſdẽ ſacramenti ordinẽ pertinent, cum venero diſponam. In quibus verbis nullo modo dantur intelligi ea quę infert dominus proponens, qui omninò diſtrahit textũ gloſſæ Ambroſij contra intellectú Apoſtoli. Nam Apoſtolus in prædicto loco non inſtruit Corinthios neq; docet, qualiter debeãt cõmunicare, ſed qualiter pacificè, modeſtè, cũ diſcretione, cum ꝓbatione conſcientiæ debeant accedere ad ſumptionẽ huius ſacramenti. vnde nó refert Ambr. *tenete quod dixi*, id eſt, accipite, mãducate, & calicem bibite, & nõ intermittite, nec mutate: ſed potius tenete ꝙ dixi quantum ad deuotionẽ, puritatẽ conſcientiæ, pacem & concordiã & pietatem. Similiter dicendũ ad id quod dicit: *his carere non poteſtis*, videlicet virtutibus prędictis, ad dignè ſumendũ hoc ſacramentum: vnde: *his carere non poteſtis*, nõ refertur ád communionẽ ſub vtraq; ſpecie, ſed ad virtutes de quibꝰ dictum eſt. Et licet ſimilitudo quam inducit de vita corporali, quæ videlicet ſine cibo & potu non poſſit continuari, valeret transferendo ad vitam ſpiritualem, reſpectu huius ſacramenti, non tamen ſequeretur, quod vtraq; ſpecies exigatur, quia vita animæ non conſiſtit in ſpeciebus, ſed in ipſa vera carne Chriſti, & vero ſanguine eius. vnde cũ ſumendo ſub vna ſpecie quiſq; fidelis ſumat carnem & ſanguinem, manifeſtum eſt quod ſumit perfectum alimentũ & nutrimentum, quo viuit anima, quia verè comedit carnem Chriſti, & verè bibit ſanguinẽ eius, de quibꝰ ipſe Dominus dicit: *Caro mea verè eſt cibus &c.* ſed tamẽ ſimpliciter falſum eſt, quod ſine ſumptione quotidiana aut frequenti, anima nõ poſſet ſtare, vegetari, augmentari & continuari in vita perfecta & ſpirituali, vt patet in multis ſanctis Patribus, & ſpecialiter in ſancto Paulo primo Eremita, qui per 40. annos manſit in Eremo abſq; huius ſacramenti ſumptione. Similiter de S. Maria Ægyptiaca, quæ ferè per totidem annos ſine communione permanſit. Et ſic ad Nicolaum de Lyra dico, quod ipſe loquitur perſuaſiuè, & communiter inducens populum ad frequentem ſumptionem huius ſacramenti, quod vtique valde vtile eſt; non autem intendit ibi neceſſitatem præceptiuam inducere ad quotidianam ſumptionem vel frequentem, & multo minus frequentem ſumptionem ſub vtraque ſpecie. Ad auctoritatem Paſchaſij dicendum, quod ipſe loquitur de carne & ſanguine, quæ duo præſtant vitam animæ, non autem ſpeciebus panis & vini, quæ ſecundum ſe nihil cauſſant in anima, immò nec guſtat eas, cum corporaliter ſumuntur, & corporaliter in ſtomachum trahuntur, vnde dicit, *quod iuſtum & pernecеſſarium eſt &c.* quod autẽ dicit, ꝙ ideo bene ſimul in calice* redduntur, quia de vno calice paſſionis Chriſti hæc duo nobis manarunt, intelligendũ eſt quod caro Chriſti & ſanguis in calice redduntur, id eſt, traduntur, quia etiam in calice totus & integer Chriſtus continetur, ſicut & ſub ſpecie panis, & qui hoc non credit infelix eſt. quia ſi cibo & potu materiali vita humana ſuſtentetur, multò magis carne & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti vita ſpiritualis. potius autem in hoc loco hic doctor calicem nominauit, quàm panem, quia comparat effectum huius ſacramenti ad paſſionem Chriſti, tanquã ad cauſam, quæ paſſio magis in ſpecie & in ſimilitudine vini exprimitur, & etiam quia paſſio in ſcripturis calix appellatur: ſecundum illud: *poteſtis calicem bibere, quem ego bibiturus ſum?* & idem Dominus in Oratione in monte dixit;

Ad Paſchaſium lib. de ſacramento corporis & ſanguinis Domini cap. 19.

* *alter m. ſ. codex: cernuntur.*

Matth. 20. Lucæ 22.

pater transfer à me calicem iſtum, vnde dicit: *quia de vno calice paſsionis Chriſti &c.* quare cũ in dicta auctoritate Paſchaſij, nulla mentio fiat de pane & vino, ſed ſolùm de cibo & potu, quæ duo carni & ſanguini Chriſti attribuit, vtiq; non benè refert proponens dicti doctoris intentionem, ad ſacramentum panis & vini.

AD auctoritates S. Thomæ & doctoris ſubtilis, Scoti ſcilicet dicendum quod nulla earum probat aliquid de duplici ſpecie: ſed ſolum volunt quod ſumptio ſacramenti huius ſit de præcepto Chriſti, & non aliud intendunt dicti doctores, eo modo quo ſuperius declaratũ eſt. Ad illud autem quod infert ex dicto Scoti quod ſumptio ſeu communio ſacramenti eſt maioris neceſſitatis quàm conſecratio tanquam finis melior & nobilior ipſa conſecratione, & dicit quod hoc eſt contra omnes aduerſarios huius veritatis, dicentes conſecrationẽ eſſe de præcepto, non communionem: ſed ſalua gratia ſua, aduerſarij communionis ſub vtraque ſpecie non dicunt hoc, imo dicunt oppoſitum, quia dicunt, quod ſimul conſecratio & ſumptio, quæ fit per ſacerdotem in altari, perficiunt ſimul vnum ſacrificium, quod prodeſt non ſolum ipſi conſecranti, ſed toti Eccleſiæ militanti, & etiam dormientium in purgatorio, & in hoc tali ſacrificio vtique conſecratio ordinatur ad ſumptionem in qua & ipſum ſacrificiũ perficitur. Sed bene dicunt aliqui quod communio non ſacrificantium non eſt neceſſitatis, neque præcepti, niſi Eccleſiæ. Ad ſecundum quod infert ex dictis Scoti, quod omnibus loquitur Chriſtus, vt ipſe dicit, & omnes obligat ad manducandum & bibendum ſacramentaliter, dicẽdum, quod ſalua gratia inferentis, ex dictis Scoti non poteſt elici quod illa auctoritas Chriſti obliget ad manducandum & bibendum ſacramentum hoc

Dist.13. q.2. ad quartum.

hoc ſub diuerſis ſpecieb⁹ ſacramentaliter, cum expreſsè teneat Scotus oppoſitum, vt aliâs extitit cum digito & ad oculum ex libris ſuis declaratum.

Suprà in teſtimoniis ſanctorum Patrum & Doctorum, ad finem.

POſt prædictas auctoritates inducit auctoritates Conciliorum & canonum, quæ ſimiliter probant neceſſitatem pręcepti ad ſumendam carnem Chriſti & ſanguinem in ſacramento: nec tamen probant præceptum Chriſti, ſed tantum Eccleſiæ quæ habet auctoritatem ligandi, & ſoluendi, ſtatuendi, & præcipiendi, & cuius pręceptum obligat ad pœnam æternam, quemadmodum & præcepta diuina. vnde ſicut contemptores legum diuinarum, ſic contemptores legum Eccleſiaſticarum, & hoc in futuro, ſi ſine pœnitentia deceſſerint, veniunt puniendi. vnde lex Eccleſiaſtica ita neceſſitatem imponit ſubditis eiuſdem, ſicut & lex diuina, quia ipſa lege diuina præcipiendi & ſtatuendi auctoritas Eccleſiæ data eſt, ſecundum id: *qui vos audit me audit*, &, *qui Eccleſiam non audierit, ſit tibi vt ethnicus & publicanus*, & ſecundum illud: *ſuper cathedram Moyſi &c. quacunque dixerit vobis, facite, &c.* tamen quicquid ſit, nulla prædictarum auctoritatum deſeruit ſibi, quocunq; modo intelligantur, aliquid ad propoſitum duplicis ſpeciei. Vlterius Magiſter proponens inducit auctoritates ad probandum quod ille textus, Ioan. 6. *niſi manducaueritis.* intelligatur de manducatione ſacramentali & bibitione, & non de ſola ſpirituali. Et primò per gloſſam duplicem ordinariam, dicendũ quod dato quod illa auctoritas intelligatur de ſacramentali manducatione, non tamẽ ex dicto textu habetur neceſſitas duplicis ſpeciei, nec ex ipſis gloſſis. imo ex dictis gloſſæ, habetur manifeſtè ſufficientia vnius ſpeciei & comeſtionis. Nam in nulla fit mentio de bibitione vini, ſed de ſola comeſtione, & vlterius vtraque gloſſa exponit

Luc. 10.
Matth. 18.
Matth. 23.

Ad gloſſam ordinariam.

de comeſtione altaris, & per conſequens gloſſa trahit hunc textum ad ſacerdotes, qui ſoli conficiunt, & comedunt in altari, & ſic intelligendo hunc textũ ſiue ſpiritualiter vt Aug. & alij doctores antiqui, ſiue de ſacramentali comeſtione altaris, bene dicunt: ergo, per locum à contrario ſenſu, omnes aduerſarij, dicendo illam literam nõ eſſe exponendam de ſpirituali vel ſacramẽtali manducatione altaris, ſed eam debere trahi ad communionẽ laicam vtriuſq; ſpeciei, decipiuntur, & male dicunt. Deinde adducit auctoritatem Remigij multam & ſatis longam ſuper eodem verbo: *Niſi manducaueritis &c.* in qua tota auctoritate, & in omnibus per proponentem ex ea elicitis, non reperio nec video aliquid, in quo poſſit vel valeat ſuum fundare intentum, quo ad pręceptum cõmunionis ſub vtraq; ſpecie. Deinde quo ad auctoritatem communionis, plus facit contra eum dicta auctoritas, quã contra tenentes oppoſitum. Nam cum dicit: *ad hanc ſpiritualẽ alimoniam, ad hoc myſticum epulum & diuinũ nos Dominus inuitat, &c.* Manifeſtè declarat ſe loqui de ſpirituali manducatione, quod manifeſtius declaratur, cum cõſequenter dicit in paragrapho, Nam vero: *ſubſequenter exponit quomodo id fiat, & quid ſit manducare carnem eius & ſanguinem bibere. Qui manducat, inquit, meam carnem & ſanguinem meum bibit, in me manet & ego in illo, hoc profectò eſt hanc eſcam manducare & hunc potum bibere, manere in Chriſto, & Chriſtum in ſe habere manſionem, &c.* Vbi hic doctor ſanctus Remigius conformiter ad Auguſt. exponit quidditatiuè & eſſentialiter quid ſit manducare carnem eius, & ſanguinem bibere, & reſpondet *qui manducat*, inquit, *meam carnem, &c.* vbi expreſsè declarat, quod manducare & bibere in hoc loco ſumitur pro manere in Chriſto, & è conuerſo Chriſtum in ſe manentem habere. Ad eundem ſenſum, totum reſiduum

Ad Remigiũ.

ſiduum illius auctoritatis tendit, ſcilicet de ſpirituali māducatione. Nec obſtat de exemplis quæ inducit de comeſtione ſacramentali, vt expoſitum eſt in dictis Auguſtini: loquens enim Auguſtinus & Remigius abbreuiator eiuſdem, de vero ſenſu, quem Chriſtus intendit de his verbis, ſcilicet de ſpirituali manducatione, adducunt ſermones de ſacramentali manducatione, ſicut cum adducitur figura ad figuratum, & ſacramentum ad id quod ſignificat & figurat. ſicut ſi loqueremur de paſſione Chriſti, adduceremus figuras veteris teſtamenti, quæ Chriſti paſſionem præfigurabant; vtiq; non omnia quæ dicerentur de ipſa paſſione Chriſti in ſe, & quæ dicerentur de figuris illis, ad idem referrentur, quia ſemper aliud eſt figura, & aliud figuratum. Similiter ſi loqueremur de corpore Chriſti vero, in hoc ſacramēto, & adduceremus materiam ſacramenti, vt puta panis & vini, vtique non quicquid diceretur de vero corpore Chriſti, hoc intelligeretur de ſpeciebus, nec è conuerſo; ita eſt propriè in propoſito. Cum enim hoc ſacramentum altaris, quantum ad ſpecies ſuas, & quantum ad primam rem contentam, quæ eſt vera caro Chriſti, & verus ſanguis eius, ſit ſacramentum corporis Chriſti myſtici, vt patet omnibus materiam huius ſacramenti intelligentibus, ſi ſacerdotes loquentes de corpore Chriſti myſtico & ſpirituali & carne eius myſtica, adducant materiam huius ſacramenti, ſiue quo ad ſpecies, ſiue quo ad ipſam primā rem eiuſdem, ſicut ſigni ad ſignatum, & ſacramenti ad id cuius eſt ſacramentum, non eſt dicendum quod idem ſit, & ꝙ ad idem referantur omnia, quę dicuntur, tanquā idem eſſet ſignū & ſignatum, res & ſacramentū. Et hæc eſt profectò, ſaluo iudicio meliori, vera intentio Auguſtini, & Remigij, & multorum aliorum doctorum, dictum

capi-

Digitized by Google

capitulum Ioannis exponentium , qui exponentes de ſpirituali corpore Chriſti myſtico, & de manducatione, adducunt materiam ſacramenti altaris, tanquam ſigni ad ſignatum, & ſacramentum ad id quod ſignificat & figurat. Vlterius dato quod Remigius loqueretur in illa parte, ad hanc ſpiritalem alimoniam, de ſacramento altaris; adhuc ex ipſis verbis ſuis declaratur, quod non neceſſitatem ſumendæ huius alimoniæ nobis indicit. per hoc enim cum dicit, *tanquam*, cum ſit aduerbium ſimilitudinis, vtiq; ſimilitudinariã, non perfectã neceſſitatem expreſſit, per quod dat intelligi, quandam magnam & vehementem vtilitatem, non præcepti innuit neceſſitatem. Vlterius patet per aliud, per illud, ſcilicet, quod ſequitur, quod dictus ſanctus Remigius non acceperit in verbis prædictis ſtrictè neceſſitatem. Nam infrà, dicit quod ipſe Dominus myſterium ſui corporis & ſanguinis quotidie à fidelibus per ſacerdotum miniſterium fieri mandauit rationabili ſacramento, quod vtique propriè accipiendo mandatum & præceptum nullo modo ſtare poteſt in veritate, quia omninò Catholicæ veritati, ſanctorumq; patrum traditionibus, & ſententiis eſſet contrariũ & aduerſum, qui nullo modo dicunt obligari vniuerſam fidelium congregationem ad huius venerabilis ſacramenti quotidianam ſumptionem. Vnde Auguſtinus, & habetur de conſecra. diſt. 2. *Quotidie Euchariſtiam ſumere nec laudo nec vitupero, &c.* Dicendum igiturꝙ Remigius in dicta auctoritate, verbum mandati largè accepit, non pro præcepto propriè, ſed exhortatiuè, quia qui taliter poſſit diſponere vitam ſuam, vt omninò caueret à peccatis mortalibus, & ex ſumptione quotidiana huius ſacramẽti ſentiret ſe in deuotione ac feruore proficere, valde neceſſarium eſſet & vtile ſic animæ diſpoſitæ fre-

Cap. 13. De Eccleſiaſticis dogmatibus. c. 53.

tæ, frequenter & quotidie ad hoc ſacramentum accedere. Sicut igitur hoc verbum, *mandauit*, propriè non poteſt determinare illud, quod dicitur, *quotidie*, ſic minus determinat illam neceſſitatem. Ex omnibus tamen prædictis hoc indubiè habetur & manifeſtè, quod dicta auctoritas Remigij in nullo deſeruit ſibi ad communionẽ laicam ſub vtraque ſpecie. Ad auctoritates Auguſtini quas *Ad S. Auguſtinum.* conſequenter inducit, quæ videntur eidemmet Doctori contrariari, qui, vt dictum eſt, ſole clarius & luce meridiana in multis locis declarauit, Euãgelium Ioannis debere intelligi de ſpirituali manducatione, non eſſet difficile reſpõdere, eundem doctorẽ ad concordiam reuocando ex libris eiuſdem, ex quibus dictæ auctoritates aſſumuntur: Nihilominus quia tẽpore coarctor, dico, quod nulla prædictarum auctoritatum, dato quod omnes intelligerentur de ſacramentali ſumptione, probat propoſitum de duplici ſpecie, in communione laicali. Et ſunt auctoritates Auguſtini, prima[a] in libro de meritis & remiſſione peccatorum. Secunda[b] contra Creſconium Grammaticum. Tertia in lectionibus Dominicæ primæ in aduentu Domini. Quarta[c] libro primo de baptiſmo paruulorum, vt ipſe allegat eam, quæ incipit *Auferatur ergo dubitatio &c.* quæ tamen ponitur in libro de meritis & remiſſione peccatorum, niſi velit vnum & eundem librum prædicto duplici titulo inſignire. Quinta Pſalmo 98. ſuper illo verbo: *adorate ſcabellum pedis eius*. veruntamen, vt detur occaſio volenti dictas auctoritates Auguſtini intelligere, in quo ſenſu ab eo prolatæ ſunt, ſubiungo auctoritatẽ ſuam, quæ habetur tranſſumptiuè de conſe. diſ. 4. cap. *nulli dubitandum & ambigendum eſt*. vbi ita dicit: *nulli ambigendũ eſt, tum corporis & ſanguinis Domini vnumquemq; fidelium participem fieri, quando membrum Christi in baptiſmo* *Cap. 13.*

[a] *Lib. 1. c. 20.*

[b] *Lib. c. 25.*

[c] *Cap. 4.*

De conſe. diſt. 2. c. 62. commendauit.

Cap. 130.

efficitur, nec alienari ab illius panis caliciſque conſortio, etiam ſi antequam panem illum edat & calicem bibat, de hoc ſeculo in vnitate corporis conſtitutus, abſcedat, quia illius ſacramenti beneficio non priuatur, quando in ipſo hoc quod illud ſacramentum ſignificat, inuenitur. In illo enim ſacramento corpus & ſanguinem ſuum nobis commendauit, quod & fecit nos ipſos, nam & nos corpus Chriſti facti ſumus. hæc Auguſtinus. Et iterum idem ad Bonifacium ita ſcribit, & habetur eadem diſt. 4. c. in Eccleſia, vbi ita dicit: *non cogitetis vitam habere non poſſe paruulos qui fuerint expertes corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, dicente Domino: Niſi manducaueritis carnem &c. Manifeſtum eſt enim tunc vnumquemque corporis & ſanguinis Domini participem fieri, quando in baptiſmo membrum Chriſti efficitur.* hæc Auguſtinus. Ex his auctoritatibus & vltima reſolutione quam facit idem Doctor doctorum ſuorum libro tertio de meritis & remiſſione peccatorum, ſiue de baptiſmo paruulorum, ſtudioſus lector & pius dictum excellentiſſimum doctorem non contrarium nec ſibi ipſi diſſonum, ſed maximè vniformem & concordem in ſuis dictis & ſententiis clarè percipiet & intelliget.

Cap. 4.

Ad Origenẽ & Chryſoſtomum.

Innocentium.

Armachanũ.

Similiter dicendum eſt ad auctoritates Origenis & Chryſoſtomi, quia ex ipſis nihil concluditur ad auctoritatem communionis ſub vtraque ſpecie, cum nullam mentionem faciant de ſpecie vini, ſed ſolum de carne & ſanguine, quæ ita integrè plenè & perfectè ſumuntur à fidelibus ſub vna ſpecie, ſicut ſi ſumeretur ſub duplici. Similiter dicendum eſt ad auctoritatem Innocentij, quia nihil facit ad propoſitum de præcepto aut neceſſitate communionis ſub vtraque ſpecie. Eodem modo ad dominum Armachanum dicendum eſt, quod nihil confert ſua auctoritas ad communionem vtriuſque ſpeciei: imo quantum poteſt concipi ex verbis eiuſdem dicti textus, Io. 6. *Niſi manducaueritis &c.* non intelligitur de manducatione ſacramentali quantum ad intentionē ſuam, dicit enim: *ſi quis verò dictum Saluatoris, omninò velit accipere de manducatione & bibitione ſacramentali, tunc intelligendum eſt de modificatione, &c.* vbi expreſsè & manifeſtè declarat ſe loqui non ex ſua intentione cum dicit: *Si quis verò &c.* Ad auctoritatem verò Euſebij dicendum, quod Euſebius loquitur de conſecratione qua Chriſtus in cœna vinum in ſanguinem commutauit, & quotidie commutat in altari, quod manifeſtè oſtenditur ex verbis eius, dum dicit: *Aduerte, quàm euidenter conſtat vini creaturam Chriſti ſanguinem nuncupandam*, quod vtique non fit niſi in altari vbi prius eſt vini creatura, & deinde Chriſti ſanguis poſt conſecrationē nuncupatur, poſt quam conſecrationem nullo modo ſanguis Chriſti eſt vini creatura. Et ad hunc ſenſum per quandam adaptationem ad ſacramentum altaris inducit auctoritatem. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c.* Et præterea dictus doctor nullam mentionem facit in prædictis verbis de communione laica aut de præcepto ſiue de neceſſitate illa de qua hîc loquimur, nec etiam de quacunque alia. Et hæc ſint dicta ad ſecundam partem ſuæ propoſitionis ad laudem & gloriam omnipotentis Dei &c.

Euſebium.

Euſebius in homilia de corpore & ſanguine Chriſti.

VLterius proſequendo tertiam partem ſuæ poſitionis, proponens ita dicit: *Cum autem plurimi aduerſariorum diuiniſſimæ communioni ſub vtraque ſpecie ad laicos propter tot teſtimonia & ſanctorum auctoritates reſiſtere non valentes, ipſam communionē benedictæ Euchariſtiæ ſub vtraq; ſpeciei ad laicos fideles cōcedunt, quantum in ſe eſt, & de ſe eſſe licitam & Catholicam, quia à Chriſto inſtituta, & ab Apoſtolis & Eccleſia primitiua practicata, & hæc eorū confeſſio patet per eorum plurima ſcripta, ſed in hoc latibulum omnes confugiunt, dicentes,* *quod ipſa communio vtriuſque ſpeciei non ſit de præcepto*: hęc proponens. Ad hoc dico, non propter auctoritates & rationes quas aduerſarij adducunt, quia nullę ſunt, ſed propter veritatẽ in ſe, quod communio huius ſacramenti ſecundum ſe cõſiderata, eſt licita & Catholica, & dignè ſumentibus ac deuotè multum vtilis ac neceſſaria; ſed quod fiat ſub vna vel ſub duplici ſpecie, eſt indifferens ad meritum vel demeritum, niſi pro quanto Eccleſiæ conſuetudo aut ſtatutum determinat ad vnam vel ad duplicem ſpeciem. Nam Chriſtus inſtituit ſacramenta, ſed modum eadem diſpenſandi, reliquit Eccleſiæ, vt tenent omnes doctores concorditer: Quando igitur conſuetudo Eccleſiæ habebat duplicem ſpeciem, tunc nulli licebat communicare ſub vna ſpecie in locis in quibus huiuſmodi conſuetudo ſeruabatur, & ſimiliter oppoſita conſuetudine in Eccleſia, ex rationabilib. cauſis inualeſcente, & maximè ſtatuto & præcepto vniuerſalis Eccleſiæ confirmata, nulli licet non conficienti communicare ſub vtraque ſpecie: vnde nullo modo concedimus ipſam communionẽ ſub vtraque ſpecie eſſe licitam & Catholicam, quo ad laicos, licet ſic Chriſtus fecerit & Apoſtolis tradiderit, & Apoſtolus in primitiua Eccleſia Corinthiorũ ſic facere permiſerit, ſtante ſtatuto Eccleſiæ in oppoſitum. Nec confugimus in latibulum, qui eſt locus hæreticorum, dicentes, quod ipſa communio ſub vtraque ſpecie non ſit de præcepto, imo manemus in ipſa veritate Catholica, ſicut in ciuitate ſupra montem poſita, quæ omnibus ſole clarius eluceſcit. Ad auctoritates igitur Euangeliſtarum, videlicet Matth. 26. Marci 14. & Lucæ 22. dico, quod ſtant narratiuè, quia Euangeliſtę narrant modum quem Chriſtus tenuit in confectione huius ſacramenti, & verbum hoc, *facite*, quod innuit præceptum, ſi præceptiuè teneatur,

Ad verba: Hoc facite.

tur, refertur ad Apoſtolos, quos per illa verba in ſacerdotes ordinauit, & ad ipſorum ſucceſſores, tantum; alioquin omnes viri & mulieres eſſent ſacerdotes, & poſſent hoc conficere ſacramentum, quod nullus ſanæ mentis diceret.

Ad Gloſſam.

Ad gloſſam autem quæ dicit, *& aliis date*: dicendum quod gloſſa nõ dicit, quod Chriſtus præcepit Apoſtolis aliis dare: dato enim, quod nõ concedetur pro præſenti, quod Chriſtus præcepiſſet diſcipulis, dare aliis hoc ſacramentum, non tamen præcepit ſic dare, quapropter notanter gloſſa non expreſſit ſic, vel taliter, vel hoc modo aliis dare.

Ad verba Hymni Dedit fragilibus.

Ad canticum Eccleſiæ: *dedit fragilibus &c.* dicendum quod Chriſtus ſacrificium iſtud inſtituit & commiſit ipſum celebrandum ſolum presbyteris quibus ſic congruit ſumere, non tamen ſic dare cæteris. quapropter notanter dicit: *quibus ſic congruit vt ſumant & dent cæteris.* & quod iſta ſit intentio illius cantici, patet tam ex ſummo pontifice, quàm ex compoſitione officij, quàm ex ipſa Eccleſia cantante dictũ canticum. Nam tempore Vrbani, & doctoris ſancti, qui officiũ corporis Chriſti, & prædictum canticum compoſuit, per totam Eccleſiam vniuerſaliter erat vnius ſpeciei conſuetudo, vt patet ex doctrina eiuſdem doctoris.

Ad Nicolaũ de Lyra.

Ad Nicolaum de Lyra, dicendum quod ſecundum opinionem verum dicit, quod per illa verba, *hoc facite*, iniungitur Eccleſiæ huius ſacramenti vſus, ſed non habetur ex hoc, quod iniungatur laicali populo vſus communionis ſub vtraque ſpecie.

Ad Damaſcenum lib. 4. cap. 14.

Vlterius ad auctoritatem Damaſceni, cum dixit, *dixit Dominus Ieſus hoc eſt corpus meum & hic eſt ſanguis meus & hoc facite in meam commemorationem, omnipotenti eius præcepto, donec veniat, efficitur*: dicendum eſt quod ibi præceptum Damaſcenus non intendit referre ad Apoſtolos, quaſi ipſis ſit præceptum, vt ſic miniſtrent aliis; ſed refert ad naturam panis, ſcilicet, & vini conſecrandam, vt obediat præcepto omnipotentis Dei ſiue Chriſti, dum videlicet ad verba prolata ſacerdotis, panis & vini ſubſtantia in corpus & ſanguinem Chriſti diuina & omnipotenti virtute conuertitur. Eſt igitur ſenſus, *& hoc facite*, id eſt, conficite, & conſecrate tranſmutando naturæ ſubſtantiam in corpus Chriſti & ſanguinem, non vtique virtute veſtra, ſed omnipotenti eius præcepto, quo ſcilicet non ſolum ea quæ ſunt, poſſunt conuerti in alia, ſed etiam ea quæ ſunt, poſſunt in nihilum redigi, & ea quæ nõ ſunt, ad eſſe pro- *Pſal. 148.* duci, ſecundũ quod dicit in Pſalmo, *ipſe dixit & facta ſunt*, ipſe mandauit & creata ſunt. Si enim Damaſcenus voluit referre id pręceptum ad Apoſtolos, vt ſic deberent facere donec veniat, ſuffeciſſet ſibi ſimpliciter dicere: hoc facite præcepto eius, ſine additione *omnipotenti*, quia ad mandatum obligatorium faciendum nõ exigitur omnipotentia, cum & prælati & puri homines poſſint obligatoriè præcipere, in quibus non eſt omnipotentia, quæ vtique ad naturalem tranſubſtantiationem ſubitam & inſtantaneam de neceſſitate requiritur. Et ad hunc *Paſchaſius de corpore & ſanguine Domini cap. 15.* eundem ſenſum propriè loquitur Paſchaſius in ſequenti allegatione, cum dicit: *crede ô fili quia ita eſt quomodo ipſe dixit, & dubitare factum non potes, ipſe mandauit & creatum eſt, præceptum poſuit dicens, in meam commemorationem hoc facite.* nam tota intentio Paſchaſij in hoc loco eſt, inducere fidem tranſubſtantiationis panis & vini in veram carnem Chriſti & in verum ſanguinem eiuſdem, ad quam tranſubſtantiationem credendam, ipſe hortatur quemlibet fidelem, quod ex verbis eius patet, & ex perſuaſionibus, cum dicit: *crede ô fili &c.* & ibi punctus faciendus eſt, *præceptum poſuit*, & poſtmodum ſequendum eſt, *in meam commemorationem facite*, quidquid

Digitized by Google

quid tamen ſit, ſiue Paſchaſius ſiue Damaſcenus, ſiue Nicolaus de Lyra; & quicunque alij dicant, quod illa verba *hoc facite in meam commemorationem*, dicta fuerunt à Chriſto Apoſtolis præceptiuè, & in perſona ipſorum, cæteris ſacerdotibus,& per cõſequens Eccleſiæ, in cuius perſona ſacerdotes vt miniſtri Eccleſiæ tenentur hoc ſacramentum celebrare, conficere, & paſſionẽ Chriſti ſub vtraq; ſpecie repræſentare in cõſpectu & præſentia fidelium, cõcedo, nec tamen aliq̃d ſequitur pro cõmunione ſub vtraq; ſpecie. Ad illud igitur ꝙ refert proponens, ꝙ per illa verba, *hoc facite*, intellexit non ſolum confectionẽ, ſed & manducationem & bibitionẽ ſacramentalem,& ꝙ illa verba dixit pręceptiuè, dicẽdum ꝙ pręceptum illud, ſi tamen præceptiuè teneatur, extendit ſe ſimul ad confectionẽ & ad manducationẽ & bibitionẽ, quo ad ipſum conficientẽ, quia ſacerdos conficiens tenetur ſicut conficere, ſic & vtrũq; diſtinctè, ſeorſum & ſeparatim ſumere. vnde nõ ſequitur, ꝙ per illa verba Dominus præcipiat ſolam manducationẽ & bibitionem ſacramentalẽ, ſecundũ ꝙ reſpicit vniuerſaliter omnes, ſed ſolũ prout mãducatio & bibitio ſunt coniuncta conſecrationi, ſcil. in ipſo ſacrificãte. Ad auctoritatẽ S. Thomę dictũ eſt in pręcedentib. quod in dictis verbis dictus doctor intendit fundare pręceptum implicitè ſacramenti ſecundũ ſe conſiderati, ſed non ſub vtraq; ſpecie, quam in ſequenti articulo dicit nõ eſſe de neceſſitate, neq; de præcepto. Etenim, ſecundum quod fuit in præcedentibus aliqualiter apertum, in hoc ſacramento duo ſunt attendenda: vel ea quæ ſunt eſſentialia, vel ea quæ ſunt accidentalia. Quantum ergo ad eſſentialia, quæ ſunt forma, materia, intentio, & ordo, Chriſtus dedit præceptum, quod vtiq; inuariabile ac immutabile eſt: ſed non quantum ad accidentalia, cuiuſmodi

Quid per illa verba, hoc facite, intelligatur.

Suprà in expoſitione horum verborũ. Niſi manducaueritis &c.

In ſacramento Euchariſtiæ conſideranda eſſentialia, & accidentalia, illa ſunt immutabilia, hæc variabilia.

Digitized by Google

modi ſunt, tempus, conditio materiæ, modus ſumendi, ritus conficiendi, & huiuſmodi, quæ Chriſtus dimiſit in poteſtate Eccleſiæ, vt circa ipſa ordinaret, prout ei Spiritus ſanctus rector eiuſdem inſpiraret. Vnde ſicut in poteſtate Eccleſiæ fuit ſtatuere, vt non niſi à ieiunis hoc ſacramentum conficeretur, & etiam niſi in certis caſibus ſumeretur, cum tamen Chriſtus poſt cœnam ipſum confecerit & diſcipulis dederit ad ſumendum. Et ſicut in poteſtate fuit Eccleſiæ, per aliquod tempus in fermentato cōficere, licet Chriſtus in azymo confecerit, ſic eodem & pari modo fuit & eſt in poteſtate Eccleſiæ propter aliquas cauſas neceſſarias & rationes, mutare modū communicandi laicos, vt videlicet ſub vna & nō ſub duabus ſpeciebus, quemadmodum Chriſtus tradidit communionē. nec videtur ratio quare potius illa quàm hunc modum mutare potuerit, cum iſte modus ita ſe habeat per accidens, ſicut & illa. Et hæc diſtinctio expreſsè innuitur in præcepto Chriſti, cum ait, *hoc facite*, non autem dixit, ſic, vel hoc modo facite. *hoc*, enim ad ſubſtantiam refertur, non ad modum. Sed contra arguit proponens, quia ipſe Chriſtus ad vtrumq; addit præceptum *hoc facite*, vt recitat Apoſtolus, dicendum quod materia in hoc ſacramento poteſt duobus modis conſiderari. Vno modo reſpectu rei contentæ, cuiuſmodi eſt verum corpus Chriſti, & verus ſanguis eius. Alio modo reſpectu rei ſignificatæ, cuiuſmodi eſt paſſio Chriſti, refectio ſpiritualis, tuitio corporis & animæ & cætera, ſiqua ſunt, quæ in hoc ſacramento repræſentantur. Ratione primi, panis & vinum cadunt ſub præcepto diſiunctiuè, quia vel vtrumque vel alterum ipſorum ſufficit, cum ſub vtraque, & ſub altera ipſarum, verus & integer Chriſtus contineatur, vt fuit declaratum in ſuperioribus ſatis diffusè,

Materia in hoc ſacramēto dupliciter conſideratur.

ratione verò ſecundi, cadit vtrumq; copulatiuè ſub præcepto, quia paſſio Chriſti non poteſt perfectè repræſentari ſub altero ipſorum, & hoc ex ipſius Chriſti verbis expreſsè comprehendetur. Non enim ait ſimpliciter, *hoc facite*, ſed addit, *in meam commemorationem*. Si enim dixiſſet tantummodo *hoc facite*, planum eſſet quod altera ſpecies ſufficeret. quia verò addit: *in meam cõmemorationem*, Vtraque neceſſaria eſt. vnde & Paulus vtrumque complexus eſt copulatiuè in huiuſmodi cõmemoratione facienda dicens: *quotienſcunque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat*. ideò etiam ad vtrumque appoſuit præceptum, vt vtrumque ſimul oſtenderet fore neceſſarium ad huiuſmodi Dominicæ mortis repræſentationem. ſi enim ad vnam ſolum appoſuiſſet, videretur, quod ſola ſpecies ſufficeret ad repræſentationem. vnde Apoſtolus eſt declaratiuus Lucæ Euangeliſtæ in hac parte, & Lucas aliorum Euangeliſtarum, qui non fecerunt mentionē de huiuſmodi præcepto. Quia verò huiuſmodi commemoratio Dominicæ paſſionis tantummodo conficientibus ſiue ſacerdotibus præcepta eſt, vt ex ſuperioribus patet, cum ait: *facite*, quod idem eſt quod conficite vel ſacrificate, idcirco ſufficit quod ſoli ſacerdotes in Eccleſia coram populo conficientes & ſacrificantes huiuſmodi repræſentantes paſſionem, ſignis exterioribus, ſpeciebus ſcilicet panis & vini, non autem quod ſic cæteris miniſtrent. & licet ſi non ſacrificantes ſumerent ſub vtraq; ſpecie, ſicut antiquitus Corinthij faciebant, & modò faciunt Græci ſimiliter, & repræſentarent mortem Domini, ſicut & ſacrificantes, non tamen eodem modo: quia ſacrificantes, ex præcepto, hi verò ſine præcepto. & vlterius expreſſius ſignificantes, quia non ſolum in ſumptione ſub vtraque

Aliud exemplar m.ſ. habet: eſt clarior Luca.

Ad ſ. Cypri.

ſpecie, ſed principalius in confectione, & in eleuatione, & cæteris ſignis & ritibus Chriſti paſſio repræſentatur, quàm in ſola ſumptione. Ad auctoritatem Cypriani quæ hîc ponitur & ad cęteras quæ infrà ponuntur, primò dicendum eſt quod non omnia opuſcula neque dicta eiuſdem ſancti martyris ab Eccleſia acceptantur, ipſe enim cum octuaginta Epiſcopis in quadam ſynodo prouinciali, ſub eodem Cypriano, in ciuitate Carthaginenſi celebrata, dixit, hæreticos & ſchiſmaticos non poſſe baptizare, & quod baptiſmus ab hæreticis collatus, eſſet lauacrum diaboli, in quo tamen ipſe non tenetur cõ quod Eccleſia oppoſitum determinat, vt habetur 3. diſt. Sed ſciendum. & in quarto ſententiarum diſt. 6. contra quem in hac materia Egregius doctor Auguſtinus edidit librum, quem de vnico baptiſmo nominauit, de quo martyre idem Auguſtinus dicit: *ego viſa ſanctitate Cypriani, eidem adhæſiſſem, niſi me Romana ſynodus retraxiſſet.* & ſubdit: *ego dicta Cypriani non approbo, cuius martyrium veneror, cuius ingenium laudo, quia nec Eccleſia approbauit: vbi malè ſenſit, hoc purgatum eſt igne paſſionis.* hæc Auguſtinus. vbi bene attendendum eſt excellentiſſimi doctoris Auguſtini exemplum & documentum, & perpetuò memoriæ retinendum, libenter ſiquidem, tum propter ſanctitatem tum propter excellentiam ingenij, ſecutus fuiſſet opinionẽ huius ſancti & glorioſiſſimi martyris Cypriani, quod tamen non fecit, propter Romanam ſynodum, quæ oppoſitum illius determinauerat. nec auſus fuit dicta Cypriani approbare, quæ non approbauerat Eccleſia. Si tantus Doctor & tam excellentiſſimi ingenij ac ſanctiſſimæ vitæ, Auguſtinus ſcilicet non fuit auſus ſequi, tam ſanctiſſimum & profundiſſimum martyrem, ſtante in oppoſitum determinatione

Eccleſiæ, quid faciemus nos miſeri homunculi, qui vix ſcimus alphabetum componendo balbutire, non dico profunda ſcripturarum indagare? numquid prudentiæ meæ inſiſtendo, erecta ſcilicet ceruice, huius hominis quantumcunq; ſancti & excellentis ingenij ſententiam aut ſenſum noſtrum præponemus, & anteferemus ſententiæ & determinationi Catholicæ Eccleſiæ? abſit hoc à nobis, & à cordibus cunctorum Chriſti fidelium. Prædicta idcirco præmiſi de dicto martyre, non quod velim ipſum in hac materia noſtra negare, ſed vt appareat quia non in omnibus eius doctrina eſt ſequenda: dicendum igitur, quod nec in iſta auctoritate, nec in omnibus aliis ſequentibus, quoquo modo prædictus martyr, nec implicitè nec explicitè ponit aut dicit, communionem vtriuſque ſpeciei, quo ad laicos, eſſe de præcepto Chriſti, aut de mandato eius. deinde in hac auctoritate loquitur de ſacerdotibus & celebrantibus, quibus Dominus præcepit facere in commemorationem ſuæ mortis, quod patet, quia loquitur in propria perſona, qui erat Epiſcopus, & etiam loquebatur & ſcribebat Epiſcopis, quibus vtique preceptum fuit vt facerent in commemorationem mortis Domini. vnde dicit, quod ſic à Domino præcipitur, vt quotienſcunq; biberimus, in cõmemorationem Domini hoc faciamus. Hanc autẽ reprehenſionem faciebat predictus martyr aliis Epiſcopis non occaſione vnius vel duplicis ſpeciei, quo ad populum laicalem, ſed in primitiua Eccleſia multi ſacerdotes multipliciter aberrabant tam circa celebrationem huius ſacramenti, quàm circa diſpenſationem eiuſdem ad populum. nam aliqui hoſtiam ſanguine intinctam populo porrigebant, alij vuas vino apponebant, & vinum presbyteri ſumebant, vuas verò dabant communicanti-

Epiſt. 63. edit. Pamel. antiqua libr. 2. epiſt. 3.

bus laicis, & pro infirmis in ſacrario reponebant. alij verò pannum lineum muſto tinctum, per totum annum ſeruabant, & in tempore ſacrificij aqua partem eius lauantes, loturam illam miniſtrabant. Alij lac dabant pro ſanguine, vt patet de conſe. diſtinct. 2. didicimus, & capitulo, cum omne crimen:

Cap. 6.

Illa igitur aduertens, & multa alia hic ſanctus martyr fieri præter modum à Chriſto traditum in miniſtratione & oblatione huius ſacri myſterij zelo accenſus, præſertim Epiſcopos reprehendit, tanquam eos ad quos pertinebat alios corrigere & ad viam reducere veritatis, & hæc eſt totalis & vera intentio prædicti martyris, tam in præſenti auctoritate, quã in omnibus ſequentibus, prout declarabitur loco ſuo. & per dicta patet, quod ea quæ infert proponens, omninò falſa ſunt, quia non ſequuntur ex intentione dicti doctoris.

Ad Lyram.

Vlterius ad auctoritatem Ioannis 6. *Niſi manducaueritis*, cum Nicolao de Lyra, dicendum, dato quod eſſet pręceptum de ſacramentali ſumptione, nullo modo tamen præceptum eſt, de vtraque ſpecie, vt dictum eſt, & clarè oſtenſum etiam ſecundum intentionem Nicolai de Lyra, qui ponit ibidem, vt aliâs allegatum eſt, verba in hunc modũ: *Non eſt intelligendum quod ſcilicet hoc ſacramentum ſub vtraque ſpecie fidelibus ſit exhibendum, ſed tantum hoc modo à ſacerdotibus eſt ſumendum: licet enim in primitiua Eccleſia populus ſub vtraque ſpecie communicaret, tamen poſtea proinde ordinatum, vt non communicet ſub ſpecie vini propter periculum effuſionis.*

Ad S. Thom.

Item ad ſanctum Thomam quẽ inducit in quæſtionibus ſuper quarto, ſimiliter dicendum quod nihil concludit de vtraque ſpecie. ſimiliter gloſſa interlinealis nullam mentionem facit de ſpecie vini.

De ſacramento altaris, cap. 20.

Item inducit ſanctum Thomam ſermone 20. & eius auctoritatem recitat per longum ſpacium, in qua auctoritate ſanctus Doctor nec in verin verbis nec in ſententia nec in quocunque ſigno explicitè vel implicitè facit mentionem de communione laica vtriuſq; ſpeciei, nec in tota illa auctoritate facit mentionem de vino aut de ſecunda ſpecie. Et quantum ad auctoritatem Ioannis 6. *Niſi manducaueritis &c.* ſępius repetitum eſt, quod ſi intelligitur de ſacramentali, ſolùm cadit præceptum ad carnem & ſanguinem, & nõ ad ſpecies ſacramentales, quapropter correlaria quæ infert, pro quanto aliquid infert pro vtraq; ſpecie, falsè & malè infert, quia in toto proceſſu ille Doctor non fecit mentionem de vtraque ſpecie, ſed ſolum de corpore & ſanguine Chriſti alicubi, alicubi verò ſine determinatione de ſacramento. quare ex dicta auctoritate nihil cõcludit quo ad vtramque ſpeciem. Vlterius inducit eundem doctorem in eodem ſermone, quod ſpiritualis ſimul & ſacramentalis manducatio corporis & ſanguinis Chriſti eſt vtilior & ſalubrior ſola manducatione ſpirituali, quod vtique concedo, cæteris paribus, tamen hoc nihil facit ad vtramque ſpeciem. Item ad Paſchaſium, quem inducit in tractatu ſuo de corpore Chriſti, dicendum primò, quod dictus doctor nullam facit mentionem de præcepto aut neceſſitate. Deinde ipſe loquitur in perſona laicorum de ſola manducatione, cum dicit, *& comedimus*, & de modo quo ſacerdotes conficiunt dictum ſacramentum, ſcilicet in pane corporis Chriſti & potu ſanguinis, quæ de agro corporis nobis quotidie per officium ſacerdotum matureſcunt. Et ad hoc inducit figuram benedictionis frumenti & vini. Quare nihil dicta auctoritas valet ad propoſitum. in ſequenti particula ſolum loquitur de carne Chriſti & eius ſanguine, & nullã facit mentionem de ſpeciebus, & ſic ſimiliter nihil concludit ad intentum vtriuſque ſpeciei: Ad Albertum Magnum dictum

Paſchaſ. de corpore & ſanguine Domine cap. 21.
Ad Albertũ Magnum.

ctum eſt ſuperius, quia loquitur ſolum de conficientibus & ſacerdotibus, & cum hoc de ſignificatione: Item ad beatum Bernardum, quem inducit in ſermone ad Petrum de corpore Chriſti, primò dicendum, quid iſte doctor ſenſerit de illa auctoritate: *Niſi manducaueritis, &c.* qui ſuper tertio verſu Pſalmi 90. dicit: *quid eſt autem manducare eius carnem, & bibere eius ſanguinem, niſi communicare paſſionibus eius, & eius conuerſationi quam geſſit in carne? Vnde & in hoc deſignat illud illibatum altaris ſacramentum, vbi Dominicum corpus accipimus, vt ſicut videtur illa panis forma in nos intrare: ſic nouerimus per eam quam in terris habuit conuerſationem, ipſum intrare in nos, & habitare per fidem in cordibus noſtris:* hæc ille. Item idem Bernardus in epiſtola ad fratres de monte Dei, ita dicit: *ſicut enim quicunque habet ſenſus Chriſti, quantum Chriſtianæ pietati expediat, quantum ſeruum Dei, ſeruum redemptionis Chriſti deceat, & vtile ei ſit, vna ſaltem aliqua diei horâ paſſionis ipſius ac redemptionis attentius recolere beneficia, ad fruendum ſuauiter in conſcientia & recondendum fideliter in memoria, quod eſt ſpiritualiter manducare corpus Chriſti, & bibere eius ſanguinem in memoriam eius, qui in ſe credentibus præcepit; dicens: hoc facite in meam commemorationem. in quo etiam propter peccatum inobedientiæ, quam impium ſit hominem tantæ pietatis Dei eſſe immemorem, palam omnibus eſt, cum amici hominis abeuntis ſub quolibet ſigno commendatam memoriam nefas ſit obliuiſci.* Ex quibus verbis manifeſtè patet quid prædictus doctor ſentiat de illa duplici auctoritate, videlicet, *Niſi manducaueritis, &, hoc facite:* quia ambas interpretatur præceptiuè & ſpiritualiter. Sed iam ad auctoritatem ſuam per aduerſarium adductam dicẽdum eſt videlicet quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus Eccleſiæ ſponſæ ſuæ & columbæ dulciſſimæ hoc dotalitium, ſcilicet, corpus & ſangui-

S. Bernar. in pſal. Qui habitat, de tertio verſu.

De vita ſolitaria fol. 1748.

Sermone de cœna Domini qui habetur inter quoſdā aſcriptos, fol. Baſil. edit. 2185.

ſanguinem ſuum, indulſit ſub ſacramento, in ſuæ paſſionis & mortis memoriam: & quidē quotidie frequentatur & fit in Eccleſia per operationē & miniſterium ſacerdotum, pro omnibus fidelibus tam viuis quàm defunctis: Non enim omnia quæ Chriſtus dimiſit Eccleſiæ, eodem modo conueniunt ſingulis de Eccleſia, alioquin cùm Chriſtus dimiſit Eccleſiæ ſacerdotium, ſequeretur quod omnes eſſent ſacerdotes, omnes Prophetæ, omnes Apoſtoli, omnes Paſtores & Doctores, quod patet falſum eſſe manifeſtè, quia nec omnes Sacerdotes, nec omnes Prophetæ &c. & tamen omnia Chriſtus indulſit Eccleſiæ ſuæ ſponſæ ſecundum quod dicit Apoſtolus: *quoſdam quidē dedit Apoſtolos &c. in conſummationem ſanctorū, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti*: ſimiliter in corpore naturali oculus datus eſt non ſibi ſoli, ſed corpori, nec tamen omnia membra ſunt oculus. Similiter Chriſtus hoc dotalitium inquantū eſt memoriale ſuæ mortis, indulſit Eccleſiæ in perſona ſacerdotū, vt non ſolum ſibi, ſed toti Eccleſiæ deſeruirent. Ad iſtud autem ꝙ dicit Bernardus, *idem fieri præcepit*, referendum eſt ad illud præceptū, quo Chriſtus præcepit Apoſtolis, dum eos in ſacerdotes ordinauit, dicens: *hoc facite in meam commemorationē*, vbi præcepit confectionē huius ſacramenti in pane & vino, quod ad ſolos pertinet ſacerdotes. Quod quidem præceptum ſi vniuerſos fideles obligaret, ſequeretur, ꝙ omnes laici mares & feminæ deberent & poſſent hoc ſacramentum cōficere, quod omninò falſum eſt, abſurdū & erroneum: Item ad Durandum dicendum ꝙ nullā mentionem facit de duplici ſpecie, ſed tātummodo dicit ꝙ ſacramentum hoc eſt de neceſſitate ſalutis, ratione pręcepti Domini, & etiā Eccleſiæ, ex quo non ſequitur, ꝙ vtraq; ſpecies ſit de pręcepto: Itē ad Armachanū primatem Hibernię dicen-

Non omnia quæ Chriſtus Eccleſiæ reliquit ad omnes ſpectant.

Alioquin omnes eſſent, Sacerdotes, Prophetæ, Apoſtoli.

Epheſ. 4.

In ſermone de cœna Domini.

Ad Durandū lib. 4. diſt. 9. cap. 2.

Ad Armachanum

dum, quod iſte expreſsè approbat ritum Eccleſiæ Romanæ & conſuetudinem vnius ſpeciei, vel ſaltem eum non reprobet, quod vtique feciſſet, ſi credidiſſet eam fore illicitam, alioquin aſſimularetur cani muto non valenti latrare, & cum duo ſint officia ſapientis, videlicet meditari, & defendere veritatem, & falſitatem atque impium deteſtari, ſecundum illud: Prou. 8. *Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium.* vtique non fuiſſet doctor veritatis, ſi viſa impietate, nō fuiſſet eam deteſtatus. Approbat igitur conſuetudinē Eccleſię Romanæ, ex quo narrat eam, & fulcit rationibus, nec eam reprehendit, vt decuiſſet doctorem Catholicum, vt patet in fine auctoritatis eius. Nam ita dicit: *Eccleſia tamen Romana in vſu habet ſolum vinum calicis conferre poſt communionem corporis Chriſti.* Ecce narratio; *ne forte per negligentiam, quæ leuiter poſſet contingere in miniſtrando in multitudine populi ſacramentum ſanguinis Chriſti fidelibus quibuſcumque, aliquid effunderetur de ipſo ſacramento, quale periculum non eſt in miniſtratione corporis Chriſti fidelibus indiſtinctè, & ideo populo ſacramentum ſanguinis non miniſtrat quamuis fieri poſſet licitè iuxta ſcripturam canonicam.* hæc Armachanus. Vlterius ipſe idē in præcedentibus, non dicit quod vtraque ſpecies ſit de neceſſitate, aut de præcepto Chriſti, ſed iuxta legem ſiue ſcripturam canonicam licitè poſſit ſub vtraque ſpecie miniſtrari, ſupple, non obſtante conſuetudine & ſtatuto Eccleſiæ in oppoſitum. Vlterius Magiſter proponens inducit, quod multum ac commodum eſſet in materia fidei, & aliis, conformari Eccleſiæ primitiuæ, & ad hoc inducit auctoritatem Bedę in homilia infra octauam Aſcenſionis Domini, dicentis: *Perfectum vita magiſterium* 2. Theſſ. 2. *eſt Eccleſiæ primitiuæ actus imitari.* Ad idem inducit Apoſtolum, qui dicebat fideles debere imitari eos, & debere ſtare, & tenere traditiones, quas didicerant ſiue per ſermonem ſiue per epiſtolam. Ad quod dicendum, quod ſi praxis Chriſti & exemplum non obligat ſub præcepto, multo minus praxis Apoſtolorum, aut primitiuæ Eccleſiæ. Nam praxis & exemplum Chriſti non obligat de neceſſitate ſalutis ad ipſum imitandum in omnibus ſuis actionibus & operationibus, quod patet inductiuè in ſingulis generibus operum Chriſti. Nam non tenemur de neceſſitate Chriſtum imitari in operibus ſupernaturalibus, vt puta in faciendis miraculis, ſimiliter nec in omnibus operibus moralibus, vt puta in his quæ pertinent ad perfectionẽ, niſi quis ſe ſponte voto proprio aſtrinxerit, vt eſt paupertas, caſtitas, obedientia & huiuſmodi, quæ ſi ratione exempli obligarent, vtique omnes Chriſtiani ad prædicta obligarentur, & ſic omnes diuites, in matrimonio cõſtituti, eſſent in ſtatu damnationis, quod eſt omninò hæreticum. Similiter Chriſtus ieiunauit 40. diebus & noctibus, non habuit propriam domum, ſpontè permiſit ſe crucifigi, & multa alia pati, in quibus imitari non tenemur de neceſſitate. Alioquin omnes hæretici, ſicut ſunt eò quod hæretici, eſſent in ſtatu damnationis, qui in prædictis Chriſtum nõ ſequuntur. ſimiliter in ſacramentalibus & ceremonialibus Chriſtus permiſit ſe circumcidi, octauo die in templo præſentari, Paſcha vetus celebrauit, & vt ad noſtra veniamus, hoc ineffabile ſacramẽtum, de quo eſt ſermo in præſenti, ipſe Dominus in cœna confecit, & poſt alios cibos ipſum tradidit edendum diſcipulis, in quibus omnib⁹ Eccleſia nec imitatur Chriſtũ, nec tenetur imitari imò tenetur nõ imitari. Et pari ratione nõ tenetur nec obligatur, ex ratione praxis vel exempli, imitari Chriſtum in communione ſub vtraq; ſpecie. Si igitur praxis Chriſti & exemplum nõ obligat ſub præ-

Non tenentur fideles in omnibus imitari Chriſtum, in ſuis actionibus.

Patet. in miraculis, obſeruatione conſiliorum,

Ieiunio 40. dierum, ſpontanea paſſione, Sacramentalibus & ceremonialib.

Multò minus tenentur obſeruare in omnibus praxim Eccleſiæ primitiuæ.

cepto multò minus praxis Apoſtolorum aut primitiuæ Eccleſię. Siue igitur in primitiua Eccleſia fuit hic modus cõmunicandi laicos ſub vtraq; ſpecie vniuerſalis in tota Eccleſia, ſiue partialis in aliquibus Eccleſiis, vt communiter tenent omnes, quia non poteſt ſufficienter ꝓbari hunc modũ fuiſſe vniuerſalem, nec aliquem Apoſtolorũ dediſſe communionẽ ſub vtraq; ſpecie, excepto Apoſtolo, hoc Corinthiis permittente, nõ ſequitur tamen, quod etiã nunc ita debeat fieri aut obſeruari, cũ Chriſtus nullibi, vt declaratũ eſt, ſic, vel ſic fieri mãdauerit aut præceperit. Ad auctoritatẽ verò Bedæ dicendum primò quod nullã facit mentionem de hoc ſacramento. Demũ quod ipſe loquitur de imitatione vitæ in morib⁹, nec neceſſitatem imponit, ſed inuitat ad perfectionem. Vnde dicit; *perfectum vitæ magiſterium eſt Eccleſiæ primitiuæ actus imitari*, non autem dicit, neceſſarium vitæ magiſteriũ &c. multa enim in primitiua Eccleſia fiebant, ad quæ tamẽ moderna non obligatur ex præcepto, & vt exemplariter dicatur, legitur quidem in Actibus Apoſtolorum 4. ca. quod multitudinis credentium cor vnum & anima vna, neque quiſquam eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erãt illis omnia communia, & ꝙ offerebant precia eorum quæ vendebant & ponebant ante pedes Apoſtolorũ, diuidebaturque ſingulis prout cuiq; opus erat. hoc quidem tunc fiebat, ſed tamen nõ ex præcepto neq; de neceſſitate ſalutis, nec tenentur omnes fideles ad huiuſmodi communitatẽ. Paulus etiam circumcidit Timotheum, Actuũ 16. & Apoſtoli præceperunt quod gentiles conuerſi ad fidẽ abſtinerent à ſanguine & ſuffocato, Actuum 15. quæ tamen ſine periculo omittimus, cum nullũ ipſorũ ſit de neceſſitate ſalutis. Similiter ſacerdotes tunc licitè ducebant vxores, non autem tempore præſenti, & multa

Vt conſtat ex communitate rerũ, circumciſione aliquandiu tolerata, & ſimilibus.

Digitized by Google

multa alia fiebant in primitiua Eccleſia, quæ modò licitè non fiunt, & ſic dicendū eſt, de cōmunione vtriuſq; ſpeciei &c. Item in primitiua Eccleſia quaſi omnibus indifferenter licitū erat baptiſare, prædicare, & huiuſmodi. vnde Ambr. ſuper epiſt. ad Epheſ. *& ipſe dedit quoſdā Apoſtolos*, ita dicit: *vt creſceret plebs & multiplicaretur, omnib. inter initia conceſſum eſt Euangelizare & baptizare, & ſcripturas in Eccleſia explanare: at vbi omnia loca circumplexa eſt Eccleſia, conuenticula conſtituta ſunt, & rectores ac cætera officia in Eccleſiis ordinata ſunt: quia ſi omnes eadem poſſent, irrationabile eſſet, & vulgaris res & viliſſima videretur.* hæc ille. Poſt prædicta Magiſter proponens praxin dictę Eccleſię primitiuæ volens diligenter confirmare & pertractare, inducit multa exempla, & primò exemplū Corinthiorū, apud quos viguit cōmunio prætacti calicis, prout ex epiſtola Apoſtoli Pauli colligitur, ad ꝙ dicendū, quod ſicut praxis Chriſti qui ſub vtraq; confecit & tradidit diſcipulis, non obligat ex neceſſitate aut ex pręcepto, ſic multo minus exemplū Corinthiorum & praxis eorundē obligabit Eccleſiam ad ſic vel ſic faciendum. Vlterius inducit practicam & auctoritatem Dionyſij ſcribentis de Eccleſia. Hierarchia, c. de Euchariſtia. compertum. Ad quod dicendum quod prędictus S. Philoſophus & ſummus Theologus fuit diſcipulus Pauli, & Græcus, & Athenienſis natione, quia igitur in primitiua Eccleſia Græci ab Apoſtolo ſuſceperunt cōſuetudinem vtriuſq; ſpeciei, eam ſeruauerūt vſq; ad præſentem diē, & ſic Dion. conſuetudinē Græcorū ſequens, loquitur in prædicta ſua auctoritate, & gloſſa eiuſdem, de prædicta communione vtriuſq; ſpeciei: In nulla tamē parte illius auctoritatis nec in toto illo capitulo, imo nec in tota ſua doctrina, Beatus Dionyſius dicit illam communionē eſſe neceſſariam vel de pręcepto Chriſti, & per conſequens per ipſam nihil contra veritatē Catholicam

Imò vxorati promouebantur ad ſacerdotium, ab vxoribus tamen abſtinebant.

S. Ambr. in 4. c. ad Epheſ.

S. Dion. c. 3.

& Eccleſiæ conſuetudinem concluditur. Vel dicendum ad dictam auctoritatem Dionyſij, ſicut dicit S. Thomas in tertia parte, quod ſicut ſacerdos offert vnum calicem pro omni populo, & ideo calix populo non datur, Sicut etiam ſacerdos ſacrificans vnionem calicis quo ad meritum & remiſſionem peccatorum omnibus qui adſunt de populo fide & deuotione diuidit & diſtribuit, Sicut enim pro omnibus orat & pro omnibus offert, imo & ipſi cum ipſo offerunt, Sicut enim ſacerdos ait pro omnibus orans; *& omnium circumſtantium quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis &c.* Sic & ipſe ſumens in perſona omniũ, omnes ſumunt cum ipſo, quia ipſius oblationis omnes fideles efficiuntur participes per remiſſionem peccatorum & augmentum gratię & in his ſacerdos ſacram conſummat actionem.

Ad Origenē. Vlterius ad Origenem, quem inducit in homilia 16. ſuper lib. Numerorum dicendum quod ipſe intelligit prædictum textum Ioan. 6. *Niſi manducaueritis &c.* de duplici manducatione, ſacramentali ſcilicet & ſpirituali, vnde eodem modo intelligitur dictum ſuum, ſicut & prædicta auctoritas: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis.* expoſitum eſt autem ſuprà, quod prædicta auctoritas ſiue intelligatur de ſacramentali manducatione, ſiue ſpirituali, non tamen aduerſarius habet intentum, quod vtraque ſpecies cadat ſub præcepto, in cuius ſignum, nulla mentio fit de ſpeciebus panis & vini. verùm ſi prædictus doctor vel ex prædicta auctoritate vel ex aliis dictis eiuſdem traheretur ad communionem vtriuſque ſpeciei, tunc dicendum eſſet, quod ipſe loquitur ſecundum conſuetudinem Græcorum, cum & ipſe Græcus fuerit natione, apud quos, vt dictum eſt, fuit & eſt conſuetudo vtriuſq; ſpeciei, non tamen aliquo modo

dicit

Digitized by Google

dicit eam eſſe de neceſſitate aut de præcepto Chriſti. Deinde inducit practicā Beati Donati, allegans Beatum Gregorium, & paſſionale &c. Dicendum quod Beatus Gregorius nullam mentionem in loco præallegato facit de ſanguine, ſed ſolum de reparatione calicis. Et ad hiſtoriam legendæ ſuæ eſt dicendum, quod Beatus Donatus miniſtrabat populo ſanguinem, ſecundum conſuetudinem, quæ tunc in Eccleſia ſua tenebatur, & ſecundum quod quidam dicunt, propter prædictum ſcandalum, quod ſibi cōtigit in prædicta fractione, licet per miraculum reparauerit, deinceps dictus martyr cœperit populo miniſtrare hoc ſacramentum ſub vna ſpecie; eius exemplo alij propter ſimilia ſcandala & alia quæ numerata ſunt, cœperunt ſimiliter facere. & quia prædictus martyr non affirmabat neque docebat duplicem ſpeciem eſſe de ſalutis neceſſitate aut de præcepto Chriſti, ideo non plus concludunt aduerſarij exemplo ſuo, quàm fecerint exemplo Chriſti & aliorum ſanctorum, qui ſub vtraque ſpecie hoc ſacramentū miniſtrauerūt. Itē ad id quod inducit de ſancto Thoma, quod videlicet diaconi habent diſpenſare ſanguinem Chriſti fidelibus, dicendum quod Doctor ſanctus ibidem deſcribat actus quos in ſacris cōſtituti ex officiis ipſorum exequi poſſunt. quapropter ſi eſſet conſuetudo, vel ſi Eccleſia non ſtatuiſſet oppoſitum, quod ſanguis Chriſti ſub ſpecie vini populo miniſtraretur, vtique diaconi ex officio poſſunt miniſtrare; ſecundū quod de Beato Laurentio legitur, & allegatur, per Beatum Augſtinum, ſed hoc nihil facit ad propoſitum de neceſſitate & præcepto vtriuſque ſpeciei. Vlterius ad Leonem Papam dicendū, quod prędictus Leo Papa ſcripſit contra Manichæos, qui negabant Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, & per conſequens nec diem Dominicum

Ad S. Thom. lib.4.diſt.24. quæſt.2.ar.3. ad.5.

Ad Leonem Papam.

volebant celebrare, ſed in contemptũ Dominicæ reſurrectionis & Eccleſiæ Dei illo die ieiunabant, & ſic de huiuſmodi hæreticis loquitur, quod ad tegendam ſuam infidelitatẽ immiſcebant ſe cõuentibus Chriſtianorum, & interdum quando latere amplius non poterat, indigno ore ſimulando ſe eſſe Catholicos, corpus Chriſti recipiebant, ſanguinem autẽ Chriſti haurire de calice omnino declinabant, exiſtimantes nondũ Chriſtum reſurrexiſſe, ſed ipſum adhuc mortuum eſſe, ideoq; ex conſequenti credebant corpus eius ſine ſanguine exiſtere, & ſic propter illam infidelitatem Chriſti ſanguinem omninò cauebant recipere ab altari. Nõ eſt ergo ſimilis ratio in illis, & in noſtris Chriſti fidelibus Catholicis, quia illi propter dictam infidelitatem ſanguinem nolebant capere, noſtri autẽ propter conſuetudinem & præceptũ Eccleſiæ laudabiliter & ex cauſis neceſſariis & rationabilibus introductam. Et vlterius patet ꝙ in dicta auctoritate Leo Papa nullam fecit mentionem de neceſſitate aut de præcepto Chriſti, quare nihil facit ad propoſitũ, ad quod probandum eam aduerſarij introducunt, & per conſequens non ſequitur ꝙ communicantes ſub prima ſpecie, & calicem haurire declinantes dicatur ſacrilegij crimen cõmittere, nec etiam à ſocietate ſanctorũ ſunt expellendi, & ſic excommunicandi, nec ab ipſis tamq̃ ab excommunicatis eſt declinandũ, vt Magiſter proponens ex dicta auctoritate Leonis infert: quia nec cõmunio calicis eſt pręcepta, & per cõſequens nec grande ſcelus contra legẽ Dei committunt cõmunicantes ſub vna ſpecie, nec ſubeſt etiã eadem cauſa in nobis, ſicut ſuberat in illis hæreticis, de quibus Leo Papa loquebatur. potuiſſet tamen dominus proponens honeſtius inferre ꝙ intendebat, vel ſaltẽ honeſtatem meam cum maiori pacientia ſubportare: Deinde

ad au-

Ad S. Greg.

Ad S. Aug. cap. 36.

ad auctoritates Gregorij dicendum, quod Gregorius loquitur in dicta auctoritate de ſanguine Domini, & nõ de ſpecie vini, qui ſanguis verè & cõpletè ſumitur ſub prima ſpecie ſanguinis Chriſti per ora fideliũ funditur. Vlterius ad auctoritates Auguſtini & primò ad illam quæ habetur de conſe. diſ. 2. quia paſſus &c. dicendum quod Auguſtinus loquitur fidelibꝰ & populis, inuitans eos ad huiuſmodi ſacramenti perceptionem, magis ſub nomine calicis, non ratione ſacramẽtalis ſumptionis, ſed ratione ſignificationis, ſcilicet ratione contenti & effectus, qui ſanguini appropriatur, videlicet ratione refrigerij & læticię ſpiritualis, quod manifeſtè innuitur cum dicit: *& vos poſt ieiunia, poſt labores, poſt humilitatẽ, & contritionem, iam in nomine Chriſti tanquam ad calicem veniſtis*, quaſi diceret, poſt anxietates & labores præſentis ſeculi, tanquam ad refrigerium, id eſt ad conſolationem ſpiritualem ad calicem veniſtis, & notanter ait, *tamquam ad calicem*, & nõ ſimpliciter, ad calicem veniſtis, ad innuendum quod non de ſacramentali calice, ſed de eo quod per calicem ſignificatur intelligit, quod etiam ſequentia verba declarant cum dicit: *& vos ibi eſtis in menſa, & ibi vos eſtis in calice, nobiſcum vos eſtis.* Eſt enim populus in calice ſimul cum ſacerdotibus, inquantum populus Chriſto coniungitur, qui per aquam ſignificatur. ideo enim, aqua in calice miſcetur, vt populus Chriſto ſuo capiti vnire ſignificetur. & cum ſubiunxit: *ſimul enim hoc ſumimus, ſimul bibimus*, non ibi ſubſtitit, ſed quomodo populus ſimul bibat nobiſcum declarans adiunxit, *quia ſimul viuimus.* dicuntur igitur laici bibere nobiſcum, quia ſimul viuunt nobiſcum caritate coniuncti. Ex quibus patet manifeſtè quod Auguſtinus non dicit abſolutè quod populus bibat de calice ſacramentali, quod oſtendit per illud quod dicit, *tanquam ad calicem veniſtis*, & per illud enim declarat, *ſimul bibimus*, per, *ſimul viuimus*. quare ſecundariò poſſet dici, quod Auguſtinus ibi loquitur de bibitione & ſumptione myſtica, vt patet per illud, *ſimul bibimus, quia ſimul viuimus*, ſupple vniti in caritate Dei, qua fideles efficiuntur vna vita in Chriſto & cum Chriſto. Et quod ſic debeat intelligi dicta auctoritas, *quia paſſu &c.* oſtenditur per ſubſequentem auctoritatem: *nulli ambigendum eſt, vnumquemque fidelium corporis & ſanguinis Dominici participem* fieri, vt fuit ſuperius allegatum. Item ad ſecundam auctoritatem eiuſdem doctoris quæ ponitur Cap. 37. de conſe. diſt. 2. Cum frangitur hoſtia &c. Dicendum quod hæc auctoritas omninò intelligitur de ſacrificantibus ſacerdotibus, ad quos Chriſti paſſionem ſuis myſteriis & actibus pertinet repræſentare. Nam dictum eſt quod Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus ſacerdotibus dicta ſunt illa verba: *hoc facite in meam commemorationem.* Quod igitur illa auctoritas ſic intelligatur, patet ex verbis in eadem poſitis, & debitè ponderatis. Nam dicit: *dum frangitur hoſtia &c.* Patet autem quod hoſtia frangitur à ſacerdotibus & non à laicis, quæ fractio nihil aliud ſignificat, quàm corporis Dominici in cruce immolationem: frangitur autem in tres partes, ſecundum triplicem differentiam corporis Chriſti, myſtici, vt patet per Cap. 3. Magiſtrum diſt. 12. quarti libri ſententiarum. Sicut igitur per prędictam fractionem, quæ fit per ſacerdotem, vulneratio veri corporis Chriſti deſignatur, ſic & per ſpecies vini & earum de calice in os ſacerdotis fidelis fuſionem, expreſſa effuſiò ſanguinis Chriſti in cruce facta pro noſtra reconciliatione ad Deum ſignificatur, Vnde & in ſimul prædicta duo coniunxit, videlicet: *dum frangitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur*, vt ad

eundem

Digitized by Google

eundem vtrumq; pertinere deſignaret, ſcilicet fractionem & ſanguinis ſumptionem, ſcilicet, ad ſacerdotes. Pro ſano tamen intellectu eius quod dicit Auguſtinus & multi alij ſancti doctores, notandum eſt id quod dicit Wilhelmus Pariſienſis de ſacramentis parte tertia, *ſi à ſanctis aliquando dicitur quod ſanguis ille ſanctiſſimus in ora fidelium funditur, intellige quod non funditur, ſed mittitur, & hoc cum ipſo & in ipſo ſacro corpore cuius eſt, non extra.* Hæc ille. quia & ſuperius declaratum eſt, ſanguis Chriſti eundem modum habet exiſtendi, quantum ad veritatem, ſub ſpeciebus vini, quem habet ſub ſpeciebus panis, quia ſub vtriſque ſanguis eſt in corpore, in venis, & non extra. Vnde propriè nec corpus manducatur nec ſanguis bibitur, ſed hi actus propriè ad ſpecies terminantur, ſub quibus verè & propriè ſumitur, caro ſcilicet & ſanguis, licet ex vi conuerſionis aliter & aliter: Vel dicendum, quod etiã ſi indifferenter intelligatur de omnibus fidelibus, verum erit in communione vnius ſpeciei, quod ſanguis Chriſti in ora fidelium funditur ſub ſpeciebus panis, quia cum non alium modum ſanguis Chriſti habeat exiſtendi ſub ſpeciebus vini, quàm ſub ſpeciebus panis, cum nec ibi, nec hìc ſit effuſus, ſed intra venas corporis incluſus, ita bene ſub ſpeciebus panis in ora fidelium funditur, ſicut ſub ſpeciebus vini. vnde ſicut prædicta fractio hoſtiæ in altari non eſt niſi ſpecierum tantum, & nõ corporis Chriſti, cum ſit infrangibile, impaſſibile, & incorruptibile, ſic etiam nec illa effuſio eſt ſanguinis Chriſti, eadem ratione, ſed tantummodo ſpecierum vini. Quare ſub quibuſcunq; ſpeciebus tradatur fidelibus, ſemper ſanguis Chriſti in ora ipſorũ funditur, eo modo ſanè intelligendum quod dictum eſt. Vlterius dicendum eſt ad auctoritates quæ inducuntur ex dictis ſancti martyris Cypriani & ex

Ad S. Cyprianum iterum.

epiſtolis eiuſdem: Et primò ad primã, quod dictus martyr reprehendit Epiſcopos, quia ſub vna ſpecie populo miniſtrarent, imo in tota doctrina prædicti martyris & in omnibus epiſtolis ſuis nunquam reperietur, nec in verbis nec in ſenſu, quod ipſe tractauerit materiam vnius vel duplicis ſpeciei, an videlicet cadat ſub præcepto Chriſti, vel quod ipſe dicat duplicem ſpeciem eſſe de præcepto Chriſti, ſed quia in calice Dominico ſanctificando, & plebi miniſtrando, nõ hoc faciebant quod Ieſus Chriſtus fecerat, ſcilicet vinum cum aqua tantummodo mixtum offerendo, ſed vel lac pro vino, vel vuas admiſcendo, vel aliquod aliud offerendo, conſecrando, ſicut & miniſtrando populo contra ritum & modum à Chriſto traditum, & ideo reprehendendi erant, quia grauiter errabant, vel forte quia calicem nõ conſecrabant, aut fortè aquã vino nõ miſcebant. Offerre aũt populo ſub vna ſpecie, ex conſuetudine & ſtatuto Eccleſiæ, nõ eſt errare, & ita non repræhenſibile, imo laudabile & meritoriũ, cum nihil agatur in calice Dominico ſanctificãdo, q̃ Chriſtus non fecerit, in quo totus error prædictorum conſiſtebat. Si enim in ſanctificando & conſecrando calicẽ Domini, conſecraſſent vinum & aquam, ſicut Chriſtus fecerat, & ſicut nunc Eccleſia facit, licet aliter populo poſt conſecrationem hoſtiam miniſtrarent, non conſecratum vinũ vel aquam, ſicut nunc facimus, non fuiſſent tantũ repræhenſibiles, niſi inquantũ contraueniſſent conſuetudini Eccleſiæ. Ad ſecundam auctoritatem eiuſdem, dicendũ, quod loquitur martyr ſecundũ conſuetudinẽ quam habebat in Eccleſia cui præſidebat. Et ſicut tunc neceſſariũ erat, id eſt, vtile, in quotidiana pugna exiſtentibus, ſumere Euchariſtiæ ſacramentum, iuxta morem Eccleſiæ ſub vtraque ſpecie, ſicut & nunc valde vtile eſſet, & eſt fide-

Epiſt. ad Cæcilium 63.

Epiſt. 54.

Suprà in motiuis Eccleſiæ [illegible]

pro vna ſpecie, circa finem.

libus ſæpius accipere hoc diuiniſſimum ſacramẽtum ſub *vna ſpecie*, qua armentur contra inſtantia huius miſerabilis mundi pericula & tentationes quas iam Antichriſtus per ſuos miniſtros parare incepit, & grauiſſimè producere. nec minus erunt armati fideles, ſub vna ſpecie ſumentes, quam eſſent illi qui idem & tantundem ſumebant ſub vtraque. Et vtique optimè facit ad propoſitum auctoritas eiuſdem martyris loquentis de preſſura & de temporibus Antichriſti, qui Chriſti milites his grauiſſimis temporibus fide incorrupta & veritate robuſta debent ſe parare ad perſiſtendum fortiter, & vt armentur & fortificentur, debent quotidie ſpiritualiter fide & deuotione calicem Domini bibere, & ſæpe ad ſacramentalem communionem vnius ſpeciei, ſub qua vera caro Chriſti & verus ſanguis Chriſti cum cæteris concomitantibus continetur accedere, quemadmodum & ad communionem ſub duplici ſpecie, de qua idem martyr loquebatur, propter conſuetudinem quæ tunc in Eccleſia ſua habebatur, fideles deuotiſſimè accedebant. Ad tertiam eiuſdem dicendum, quod dictus martyr loquitur de communione ſimpliciter, nec eſt ſenſus quod tunc aliqui ſacerdotes miniſtraſſent militaturis pro Chriſto, hoſtiam tantum, ſine vino, & quod propter hoc ipſos reprehenderet, ſed quia denegabant eis ſimpliciter ſacramentum. vtitur autem magis terminis ſanguinis & poculi propter ſimilitudinem effundendi ſanguinis in martyre. Ad quartam eiuſdem martyris, dicendum, quod calix Domini lætificat turbam non ratione ſpecierum, ſed ratione rerum, vt ſæpe dictum eſt, & ideo ſiue ſub vna ſpecie, ſiue ſub duplici ſumatur, fideliter & deuotè, ſemper letificat turbã: quia verò tempore prædicti martyris conſuetudo erat duplicis ſpeciei.

Idcirco ex quo calix dabatur populo, debebat dari eo modo quo Chriſtus dederat, videlicet vinum cum aqua mixtum, propter ſignificationem. Nam aqua populum ſignificat, quæ mixta in calice coniunctionem populi ad Chriſtum ſignificat, quod vtique non faciebant illi, quos dictus martyr repræhendebat, & ob hoc errabant, vnde meritò erant repræhendendi. Cum autem dicitur: *veritas Dominica &c.* dicendum quod verum eſt quod Chriſtus ſeorſum panem, & ſeorſum vinum tradidit. Non tamen ſic præcepit laicis tradendum, nec de hac veritate loquitur hic martyr, ſed de veritate ſanguinis ſiue vini & aquæ, quæ in calice debet offerri, & pro tunc populo tradi, quam veritatē non ſequebantur illi, qui hîc repręhenduntur, quia vel lac offerebant, vel aq̄ non admiſcebant, vel aliquē alium errorē ex prędictis in cōſecrando & miniſtrando cōmittebant. Ad aliud, ꝙ qui ex cōtemptu dimittebant tunc bibere ſanguinem Chriſti, quaſi erubeſcentes, errabant & grauiter peccabant, cū ex cōtemptu, tum quia contra conſuetudinē Eccleſiæ faciebant, & ex hoc ſignum erat modicæ deuotionis & modici feruoris qui ad ſuſtinendum martyrium maximus requiritur. Similiter & nunc dicere poſſumus quod ſanguinem pro Chriſto effundere non poterunt qui ſanguinem Chriſti ſub duplici ſpecie, ſicut ſunt ſacerdotes, vel ſub vna vt laici, bibere erubeſcunt, ſacram communionem contemnentes. Ad auctoritatem quæ ſub nomine Fulgentij allegatur dicendum primò, nullam facit mentionem de neceſſitate aut de præcepto Chriſti, nec facit mentionē de communione laica, quare in nullo aduerſariis ſuffragatur. ſed aduertendum quod prædicta auctoritas ſub nomine Fulgentij allegata, non eſt illius antiquiſſimi doctoris, cuius auctoritas in magna veneratione habetur

Ad Fulgentium.

apud Eccleſiaſticos doctores, quod patet tam ex diuerſa allegatione dictæ auctoritatis quàm etiam ex ſuſpecta doctrina quæ in dicta auctoritate videtur contineri. nam vt refert Magiſter Thomas Anglicus, qui doctrinam VVickleff pleniſſimè legit, optimè intellexit, & fortiſſimè atque acerrimè, vt verus Eccleſiæ Catholicæ filius & doctor Catholicus, impugnauit, hunc Fulgentium VVickleff animo vocabat magnum Ambroſium, vel ſaltem magni Ambroſij diſcipulum, Alij verò ſubſequentes VVickleuiſtæ hunc eundem vocauerunt & vocant Iſidorum. Alij verò VValerannum, Alij autem vocant & nuncupant Fulgentium. hanc autem falſam denominationem dictæ auctoritati & aliis fortaſſe dederunt VVickleuiſtæ, vt propter auctoritatem dictorum doctorum, quorum falsè nomina aſſumunt, facilius valeant ſimplices & incautas mentes decipere, vnde videtur prædicta auctoritas eſſe Berẽgarij, qui aliquando malè ſenſit de veritate huius ſacramenti, cuius reuocatio habetur de conſe. diſt. 2. Ego Berengarius, qui vt refert Magiſter Thomas, in 2. à damnatæ memorię VVickleff differebat, quia dicebat in hoc ſacramento poſt conſecrationẽ, panis & vini ſubſtantiam remanere ſimul cum vero corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti. VVickleff verò totaliter amouit ſubſtantiam & veritatem corporis Chriſti ab hoc ſacramento. Ita dicit VValerannus 3. cap. de azymo & fermentato. *Significari*, inquit, *pane illo dixi Eccleſiam, non in eo quod offertur, & conſecratur, ſed in eo quod de multis granis vt dictum eſt, conficitur. Nam in eo quod conſecratur, ipſum indiuiduum corpus Domini ſignificat, ſed eſt: transfuſo in ſe Dei verbo per fidem paſsionis. Dominus enim, non, hoc ſignificat, ſed hoc eſt corpus meum, inquit.* Hæc ille, cuius memoria in damnatione eſt: videtur autem fuiſſe prædictus.

Thomas VValdenſis de ſacramento Euchariſtiæ. cap. 93.

Cap. 42.

dictus Berengarius tempore Anſelmi, vt poteſt perpendi ex epiſtola, quæ in prooemio ponitur libri eiuſdẽ Anſelmi de corpore & ſanguine Domini, in qua eundem redarguit de errore ſuo, quem tenebat in capitulo de Eucharistia & fraternè monet, vt errorem ſuum corrigat. Patet ſecundo, quod dicta auctoritas non ſit magni Fulgentij, propter ſuſpectam doctrinam in ea contentam. Nam manifeſtè ſapit errorem Berengarij, qui poſuit ſubſtantiã panis & vini ſimul cum ſubſtantia corporis Chriſti in hoc ſacramento remanere. vnde dicit: *verbum Patris carni & ſanguini quem de vtero virginis aſſumpſerat, & pane ac vino quod in altari ſumitur, medium interueniens, vnum efficit ſacramentum.* Ecce quàm apertè hîc patet venenum, cùm dicit, ꝙ verbum Patris interueniens ex carne & ſanguine & pane ac vino vnũ efficit ſacramentum, ꝙ eſt omninò contra fidem Catholicam. Idẽ oſtenditur error per verbaloquentia, cum dicit, ꝙ cum in ora fidelium ſacerdos diſtribuit, panis & vinum abſumitur & tranſit, partus autem virginis cum vnito ſibi Verbo Patris & in cœlo & in hominibus integer permanet & inconſumptus. Ecce iterum dicit quod in ora fidelium ſacerdos diſtribuit panem & vinum, quod omninò eſt à fide Eccleſiæ alienum. Ex quibus manifeſtè colligitur, quod dictus auctor cuius eſt dicta auctoritas, & multæ aliæ ſimiles, nec auctoritate Ambroſius magnus fuerit, nec eius diſcipulus, nec fide Iſidorus, nec ætate Fulgentius, ſed potius Berengarius quandoq; in fide de vino, & contẽporaneus Anſelmi, vel fortè aliquis eius Berengarij diſcipulus in errore. quapropter ſimpliciter neganda eſt huiuſmodi auctoritas, & cæteræ ſimiles, cum earum auctore. laborandum tamen eſſet, vt originalia haberentur magni Fulgentij, & aliorum, vt manifeſtior fieret ſacrilega malitia Vvickleſiſtarum,

ſtarum, qui non deſiſtunt ſacrarum ſcripturarũ & Catholicorum doctorũ ſanum peruertere ſenſum. Legi ſiquidem eiuſdem Fulgentij tractatum de fide incarnationis filij Dei, inſuper libellum eiuſdem de quinque quæſtionibus ad Ferrandum Carthaginenſem diaconum, & nihil de huiuſmodi ſuſpecta doctrina valui deprehendere in dictis eiuſdem præclariſſimi & glorioſiſſimi doctoris. Ad antiqua miſſalia dicendum, quod miſſalia antiqua continent rubricam & notulam ſecundum conſuetudinẽ primitiuæ Eccleſiæ, in qua in aliquibus locis conſuetudo erat communionis vtriuſq; ſpeciei, quo ad populum: nec tamẽ in illa notula, dicitur quod ſic fieri debeat ex neceſſitate aut ex præcepto: & vt clauus clauo retundatur, cũ adducunt antiqua miſſalia, adducamus & nos antiquiſſima, in quibus rubrica & notula de officio diei paraſceues ſententiat, & ponit, quod illo die corpus & ſanguis non debent conſecrari, ſed quod hoſtia à præcedenti die debet ſeruari, ſola ſpecies ſcilicet panis debeat ſumi à ſacerdote. Quod ſi tali ac tanto die ſufficit toti Eccleſiæ ſub ſola ſpecie panis corpus Chriſti & ſanguinem ſumere, multo magis ſufficiet ſic ſumere laicis. Et ſine dubio ſi fuiſſet præceptum Chriſti, ſemper ſumere ſub vtraq; ſpecie, nequaquam Eccleſia tali die, in quo maximè Chriſto paſſo cõpatitur & conformatur, in pœnitẽtia, in ieiuniis, in vigiliis, in peregrinationibus & aliis piis, ſanctis, & deuotis operibus, prætermitteret præceptũ Chriſti adimplere, nec permiſiſſet Deus à tantis temporibus, tam periculoſè errare Eccleſiam, & in tali die in qua maximè fideles & populus Chriſtianus humiliatur, compungitur, & Chriſto Domino ex intimis cordibus afficitur & compatitur. Ad relationem Nicolai de Lyra, quod fideles antiquitus in vtraque ſpecie communicabant, & ꝙ ſic dabatur fidelibus in primitiua Eccleſia, ſæpe conceſſum eſt, & conceditur, nec tamen Nicolaus de Lyra dicit aut refert quod hoc facerent ex præcepto Chriſti. Similiter ad VVilhelmum de monte Landuno dicendum eſt, quod ipſe refert, quod tempore ſuo in multis locis communicabatur cum pane & vino, & cum toto ſacramento, ſanè intelligendo pro pane & vino ſpecies ſacramentales, nó tamen dicit doctor, quod in illis multis locis fieret huiuſmodi communio ſub vtraq; ſpecie ex præcepto Chriſti. Similiter ad id q; Nicolaus de Lyra dicit, quod per Apoſtolos ſuos facit & fecit Dominus hoc conuiuiũ miniſtrari omnibus Chriſtianis per orbem diffuſis, verùm dicit, ſiue ſub vna ſpecie, ſiue ſub duplici miniſtretur, quia etiã ſub vna ſpecie verũ & perfectum conuiuiũ carnis Chriſti & ſanguinis miniſtratur, nec dicit quod ſub vtraque ſpecie Chriſtus præcepit omnibus Chriſtianis miniſtrare. Et idem dicendum eſt ad auctoritatem eiuſdem de multiplicatione virginum. Ad auctoritatem ſancti Thomæ, in qua facit mentionem de diſpenſatione ſanguinis per diaconos, & de ſancto Laurentio, & ad auctoritatem Auguſtini qui inducit dictum ſanctum martyrem in Romana Eccleſia Chriſti ſanguinem diſpenſaſſe, dictum eſt ſuperius in reſponſione ad quandam auctoritatem dicti S. Thomæ.

Suprà probatione tertia ex doctrina ſacrorũ Conciliorum.

SEd iam ad auctoritates duorũ Conciliorum, quas iam adducit, dicendum eſt, & primò ad decretum Concilij Carthaginenſis quarti dicendum quod Euchariſtia, vt dictũ eſt ſuperius, in quodam decreto duodecimi Concilij Toletani, propriè accipitur pro hoſtia, tamen quandoque accipitur pro toto ſacramento, hoſtia videlicet & ſanguine; Nunquam verò, quantum memoriæ occurrit, Euchariſtia accipitur pro ſolo ſanguine. Tota ergo difficultas huius decreti remanet in hoc verbo, *infundatur*, quia infundi pertinet ad liquidam materiam. Quare dicendum quod illud verbum, *infundi*, reducatur ad Euchariſtiam, vt ſit ſenſus, *infundatur*, id eſt, immittatur, non ſub ſpecie vini, quia non dicit hoc canon, ſed ſub ſpecie panis, vel è conuerſo Euchariſtiæ nomen trahatur ad verbum, infundi, vt videlicet ſit ſenſus Origenis: infundatur Euchariſtia, ſcilicet ſub ſpecie vini, vel quod vtrumque ſtet in propria ſignificatione, & per ſyncopam de toto ſacramento intelligatur, vt ſit ſenſus, quod detur ſacramentum ſub ſpecie panis, ratione nominis Euchariſtiæ, & ſub ſpecie vini ratione verbi, infundi, & quocunque modo intelligatur, nullum inconueniens ſequitur, nec aduerſarius habet intentum, quia Concilium diſponebat adminiſtrationem ſacramentorum ſecundum conſuetudinē, quæ tunc in Eccleſia Affricana & Carthaginenſi ſeruabatur. Nec dicit ille canon, quod ideo ſic ſanctum Concilium inſtituerit, quia eſſet præceptum Chriſti aut cuiuſcunque Apoſtolorum, quod ſtatutum & præceptū Concilij, ex quo non emanabat originaliter, ex præcepto & obligatione Chriſti, potuit rationabilibus & iuſtis de cauſis, per cōſuetudinem vel per decreta ſummorum Pontificum, aut etiam Conciliorū generalium ſequentium abrogari. Ad illud autem quod adducitur de Concilio quarto Toletano, dicendum quod nulla mentio fit ibi de ſpeciebus, ſed tantūmodo de corpore & ſanguine Domini noſtri, quæ duo plenè & perfectè ſumuntur ſub ſpecie panis. Poſtremò & finaliter adducit Dominus proponens tres rationes, quarum rationum omnes maiores propoſitiones concedo, ſed pro declaratione minorum propoſitionum reducenda eſt ad memoriam diſtinctio poſita à principio reſponſionis ad auctoritates inductas per eundem, dicebatur enim ibi, quod in conCap. 17.

cluſionibus ſuis & meis duo erant attendenda, videlicet ipſa communio ſecundũ ſe conſiderata, nõ habito reſpectu ad vnam vel ad duplicem ſpeciem, aliud, ꝙ talis communio debeat dari ſub vna vel ſub duplici ſpecie populo laicali vel non conficientibus. Quantum ad primũ, concordia eſt inter ipſum & me, videlicet ꝙ communio diuiniſſimæ Euchariſtiæ eſt multum vtilis, valde neceſſaria Chriſti fidelibus, & ꝙ innumeros effectus ſpirituales efficit in accipientibꝰ & ſumentibus dignè, & ꝙ etiam ſecundum multorũ doctorum intentionẽ & opinionem, cadit ſub præcepto omnibus Chriſti fidelibus vſum rationis & diſcretionis habentibus, & taliter diſpoſitis, prout decet & congruit honori & reuerentiæ tanti ſacramenti; & ad hunc ſenſum conceſſi ſibi omnes auctoritates ſanctorũ extollẽtes vtilitates & effectus huiꝰ diuiniſſimi ſacramẽti, eas etiam quæ neceſſitatẽ aut pręceptum videntur importare; & ſimiliter ad hunc ſenſum concedo ſibi omnes propoſitiones ſuas minores, & auctoritates quibus probat eas. Sed quantũ ad ſecundũ, videlicet, quod ſit vtile & neceſſarium, aut de præcepto Chriſti ſumere dictum ſacramentum magis ſub duplici ſpecie quã ſub vna, niſi inquantum Eccleſiæ conſuetudo vel ſtatutum magis ad vnum modum vel ad alium declinaret, negaui, & nunc finaliter nego, quia nulla auctoritas in tota ſua poſitione poſita, ſiue ſit auctoritas ſanctarum ſcripturarũ, ſiue cuiuſcunque ſancti, aut doctoris, nec implicitè nec explicitè, nec aliquo modo dicit, innuit, aut prætendit præceptum Chriſti determinare magis duplicẽ ſpeciem, quam vnam, vel è conuerſo, in communione vel ſumptione laicorum vel nõ conficientium. vnde patet, quod in omnibus huiuſmodi argumentationibus paralogizatur arguendo à ſimpliciter, ad ſecundum quid. imò in iſtis vltimis rationibus, auctoritates quas adducit ad probandum minores ſuas, vt plurimum potius faciunt pro vna ſpecie, quam pro vtraque: ſicut eſt: *panem de cælo dediſti &c.* Item de conuiuio ſiue de nuptiis, quas rex fecit filio ſuo, in quibus nulla fit mentio de vino aut potu, tanquam de impertinenti ad ſacramentum, quod illæ nuptiæ præfigurabant. Ex quibus nullo modo concluditur neceſſitas aut præceptum vtriuſque ſpeciei. Et hæc dicta ſunt de tertia parte & vltima, & per conſequens de tota poſitione, quam dictus dominus proponens poſuit coram hoc ſacro Concilio Baſileenſi in Spiritu ſancto legitimè congregato, pro defenſione cõmunionis laicalis ſeu non conficientium ſub vtraque ſpecie, in qua reſponſione & defenſione conſuetudinis Eccleſiæ Catholicæ, ſi quid minus ſufficienter poſitum eſt, pium & beneuolum deſidero correctorem, & nihilominus prædicta ſubiicio correctioni & emendationi huius ſacroſanctæ Generalis ſynodi Baſileenſis, & ex toto corde adhæreo proteſtationi per me in principio huius actus pręmiſſę, ad laudẽ omnipotentis Dei, cui ſit laus honor & gloria, per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

PRo finali cõfirmatione veritatis Catholicę, & conſuetudinis cõmunionis ſub vna ſpecie, quantũ arctitudo temporis permittit pręſenti actui, videndũ eſt per exemplum & per experientiã, quæ eſt rerum omniũ magiſtra, quid poſſit vniuerſalis Eccleſia Catholica circa ea quæ pertinent ad fidem & regimen Chriſti fidelium. Et ante omnia præſupponendum eſt, ꝙ Eccleſia Chriſti fideliũ, non eſt minoris auctoritatis ſub lege Euangelica, quã fuerit ſynagoga Iudæorum ſub lege Moſaica: Reperimus autem, quòd nõ ſolum ſynagoga vel in ea exiſtentes pro tẽpore præter legẽ Dei noua ſtatuta, traditiones, & cerimonias

Eccleſia fidelium Catholica non eſt minoris authoritatis circa ea quæ pertinent ad fidem & regimen Chriſtianorũ quàm ſynagoga.

monias ſtatuerit, ſed etiam circa præcepta diuina diſpenſauerit, ꝙ planè inducitur & declaratur per exempla. Et primò Heſter nono capitulo vbi Iudæi conſtituerunt quartamdecimam diem Martij eſſe ſolemnem. fertur enim ibidem, quod quando ſententia, quæ erat in mortem omnium Iudæorum ſub rege Aſſuero degentium, mutata fuit in ſententiã ſalutis, tunc ſtatutum fuit, vt quartadecima dies menſis duodecimi, cum omni lætitia inter dies feſtos celebraretur, vt in poſterum agnoſcatur &c. Et paulò pòſt: *omnis autem prouincia & ciuitas quæ noluerit huius ſolemnitatis eſſe particeps, gladio & igne pereant*, vt habetur vltimo capitulo ibidem. præceptum igitur de die huius feſtiuitatis, nõ erat legis diuinæ, ſed vnanimi conſenſu populi ſtatutum eſt, & tentum vniuerſaliter in lege veteri per Iudæos, & tenetur omni anno vſq; in præſentem diem. Item Iudas Machabæus & fratres eius, & vniuerſa Eccleſia Iſrael conſtituerunt, vt agatur dies dedicationis altaris, ab anno in annũ, per dies octo, primo Machabæorum quarto. Dauid quoq; conſtituit cantores & ſummos ſacerdotes, primi Paralipomenon 15. multa huiuſmodi ſtatuta, ceremonias & ordinationes diligens lector in veteri lege percipiet, ſiue communi conſenſu populi factas & ordinatas, ſiue etiam particularium, inſignium tamen perſonarum, gratas & acceptas Deo. quemadmodũ habetur de Ionadab patre Rechabitarum, de quibus legitur Hieremiæ 35. vbi habetur ꝙ Deus pręcepit Hieremiæ, vt intraret in domum Rechabitarum, & inductis Rechabitis in domum Domini, daret illis vinum ad bibendum, & eidem Hieremiæ iuxta verbum Domini facienti, reſponderunt Rechabitæ in domo Domini: *non bibimus vinum, nòs & domus noſtra in æternum.* ad quos Hieremias dixit: *cur bibere non vultis iuxta*

Synagoga non modò pro tẽpore, noua ſtatuta, traditiones, & ceremonias inſtituit.

Patet in feſto Sortium.

Encæniorum.

Inſtitutione cantorum.

Obligatione Rechabitarũ à patre.

Quędã verba in Hieremia non habentur.

xta verbum Domini vobis oblatum vinum? Reſponderunt: *quia pater noſter Ionadab filius Rechab, nobis conſtituit, vt non ædificemus domos, non colamus agros, aut vineas, & non bibamus vinum in æternum.* Et circa finem eiuſdem capituli, laudauit Dominus obedientiam Rechabitarum, & præmiũ adiiciendo dixit: *pro eo quod obediuerunt Rechabitæ, præcepto patris ſui Ionadab, non deficiet homo de domo Rechabitarum in ſempiternum.* Ecce quàm apertè declaratur, quod etiam præter legem Dei licet facere particularibus perſonis ordinationem vel ſtatuta, ſemper tamen in bonum, & in his quę tendunt ad perfectionem, quemadmodum fecit Ionadab filius Rechab, cuius præceptum ipſe Dominus approbauit, quod vtique non feciſſet niſi placuiſſet ei. Quantum verò ad immutationẽ diuinorum præceptorum, in veteri lege patet, quia licet circumciſio ſtrictiſſimè præcepta fuerit, vt patet Geneſ. 17. quando Dominus apparuit Abrahę nonagitanouem annorum exiſtenti dicens ad eum. *Ego Dominus omnipotens, ambula coram me, & eſto perfectus, ponamque fœdus meum inter te & me,* & infrà, *ſtatuamque pactum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus tuis fœdere ſempiterno,* & infrà, *tu ergo cuſtodias pactum meum & ſemen tuum poſt te, in generationibus ſuis: hoc pactum eſt quod ſeruabitis, circumcidetur ex vobis omne maſculinum, & circumcidetis carnem præputij veſtri, vt ſit ſignum fœderis inter me, & vos: infans octo dierum circumcidetur in vobis: omne maſculinum in generationibus veſtris tam vernaculus quàm emptitius circumcidetur, & quicunque non fuerit de ſtirpe veſtra, eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum, Maſculus cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit.* Ecce fœdus æternum, ecce pactum ſempiternum inter Deum ex vna parte, & Abraham & ſemen eius in generationibus

Sed & in quibuſdam præceptis diuinis diſpenſauit.

Patet in circumciſione. Ioſ. 5.

ſuis poſt ipſum, parte ex altera: Nihilominus Moyſes cũ de Ægypto Iſrael filios educeret, tam ſtrictè à Domino præceptã circumciſionẽ per annos quadraginta ob cauſam laboris itineris prætermiſit, non enim filij Iſrael leguntur circumciſi in deſerto, ſed poſtquã eos Ioſue eduxerat in terram promiſſionis trans Iordanem, ibi in Galgalis ſeu in colle præputiorum iuxta præceptũ Domini eos circumcidit. Ioſue 5. Item legitur 1. Machabæorũ 2. cap. quod Matthatias cum ſua ſocietate, non obſtante quod dies ſabbati fuiſſet tam de lege naturæ, quã de lege ſcripta, ſtrictiſſimè præcepta, cõſtituerunt ſcilicet Iudęis, ꝙ non licebat ſecundum legẽ, vt pugnarent contra gentes etiam diebus ſabbathorum: Item Leuitici octauo habetur, ꝙ panis propoſitionis laicis non debebat exponi ad manducandum, & tamen Dauid cum pueris ſuis, tempore neceſſitatis, apud Abimelech ſacerdotem eis vſus fuit, vt patet primo Regum 21. Matthæi 12. Lucæ 6. Sic deniq; ſerpentem æneum quem Dominus præcepit fieri per Moyſen, dicens, Num. 21. cap. *& fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno*, ſanctus Ezechias rex. 4. Regum 18. cap. deſtruxit, ſic enim refert ſcriptura de eo, *fecit quod erat bonum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat David pater, ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitque ſerpentem æneum quem fecerat Moyſes. Siquidem vſq; ad illud tempus filij Iſrael adolebant ei incenſum*: ex quibus & quam pluribus aliis exemplis veteris legis, ſatis manifeſtè colligitur, quod ſi ſynagogæ Iudæorũ, vel eiuſdẽ gubernatoribus, vel aliis particularibus licuit, ſtatuta, ordinationes, & Cerimonias ſtatuere, & ex certis & rationabilib. cauſis etiam diuinam legẽ interpretari, & ex hoc immutare aut tollere, ſiue ſuſpendere pro tempore, multo magis hoc licet & licebit Eccleſiæ Catholicæ, & eius vniuer-

Pugna in ſabbatho.

Panibus propoſitionis, Dauid ad manducandum datis.

Serpẽte æneo deſtructo.

Sic Eccleſia poteſt ſtatuta condere, præter ea quæ in ſcripturis ex-

ſali pontifici Papæ ſcilicet, qui totius Eccleſiæ curam gerit, qui non eſt minoris auctoritatis in populo Chriſti, quam fuerit Moyſes in populo Iudæorum, maximè cum ipſe Chriſtus indefectibilem aſſiſtentiam ſui & Spiritus ſancti Eccleſiæ Catholicæ promiſerit, dicens & loquens Apoſtolis: *ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationē ſeculi.* & ſimiliter eiſdē loquens de aſſiſtentia ſpiritus ſancti Io. 16. dixit *paraclitus autem ſpiritus ſanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis.* Et ne quis æſtimet ꝙ ſolis Apoſtolis & non futuris Eccleſiæ rectoribus ſit hoc dictum, Ideo Ioan. 14. idem Dominus dicit: *Ego rogabo patrem & alium Paraclitū dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis,* poteſt igitur Eccleſia Catholica ſtatuta & ordinationes facere, præter ea quæ in lege Chriſti expreſſè cōtinentur, & etiā ipſam legē Chriſti interpretari, & ex certis & rationabilibus cauſis, pro locorum & temporū varietate præcepta eius & ordinationes ſuſpēdere, tollere, aut immutare pro tempore, ꝙ tamen nuſquam factum eſt, quia nunq̄ præceptum in virtute aut in ſubſtantia vſquequaq; ab Eccleſia ſublatū eſt aut immutatum: & ex hoc cōcluditur, ꝙ ſi etiam cōmunio vtriuſq; ſpeciei fuiſſet de præcepto Chriſti, ꝙ tamen nullo modo conceditur, quia nullo modo verū eſt, ipſam Eccleſia Catholica ex certis cauſis potuiſſet immutare aut tollere, multo magis q̄ Moyſes circumciſionē vel Machabęi ſabbatum, quæ tā ſtrictiſſimè diuina lege obſeruari mandabantur, & ritū vnius ſpeciei ſtatuere. Et hæc ratio in materia omninò conuinceret aduerſarios, ſi cōuenirent nobiſcū in acceptione, quid eſt Eccleſia Cathol. quia nullo modo auderēt negare p̄minentiā legis Euangelicę & Eccleſiæ Cathol. ad legē Moſaicā & ſynagogā Iudęorū. Sed iam ad ea quæ Eccleſia Cathol. Chriſti in præteritū fecit,

ſtatuit

preſſa ſunt, & ipſam legem interpretari.

ſtatuit & ordinauit, oculos dirigamus, vt præteritorum memoria mentem moueat noſtram, de præſentibus & futuris cogitare. In primis quidem manifeſtum eſt Bibliam, quæ eſt fundamentũ totius fidei noſtræ, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ, robur & auctoritatem accepiſſe ex acceptatione & approbatione Eccleſiæ vniuerſalis, ſecundum reparationem & innouationem Eſdræ ſcribæ magni ſacerdotis, cuius innouatio per multa tempora ante Chriſti aduentum fuerat, per ſynagogam Iudæorũ acceptata & approbata. Inſuper manifeſtum eſt multos in eodem volumine libros contineri, qui apud Iudæos in auctoritate nõ habentur, ſed inter apocryphos computantur. Qui tamen apud nos in eadem veneratione & auctoritate habentur, ſicut & cæteri, & hoc vtique non niſi ex traditione & acceptatione vniuerſalis Eccleſiæ Catholicæ, quibus contradicere nullo modo licet pertinaciter. Inſuper cum multi Euangelia ſcripſerint, vt habetur diſ. 15. in decretis, vtpote, Bartholomæus, Nicodemus, & quàm plures alij, de quibus dictũ eſt in ſuperiorib. tamen Eccleſia Catholica omnibus aliis ſpretis, quatuor tantummodo acceptauit, approbauit, & in auctoritate atque in ſumma veneratione habere voluit. Et quod prædicti libri Diuinæ legis tam veteris quàm noui teſtamenti auctoritatem ab Eccleſia habeant: patet per egregium doctorem Auguſtinum contra Fauſtum hæreticũ ita dicentem: *Noſtrorum librorum auctoritas ex gentium conſenſione per ſucceſſores Apoſtolorum Conciliorumque roborata vobis aduerſa eſt*: & iterum; *non crederem Euangelio, niſi me Eccleſiæ Catholicæ auctoritas commoueret.* Item quis 14 epiſtolas Pauli in auctoritate habendas ſtatuit, & quis quintamdecimam reſecauit? Nam & vnam Laodicenſibus ſcripſit, de qua ipſemet Apoſtolus facit mentionem ad Co-

Vt conſtat ex acceptatione & approbatione librorũ noui & veteris teſtamẽti.

Aug. contra Fauſtum Manichæum lib. 11. c. 2. & lib. 13. c. 5. Contra epiſt. Manichæi quæ dicitur fundamentũ, cap. 5.

ad Coloſſ. 4. capitulo in fine, vbi dicit: *& ea quæ Laodicenſium eſt vobis legatur*: Similiter cum apud plures dubium fuerit quis eam quæ ad Hebræos eſt epiſtolā ſcripſerit, quis eam aſſeripſit Paulo Apoſtolo? cum plures etiam eiuſdem epiſtolæ ad Senecam legantur, quis eos remouit, vt non cum cæteris in auctoritate haberentur? vtiq; hæc omnia auctoritate ſolius Eccleſiæ geſta ſunt, cuius etiā auctoritas epiſtolas canonicas, Actuum Apoſtolorū, & Apocalypſin Ioannis, inter canonicos & dininos libros haberi voluit, ſtatuit, & ordinauit. Item cum plures Bibliam in Latinum tranſtulerint, ſiue de Hebræo ſiue de Græco, ſolius tamen noſtri Hieronymi glorioſiſſimi translatio Eccleſiæ auctoritate antefertur. Cum igitur omnis noſtra auctoritas in affirmanda veritate Catholica & aduerſa falſitate confutanda ortum habeat à fonte ſacrarum ſcripturarū, vtiq; multò fortius habebit ab ipſa Eccleſia Catholica, quę & ipſas ſcripturas ſacras tradidit, & ſtatuit in auctoritate habendas: Præterea gloſſa ordinaria ſuper totā Bibliā, libri ſanctorū doctorū Ambroſij, Hieronymi, Aug. Gregorij, & aliorū, leges ciuiles, decreta, decretales, & omnes aliæ ſcripturæ, quę inter Chriſtianos in auctoritate habentur, nō aliunde habēt auctoritatem, niſi ab Eccleſia, & in tantū valent quantū ab Eccleſia ꝓbantur, aut ſaltē ſuſtinentur, aut permittuntur. Inſuper auctoritate Eccleſiæ vniuerſitates & ſtudia fundata ſunt, gradus magiſtrales & doctorales in omni facultate ordinati & conceſſi ſunt in eiſdē. Deniq; quanta circa fidē Eccleſia Catholica ſtatuerit vel ordinauerit, vel ꝓ infallibili veritate tenenda mandauerit, manifeſtè liquet. Nā licet ex ſcripturis ſanctis conſtet eſſe trinitatem in diuinis, tamen, quod ſinguli in trinitate exiſtentes, perſonæ nominentur, hoc Eccleſia Catholica ordinauit & ſtatuit. Inſuper

Ex receptione nominis perſonæ in SS. Trinitate. Itē baptiſmo paruulorum, & aßignatione compatrum.

ſuper quod in Chriſto non ſint duæ perſonæ, vt quidam hæreticorum poſuerunt, cum ex ſcripturis manifeſtè nō habeatur, hoc per doctores ſuos Eccleſia declarauit. Similiter, ꝙ mater Chriſti, mater Dei diceretur. Itē nuſquā in canone ſacræ ſcripturæ reperitur, ꝙ paruulus recenter baptiſatus, qui nec corde credit ad iuſtitiā, nec ore confitetur ad ſalutē, inter fideles & credentes cōputetur, & nihilominus Eccleſia ita determinauit, & ſtatuit. ꝙ ſi quisq̃ negare hoc auſus fuerit, apertus vtiq; iudicabitur hæreticus. vnde Aug. de verbis Apoſtoli, ſerm. 14. *vbi ponis paruulos baptiſatos? profectò in numero credentium. Nā ideo ex conſuetudine antiquà, canonica & fundatiſsima paruuli baptiſati fideles vocantur.* & infrà; *inter credentes, inter baptiſatos paruulos numerabis, nec iudicare vllo modo aliter audebis, ſi nō vis apertus eſſe hæreticus, ergo ideo habēt vitam æternā, quia qui credit, habet vitam æternam. Nolo eis ſine iſta fide, & ſine iſto ſacramēto huius fidei, promittere vitam æternā.* & infrà: *ratiocinationes eorū ſcil. Pelagianorum adhuc videntur compellere, ſed auctoritate reprimuntur Eccleſiæ, ne non dicam ſputis hominū obruantur, ſed ipſorum infantiū lacrymis tanquā fluuio pertrahantur*: & ſic patet ꝙ Eccleſia fundauit ibi fidē, quæ ex canone ſcripturæ nō habetur. Itē nullus canon Bibliæ te docet, quod ſi aliquis mortuus fuerit, & nō crediderit, ꝙ talis ſaluetur: imò habetur oppoſitum, Marc. vlt. cap. *qui crediderit & baptiſatus fuerit, ſaluus erit, qui verò non crediderit, damnabitur,* & nihilominus fides Eccleſiæ ſtatuit, vt quilibet fidelis firmiter credat, paruulū baptiſatum etiā ſi ante vſum rationis moriatur, ſaluari. vnde Augu. & ponitur in canone 15. q. 1. cap. Firmiſſimè, vbi ſic habetur: *Paruulis verò qui nec dum propria voluntate credere, nec pænitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere poſſunt, ſacramentum fidei, quod eſt ſanctum baptiſma, quamdiu rationis ætas eorū capax eſſe non poteſt*

ſufficere

Digitized by Google

ſufficere ad ſalutẽ: Itẽ ſola auctoritas Eccleſiæ conſtituit, vt compatres in baptiſmo paruuli fidẽ pro ipſo reſpõdeant, loco Eccleſiæ, & ꝙ fides Eccleſiæ ſufficit paruulo, ſic baptiſato, quã diu ad ætatẽ non peruenerit, ad ſalutem. Et ſic auctoritas Eccleſiæ nobis inſtituit, vt paruuli per aliorum pedes ad fidẽ veniant, per aliorũ corda credant, per aliorum linguas in baptiſmo reſpondeant & fidẽ confiteantur. vnde Aug. in lib. 3. de libero arbitrio, & habetur de conſe. diſ. 4. *illud perſcrutari homines ſolent ſacramentũ baptiſmi Chriſti quid proſit paruulis, cùm eo accepto plerumq; moriuntur, priuſquã ex eo quidquã potuerunt cognoſcere, qua in re ſatis piè rectéq; credimus, prodeſſe paruulo fidẽ eorum à quibus cõſecrandus affertur, & hoc Eccleſiæ cõmendat ſaluberrima auctoritas, vt ex eo quiſq; ſentiat, quid ſibi proſit ſua fides quando in aliorũ quoq; beneficio, qui propriã nondum habent poteſtatẽ, commoda ſit.* Inſuper nuſquã legitur in ſacris literis ꝙ Apoſtoli ſymbolũ minus quod in diuerſis horis diurnis ſub ſilentio dicitur, cõpoſuerint aut fecerint, vel in duodecim articulos diſtinxerint, & tamen fideles tenent & credunt, imò & nominant ipſũ ſymbolũ Apoſtolorũ, & hoc nõ niſi auctoritate Eccleſiæ, & ſpecialiter Cõcilij Nicęni, cuius etiã auctoritate & articulus de deſcẽſu Chriſti ad inferos tenetur, firmiter creditur. Ipſum etiã ſacrum Conciliũ Nicænum, ſecundũ & maius ſymbolũ edidit, in quo plurima fidẽ concernentia declarauit, ꝙ & publicè & aperta voce vbiq; in cunctis Eccleſiis Catholicis dicitur & cantatur, cui poſtmodum articulũ, de ꝓceſſione Spiritus S. à filio, Eccleſia addidit, cuius auctoritate etiã ſymbolũ Athanaſij in diuinis officiis canitur. Quanta verò Eccleſia Catholica de his quę ad fidẽ pertinent interpretata fuerit, declarauerit, expoſuerit, manifeſtat confutatio innumerabilium hæreſum, ad quas enumerandas non ſufficeret tempus, nec manus

Cap. 23.
Cap. 7.

Ex ſymbolo Apoſtolico.

ad ſcribendum, nec lingua ad narrandũ valeret, in quarum confutatione tot veritates fidei elucidatæ, manifeſtatæ & apertè fuêre, quæ prius latebant in operto, quot fuerunt hæreſes confutatæ: ſed iam deſcendamus ad ea, quæ eadem Catholica circa diuina præcepta & ſacramenta immutauerit. Etenim licet in lege veteri prohibitæ fuiſſent lege diuina imagines viſibiles, nedum ipſius Dei, ſed quorumcunque ſanctorum hominum, nec de post in ſcripturis ſiue veteris ſiue noui teſtamenti conceſſa licentia eas faciendi aut fabricandi reperiatur, nihilominus Eccleſia Catholica edocta à ſpiritu ſancto, nedum permiſit, imò ſtatuit & ordinauit, vt venerabiles imagines Chriſti, glorioſiſſimæ ſuæ matris, & cæterorũ ſanctorum fierent, quibus manuducerentur homines ad memorandum & recordandum geſta & facta Domini noſtri Ieſu Chriſti, & aliorum ſanctorum, vt ſic excitarentur ad eorum imitationem, & vt eorum ſæpius implorarent pro ſe ſuiſq; viuis & defunctis, ſuffragia & auxilia. Inſuper licet dies ſabbati fuerit ſtrictiſſimè ad obſeruandum & cuſtodiendum præcepta & mandata, vt patet Geneſ. 2. capitulo, vbi legitur quod poſt creationẽ ſex dierum ceſſauit Dominus die ſeptimo ab omni opere quod patrauerat, & benedixit diei ſeptimo, atque in lege ſcripta poſtmodum in legitimum ſempiternũ conſtituerit, ſub diuerſis pœnis diem hunc ſeptimum à cunctis generationibus celebrandum obſeruari. Vnde & collectorem lignorum in die ſabbati mandauit Dominus lapidib⁹ obrui, vt patet Num. 15. & pro firmiori ratificatione ſuæ conſtantiſſimæ voluntatis, & pro diligentiori cuſtodia ſpeciali munimine conſignauit hoc præceptum, dicens: *Memento vt diem ſabbati ſanctifices.* Nullum enim aliorum præceptorum tantæ memoriæ ſigno con-

Ex vſu imaginum.

Ex mutatione diei Sabbathi in Dominicã.

conſignauit: qui dies magna ſub cuſtodia & religioſa obſeruatione ſemper habitus fuit & cuſtoditus, etiam tempore Apoſtolorū,& longè pòſt obſeruatus, & nihilominus propter reuerentiā & beneficium Dominicæ reſurrectionis dictus dies ſabbati,ex ſola conſuetudine Eccleſiæ vniuerſalis,fuit in diem Dominicū commutatus,pręter auctoritatem cuiuſcunque ſcripturæ ſacræ veteris vel noui teſtamenti. Item Dominus præcepit Exodi 12. in legitimum ſempiternum, quatenus fidelis populus celebraret Paſcha Domini ad veſperum die 14. menſis primi quod præceptum etiam Eccleſia Catholica per multa tempora pòſt obſeruauit, tandem Spiritu ſancto duce, ſine cuiuſcunq; ſcripturæ auctoritate prædictum ritum, quo ad tempus, propria auctoritate permutauit, taliter vt nunquam paſcha noſtrum cum paſcha Iudæorum coincidat,& ſemper in die Dominico celebretur. Item vt ſupra habitum eſt, in principio, licet circumciſio in lege fuerit ſtrictiſſimè mandata obſeruari, fueritq; ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus circumciſus,& omnes Apoſtoli, & etiam poſt aſcenſionem Domini fuerit obſeruata: nihilominus abſque alia auctoritate ſcripturæ Apoſtoli eam immutauerunt auctoritate Spiritus ſancti, Eccleſiam dirigentis & gubernantis, vt habetur Actuum 15. vbi dixit Petrus: *quid tentatis imponere iugum ſuper ceruicem diſcipulorum, quod neque patres noſtri neque nos portare potuimus, ſed per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodum & illi*, vnde & infrà, ſtatuerunt Apoſtoli omninò eam debere tolli, ſcribentes epiſtolam ad fideles,qui erant Antiochiæ,per manus Pauli & Barnabę dicentes: *viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra vobis imponere oneris quàm hæc neceſſaria &c.* Ex quibus manifeſtè oſtenditur poteſtas Eccleſiæ, & veritas indefectibilis in

Ex ordinatione paſchatis.

Ex abolitione cæremoniarũ veteris legis.

his quæ fidei ſunt, & neceſſitatis ad ſalutem. & Paulus ad Galatas 5. poſt decretum & ſtatutum Apoſtolorum, ait: *ſi circumcidimini, Chriſtus vobis nihil proderit.* vbi apparet totalis ablatio imo annihilatio circumciſionis, quæ debuit, ſub pœna mortis lata ab ipſo Domino, æternaliter obſeruari. Item innumeræ cerimoniæ erãt in lege veteri præceptæ celebrari à Domino, quas Apoſtoli poſt, & Eccleſia ſuſtulerunt, ex certis & rationabilibus cauſis. Item videamus mutationes factas circa præcepta Chriſti & ſacramẽta nouæ legis, & primo circa ſacramentũ baptiſmi, ꝙ ipſi circumciſioni in noua lege ſuccedit. Nam Dominus noſter Ieſus Chriſtus aſcendens in cœlum, præcepit Apoſtolis dicens Matth. vltimo; *ite docete omnes gentes, baptiſantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti*, in quibus verbis dedit eis & limitauit formam baptiſmi, & in perſona eorum toti Eccleſiæ, & tamen non poſt longum tempus, ipſi Apoſtoli & Eccleſia, dimittendo dictam formam, *in nomine Patris &c.* traditam per Dominũ, baptiſabant tantum in nomine Chriſti, dicentes: *te baptiſo in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Cum autem hoc nomen Ieſus Chriſtus dicat vnam perſonã tantum duarum naturarũ, hæc autẽ nomina, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, dicãt tres perſonas in vna natura tantum, patet maximam eſſe differentiã inter has duas formas baptiſmi, ſcil. *in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti*, &, *in nomine Ieſu Chriſti*, & licet ſecundũ rem & eſſentiam idem ſit baptiſmus, qui fiebat primò, & nunc in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, &, in nomine Chriſti, tamẽ tanta videtur eſſe differentia, vt ſi quis nunc in nomine Chriſti baptiſaret, non baptizaret, vt dicit S. Thomas in tertia parte. Nec prętermittendum eſt, de mutationib. factis in Eccleſia, hoc ſacramentum baptiſmi tam quo ad tempus baptiſandi, quã quo ad

3. q. 66. a. 6.

ætatē baptiſandorum,q̃ etiā quo ad perſonas quę poſſint hoc ſacramentū miniſtrare. In principio enim huius ſacramenti baptiſabantur ſolū illi, qui per ſe ſciebant fidē interrogati reſpondere. Sed poſtmodū,ne paruuli & alij vſu carētes rationis, ſubeſſent periculo damnationis, Eccleſia prouidit circa eorū baptiſmū, vt etiā ſuperius tractatū eſt. Tenuit etiā Eccleſia pro ſtatuto, ꝙ pręter vigilias paſchæ & pentecoſtes nullo modo ſolemnis baptiſmus celebraretur,omneſq; ad prędictas vigilias,excluſo neceſſitatis articulo,baptiſandi ſeruarētur. porro nec ex doctrina Chriſti & Euangelij,nec etiā ex doctrina alicuiꝰ Apoſtolorū habetur expreſſè,ꝙ aliquis habeat poteſtatē baptiſandi exceptis Eccleſiaſticis,quorū ſtatum pręfigurabant Apoſtoli,quibus ſolis dictum eſt, *ite baptiſantes &c.* & nihilominus in neceſſitatis articulo mares & feminæ, pagani,Iudæi & hæretici poſſunt baptiſare,dum̄odo ſeruent formā,materiam,& intentionē Eccleſiæ. vnde hoc? certè quia ſic declarauit Eccleſia,ſic ordinauit,& quia ſic ei placuit ſuā auctoritatē omnibꝰ cōmunicare in neceſſitatis articulo: Itē non modica mutatio etiā in ſacramēto matrimonij ſecundum ſucceſſionem temporum auctoritate Eccleſiæ facta eſt. Nā in principio ſuæ inſtitutionis erat illimitatum, ita quod maſculus & fæmina, vterini & germani poterant legitimè matrimonialiter copulari, & poſt aliquam multiplicationem humani generis ordinatum fuit, ne in prima linea cōſanguinitatis cōtraheretur, deinde poſt abundantem multiplicationem, vſum huius arctando ſacramenti,ordinatum exſtitit,vt non in propinquiori quàm quinta linea conſanguinitatis poſſet matrimoniū contrahi. ex quibus patet ꝙ certus vſus ſacramentorum conceditur paucitati hominū, qui tamen multitudini ex certis cauſis denegatur. Et ſic potuit eſſe, imò ita fuit,ꝙ in primitiua Eccleſ. quādo adhuc homines

pauci

Digitized by Google

pauci erant Chriſtiani, dabatur Euchariſtię ſacramētum fidelibus populis, ſub vtraque ſpecie, quibus multiplicatis propter ſæpe enumerata pericula quod paucis concedebatur nunc multitudini denegatur. Itē quamuis Deus in lege naturæ, quando hoc matrimonij ſacramentum inſtituebatur, ſtatuiſſet, quod vnius viri tantummodo vna eſſet vxor, & è conuerſo: prout patet Geneſ. 2. Quando Spiritus ſanctus dixit per Adam: *relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam & adhærebit vxori ſuæ*: ſequitur: *& erunt duo in carne vna*; nihilominus hæc lex mutata fuit in ſanctis Patriarchis, vt patet in Lamech, qui primus ſimul duas vxores habuit, in Abraham, ſimiliter & Iacob, in aliis etiam ſub lege conſtitutis, in quibus lex vetus vxorum pluralitatem videtur approbaſſe. Sed adueniente lege noua, in qua perfectio Euāgelica exprimitur, mutata eſt lex nuptiarum atque matrimonij, & reducta ad priorem inſtitutionem & honeſtiorem, vt vnus vni, & è conuerſo tantummodo coniungantur in figura Chriſti & Eccleſiæ vnicæ ſponſæ, de quorum matrimonio ait Apoſtolus ad Epheſios 5. *ſacramentum hoc*, ſcilicet matrimonij, *magnum eſt, dico autem in Chriſto & Eccleſia.* Hanc autem reductionem ad priſtinum ſtatum nullo modo legimus reductam ex quibuſuis ſacris literis, niſi ex ſtatuto & cōſuetudine Eccleſiæ, nec audebit quis dicere quod tempore legis naturæ & legis Moſaicæ, non fuerit in hominibus verum matrimoniū aut quod ipſorum fuerit aliud ſacramentū matrimonij à ſacramento legis gratiæ, propter dictum Chriſti in Euangelio loquentis de huiuſmodi *Matth. 19.* ſacramento: *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Etenim ſacramentum matrimonij, & ſacramentum pœnitentiæ in lege naturali ſcilicet, Moſaica & Euangelica locum habuerunt, quamuis in vſu fuerint multipliciter immutamutata. Item præcipitur 25. cap. Deut. quod habitantibus fratribus germanis ſimul, vno moriente abſque liberis, vxor defuncti alteri non nubat, ſed accipiat eam frater eius, vt ſuſcitet fratris ſui ſemen, quod in noua lege ad aliquod tempus fertur perduraſſe, quæ tandem lex nulla adhuc ſcriptura promouente, per Eccleſiæ conſuetudinem & ſtatutum ſublata eſt, quibus ſtatuitur & prohibetur quod ſponſus non poſſit contrahere matrimonium cum aliqua conſanguinea ſponſæ mortuæ vſq; ad quintum gradum conſanguinitatis excluſiuè. Item Saluator noſter Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Matth. 19. accedentibus ad eum Phariſæis ad ipſum tentandum, & ab eo quærentibus, *ſi licet homini dimittere vxorem ſuam, quacunq; ex cauſa?* ita reſpondit: *Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam niſi ob cauſam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur.* & nihilominus S. Eccleſia Catholica non ſolũ ex hac cauſa, ſed ex pluribus aliis permittit & facit rationabiliter diuortia fieri, vt patet in frigidis, & maleficiatis, de affinibus, ex cauſis hæreſis, & pluribus aliis cauſis. Ecce quot & quantæ mutationes circa tam magnũ & neceſſarium ſacramentum auctoritate Eccleſiæ contigerint. Item in ſacramento pœnitentiæ, quod ab Adam in paradiſo incepit & debet durare vſq; ad cõſummationẽ ſeculi, ſimiter mutatio magna facta eſt ſecundũ ſucceſſionem temporum. Nam cum confeſſio ſit pars principalis pœnitentiæ, tempore legis naturæ ad eam tantummodo Deo faciendam mentaliter tenebantur: ſuccedente verò lege Moſaica, vltra hoc homines obligabantur ad confeſſionem cerimonialem extrinſecam prout per aliquod ſacrificiũ homines manifeſtabant ſe hoc vel illo peccato deliquiſſe, vt habetur Leuitici quarto & quinto capitulo, & vt habetur eodem libro 16. c. ſacerdotes poſitis

mani-

manibus ſuper caput hirci, omnes filiorũ Iſrael confitebantur iniquitates. Sed adueniente veritate Euangelicæ legis, etiam confeſſionem vocalẽ de vniuerſis cogitationibus, locutionibus, operibus, & omiſſionibus clarè diſtinctèq; faciendam inſtituit Eccleſia, ſacerdoti auctoritatem & Iuriſdictionẽ habenti, in ſecreto, non vt homini, ſed vt Deo, ſine oſtenſa quacunq; honoris cõfitentis, ſub formidabilib' & execrabilib. pœnis præcipiẽdo & mandando ſacerdoti, ne quoquo modo ſigno aut verbo prodat aut reuelet peccata confitentis: de qua quidẽ confeſſione ſingulariter & ſpecialiter, quaten' ſolùm ſic ſecretè & auriculariter fieri debeat ſacerdoti, nulla in ſcripturis ſacris habetur traditio, niſi quantum ad ſic agendũ Spiritus ſanctus mouit & direxit Eccleſiam, quæ nihilominus originaliter fundat ſe in auctoritate clauiũ, quæ ipſi Eccleſiæ ab ipſo Domino traditæ ſunt, dicente Petro: *Tibi* Matth. 16. *dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris &c.* & Ioa. 20. *quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.* quia igitur ſacerdotes habent remittere peccata, vtiq; oportet, vt agnoſcãt ea, & ſic Spiritu S. ducẽte S. Eccleſia confeſſionem vt præmittitur ſecretã ſtatuit & ordinauit. Itẽ circa ſacramentũ Ordinis videtur Eccleſia addidiſſe. Nã in primitiua Eccleſia erant duo tantũmodo ordines, diaconatus ſcil. & ſacerdotium. Et ſecundũ beatum S. Hieron. Hieron. idẽ tunc erat Epiſcopus & ſacerdos, quo ad nomen: non aũt quantum ad rem, quod tamẽ nunc non eſt. Itẽ circa ſacramentũ diuiniſſimæ Euchariſtiæ multa videntur addita vel mutata. Nam forma qua calix conſecratur, in nullo Euangeliſtarum in ꝓpria forma verborũ reperitur, ſed videtur per Eccleſiam ex omnib' dictis Euangeliſtarũ compilata, & in ea ſunt aliqua addita. Etiã in cõſecrationę hoſtię Eccleſia addidit hanc dictionẽ, enim

certo-

Digitized by Google

cæterũ Chriſtus inſtituit hoc ſacramentũ, & miniſtrauit poſt cœnam,& tamen Eccleſia immutauit,& ordinauit vt non niſi à ieiunis de mane celebraretur & miniſtraretur, niſi in neceſſitatis articulo. Imminente etiam errore de obſeruatione legaliũ, Leo Papa ordinauit, vt pro tẽpore in fermẽto conficeretur, licet Chriſtus cõfecerat in azymo,ad quem ritũ poſtmodum,ceſſante dicto errore, Eccleſia reuerſa eſt. Deniq; Eccleſia ordinauit ritũ & modũ ad hoc ſacramentũ celebrandũ cum talibus orationibus, epiſtolis & Euangeliis,ſecretis,myſticis ſignis, veſtib⁹ ſacris & vaſis conſecratis, in Eccleſia, in altari, cũ luminaribus, cũ aſſiſtentibus, & aliis quæ pro deuotione & ſolemnitate tanti ſacramẽti fiunt,de quib. per ſingula diſcurrere longũ eſſet: Itẽ in pluribus quæ Apoſtoli ſtatuerunt, ſecundũ temporum ſucceſſionẽ & temporũ varietatem facta eſt mutatio. Nam Apoſtoli in Concilio 3. Hieroſol. celebrato,de quo habetur Actuũ 15. ſublata circũciſione, & omnib⁹ quodammodo ceremoniis veteris legis,ſtatuerunt vt fideles deberent tantummodo abſtinere ab immolatis ſimulacrorũ, ſanguine, ſuffocato, & fornicatione,& nihilominus ſtatim poſt prædictã ſublationem circumciſionis, Paulus Apoſtolus circumcidit Timotheũ, qui ex patre gentili natus fuerat, propter vitare ſcandalum Iudæorum, qui erant in illis locis, vt habetur Actuum 16. Inſuper poſt dictum Concilium de ceſſatione legalium, Apoſtoli & ſeniores qui erant Hieroſolymis,adueniente Paulo,propter ſcandalum euitandum, ſuſtinuerunt adhuc ceremonias legales, & voluerunt, vt Paulus aſcendens templum, purificaret ſe & ſanctificaret, tanquam ambulans & cuſtodiens legem, vt habetur Actuum 21. capitulo: *Et* poſt prædicta etiam ex ipſis præceptis quæ per Apoſtolos tradita erant ſeruanda,quædam conſuetudo *E*ccleſiæ immutauit. Nam ex prædictis

Leo Papa.

quatuor, primo & quarto manentib⁹ illæſis, de nō edendo de immolatis ſimulacris ſiue idolis & de cuſtodiendo ſe à fornicatione, ſecundum & tertium mutata ſunt, quia & ſanguinem edimus & ſuffocatum. Item Paulus Apoſtolus dicit: Oportet Epiſcopū vnius vxoris virum eſſe, in quibus verbis præceptum Apoſtoli includitur, & ex hoc, & etiam ex ratione ſignificationis bigamię, cui ſemper eſt annexa irregularitas: & nihilominus Papa, & multo magis Eccleſia, poteſt imo & de facto diſpenſat in Bigamis, non obſtante præcepto prædicti Apoſtoli: Vnde Quæſt. 3. art. 3. ad 2. dicit ſanctus doctor in 4. diſt. 27. in reſponſione ad dictam auctoritatem Pauli, quantum ad ea quæ ſunt de neceſſitate ſacramentorum & fidei, nec Eccleſia nec Papa poteſt diſpenſare, ſed in aliis quæ ſunt de inſtitutione Apoſtolorum, cùm Eccleſia nunc habeat eandem poteſtatem ſtatuendi & deſtituendi quam tunc habuit, poteſt per eum qui primatū tenet in Eccleſia, diſpenſare: S.Thom. ibid. Quapropter & Lucius Papa diſpenſauit cum Panormitano Epiſcopo qui erat Bigamus. Item ſancta mater Eccleſia docuit ſignum ſacratiſſimę crucis in frōte depingere, ipſa docuit in eodem ſigno benedictiones fieri ſacramentorum & conſecrationes, pro defenſione & contra inſidias malignorum ſpirituum ſal & aquam benedicere, & ea in ſimul miſcere. Ipſa docuit fontes baptiſmatis benedicere, pro congregatione fidelium, ad ſacramenta percipienda, ad doctrinam diuinam audiendam, ad diuina myſteria peragenda, & ad laudandum Deum ſpecialiter Eccleſias fabricari, cæmiteria vbi fideles ſepelirentur, & exequias mortuorum facere & omnem alium ritum Eccleſiaſticum adinuenit, quem per ſingula explicare dies nobis potius deficeret, quàm materia dicendi, in quibus immutationibus faciendis, ſancta mater Eccleſia pro locorum, temporum, & perſonarũ varietate exemplum habuit à Deo, & à Chriſto Domino: Nam licet fides confiteatur Deum eſſe omnipotentem, omniſcientem, æternum, inuariabilem, & omnimodè incommutabilem, ipſe tamẽ immutabilis & immobilis, ſecundũ exigentiam & diuerſitatẽ temporũ, & varias leges dedit, vt aliter homo in ſtatu naturę; aliter in tẽpore legis, & aliter in ſtatu gratiæ ſaluaretur: Non quod tunc eſſet alia fides quam nunc, ſed vna & eadem, per quam omnes iuſti ab Abel, vſque ad vltimum iuſtum, Deo placuerunt, quia ſecundum Apoſtolum, *vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus omnipotens*. & ita licet ſemper eadem fides manſerit; cerimonias & proteſtationes fidei ipſe Deus immobilis & inuariabilis, ſecundum varietátem temporum, variauit. Ipſe etiam Dominus noſter Ieſus Chriſtus magiſter & exemplum omnium actuum Eccleſiæ, in aſſumpta humanitate, ſuas ſanctiſſimas conſtitutiones & ſua præcepta, iuxta qualitatem temporum, pro informatione Eccleſiæ, immutauit. Nam vt habetur Matth. 10. Marci 3. & Lucæ 9. Dominus Ieſus Chriſtus mittens ſuos diſcipulos ad prædicandum, præcepit eis, vt non haberent ſacculum neque peram, & ſimiliter præcepit eis, *in viam gentium ne abieritis, in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis*. Nihilominus, mutata conditione temporum, & ipſe Dominus mutauit ſua præcepta. Etenim inſtante paſſionis tempore, quo eum oportebat ſua præſentia corporali ſuos relinquere diſcipulòs, plurima exempla relaxauit. Nam Lucæ 22. ait: *quando miſi vos ſine ſacculo & ſine pera, nunquid aliquid defuit vobis?* reſponderunt *nihil*. Tunc Chriſtus dixit eis: *nunc autem dico vobis, qui habet ſacculum, tollat, ſimiliter & peram*. & poſt reſurrectionẽ ſuam aſcenſurus in cœlum, quos ante paſſionem ſuam tantummodo ad

Epheſ. 4.

do ad Iudæam miſerat, mittit in vniuerſum mundum, dicens Marci vltimo: *Ite in mundum vniuerſum & prædicate Euangelium omni creaturæ*, & ſimiliter Matth. vlt. ita: *docete omnes gentes baptiſantes eos &c.* His nimirum exemplis diuinis, & Chriſti hominis, ſancta vniuerſalis Eccleſia edocta, nihilominus à Chriſto & à Spiritu ſancto directa, cùm ſciat nihil velle Deum nec Chriſtum Dominum niſi ſalutem noſtrã, & omnia præcepta, ſtatuta, concilia, & alia ad hunc vnum & ſolum finem ordinari, prædictas mutationes, variationes, ſtatuta, cerimonias fecit, ſtatuit & ordinauit. Si igitur Eccleſia Catholica tot & tanta, ducta & directa à Spiritu ſancto fecerit, in præteritum ſtatuerit, & ordinauerit, Iuſtè, ſanctè, rationabiliter & ſine reprehenſione, ac etiam in diuinis Chriſti & Apoſtolicis præceptis mutationes, & interpretationes fecerit, Quis tam inſanus & hebetis ingenij audebit aſſerere Eccleſiam, ex rationabilibus & vrgentibus cauſis, non potuiſſe communionem duplicis ſpeciei mutare in communionem vnius? præcipuè cum nec ſit de præcepto Chriſti, nec aliquod detrimentum incurrant non conficientes ſic ſumendo? Si enim immutauerunt Apoſtoli formam baptiſmi quæ dat eſſentiam ſacramento taliter, vt ſi quis nunc in illa forma, qua ipſi Apoſtoli baptizabant, baptiſaret, non eſſet baptiſmus; quanto magis poteſt Eccleſia mutare vel tollere vnam ſpeciem, quæ ſe tenet ex parte materiæ, & ex qua nihil eſſentiæ ſacramenti deperditur, nec etiam ſumenti gratiæ? Si tot & tanta facta ſunt tam circa hoc ſacramentum, quàm circa alia, auctoritate Eccleſiæ, mirum profectò videtur, cur etiam circa communionẽ & vſum huius ſacramenti Eccleſia non poſſit ſtatuere vt ſic, vel ſic, ſumatur. Et ſi quęratur, quæ aut vbi, aut quo tempore, ante Conſtantienſe

Digitized by Google

Concilium fuit duplicis ſpeciei in vnam auctoritate Eccleſiæ facta mutatio? Reſpondendū eſt ſecundum Aug. & habetur diſ. 1. c. 2. Eccleſiaſticarum. Vbi dicitur, quod Cap. [illegible] Eccleſiaſticarum inſtitutionum quaſdā ſcripturis, quaſdam verò Apoſtolica traditione per ſucceſſores in miniſterio confirmatas, accepimus, quaſdam verò conſuetudine roboratas approbauit vſus, quibus par ritus, & idem vtriſque pietatis debetur affectus. Et infrà, enumeratis pluribus, de quibus auctor & locus & tempus ignorantur, ſubiungit, *hæc & alia in hunc modum non pauca, niſi quia tacita ac myſtica traditione à patribus Eccleſiaſtico more, & reuerentiori diligentia ſunt in myſterijs obſeruata magis ſilentio, quàm publicata ſcripto.* Cuiuſmodi ſunt immutatio ſabbati & paſchalis feſtiuitatis, crucis ſignatio, aquæ & ſalis benedictio, multorum præceptorum & cerimoniarum veteris legis immutatio: multa quoque quæ nunc in ſacrificiis fiunt, vt & forma conſecrationis calicis, benedictiones fontium baptiſmatis & multa huiuſmodi, quibus ſola conſuetudo vniuerſalis Eccleſiæ auctoritatem tribuit, & ſic eſt etiam communio vnius ſpeciei, cuius immutationis & auctor & tempus & locus ignorantur, & vſque ad Conſtantienſe Concilium, ſola ei rationabilis conſuetudo & ſanctorum doctorum comprobatio auctoritatē præbuit, quam poſtmodum compellente aduerſariorum inſtantia, idem ſacroſanctum Concilium approbauit, Et vt poſtmodum, non vt conſuetudo tantum, ſed vt ſtatutum & ordinatio Eccleſiæ vniuerſalis veneraretur. Ad laudem omnipotentis Dei, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum.

VLtimò verò & finaliter pro facili & manuali ſolutione dictarum auctoritatū & aliarum quas pro ſe adducunt aduerſarij Notandæ ſunt diligenter ſeptem regulæ

quæ

Septem regulæ pro intellectu authoritatum inductarum notandæ.

Prima.

quæ ſequuntur. Primò itaque ſciendum, quod quamuis plures auctoritates ſacræ ſcripturæ & etiam ſanctorum loquantur indifferenter de communione ſub vtraque ſpecie panis ſcilicet, & vini, non tamen prætendunt præceptum, nec dicunt, huiuſmodi communionem ſub vtraque ſpecie quo ad laicos eſſe de neceſſitate ſalutis, vel de præcepto Chriſti, & ſic omnes huiuſmodi auctoritates adducuntur per eos friuolè & impertinenter, nihilque contra Catholicam veritatem concludentes, cuiuſmodi ſunt auctoritates Apoſtoli, prima ad Corinth. 11. quæ indifferenter loquuntur tam de ſacerdotibus conficientibus, quàm laicis, in quibus tamen nullum præceptum exprimitur, vt plenè patuit loco ſuo dum de ipſis ſuperius ageretur in ſpeciali. *Secunda.* Secundò ſciendum, quod auctoritates tam ſacræ ſcripturæ, quàm etiam doctorum multorum, facientes mentionem de communione ſub vtraque ſpecie, continentes in ſe præceptum vel vim habentes præcepti, vt in pluribus loquuntur, & ſunt intelligendæ de ſacerdotibus ſacrificantibus, quorum eſt conficere hoc ſacramentum & ſub vtraque ſpecie ſumere propter perfectam ſignificationem & repræſentationem Dominicæ paſſionis, & mortis, ſpiritualis refectionis completæ, & aliorum quæ in hoc ſacramento repræſentantur, non autem de communione laicorum, quorum capere & ſumere eſt ſolùm propter efficaciam, & non propter repræſentationem, cuiuſmodi eſt auctoritas Chriſti, qui ſolis Apoſtolis, quos in ſacerdotes inſtituerat, præcepit vt hoc facerent ſub vtraque ſpecie in ſuam cõmemorationem. Hoc modo etiam intelligitur capitulum Papæ Gelaſij Comperimus, de quibus in locis ſuis dictum fuit ſuperius. *Tertia.* Tertiò ſciendum, quod auctoritates ſanctorum ſi quæ fortè ſunt loquentes

de hu-

Digitized by Google

de huiuſmodi communione ſub vtraque ſpecie, reſtringendæ ſunt ad tempus illud, in quo mos ille in Eccleſia ſeruabatur. Conſuetudo enim Eccleſiæ quæ habuit ex cauſa rationabili originem, ſiue fuerit generalis ſimpliciter in tota Eccleſia, ſiue in aliqua ſui parte notabili, vtpote in vna natione, vel regno, ſiue etiam in vna prouincia, aut diœceſi, vim habet obligatiuam legis & præcepti, nec alicui particulari ſcienter licet contra eam agere, aut ipſam ſua ſponte præterire, in loco vbi communiter obſeruatur: vnde dicit Auguſt. ad Caſulanum presbyterum quod mos populi Dei & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt: & ſicut præuaricatores legum diuinarum, ita contemptores conſuetudinum Eccleſiarũ coercendi ſunt. Quapropter ſi quis Latinorũ in orientali ſiue Græca Eccleſia, contra morem ipſorum in azymo conficeret, peccaret, vt dicunt doctores communiter, & è cõuerſo ſi Græcus apud nos ageret in fermẽtato, propter diuerſam conſuetudinẽ Eccleſiarum. Quia igitur Chriſtus ita ſub duplici ſpecie diſcipulis in vltima cœna miniſtrauerat hoc ſacramentũ, multi ſequentes hunc ritum tenuerunt, & in multis Eccleſiis indiſtinctè quo ad nõ ſacrificantes, habitus eſt pro inuariabili cõſuetudine, & pro lege, nunquam tamẽ hæc conſuetudo miniſtrandi laicis ſub vtraq; ſpecie fuit in Eccleſia omnimodè generalis, quia etiam tempore Apoſtolorũ legitur Actuum 2. ꝙ erant perſeuerantes fideles in doctrina Apoſtolorũ, & comunicatione fractionis panis, & orationibus, & in fine cap. quod erant fideles frangentes panes circa domos quotidie, quod vtique de pane ſacramentali doctores intelligunt, & ſpecialiter Magiſter hiſtoriarũ in hiſtoriis ſcholaſticis, vbi nulla mentio fit de vino aut de potu, nec eſt veriſimile quod in tanta re ab hoc ritu Eccleſia tam generaliter receſ-

Epiſt. 86.

ſiſſet, niſi in aliquib' aliquo exemplo præcedente deducto ex Apoſtolis & primitiua Eccleſia, etiā rationabilibus & neceſſariis cauſis concurrentibus. Auctoritates igitur loquētes ſub p̄cepto de laicis, reſtringēdę ſunt ad tēpus, & ad Eccleſias in quib. huiuſmodi cōſuetudo ꝑ lege habebatur; qua cōſuetudine ceſſāte, ceſſat obligatio huiuſmodi auctoritatū & veritas, q̄a quælibet auctoritas vera, ex cauſa tantū; ceſſante cauſa veritatis eius, ceſſat veritas & allegatio eius. ſicut iſta: Chriſtus eſt incarnand', quandoq; fuit vera, q̄a cauſa veritatis ipſius erat futuri tēporis ꝙ nondum aduenerat, ſed iam, futuro pro tunc tempore adueniente, & Chriſto nato, cauſa ipſius veritatis ablata eſt & per conſequens ipſa pro nunc remanet falſa, quia non eſt vera, Chriſtus eſt incarnādus. Cum igitur auctoritates huiuſmodi doctorum non erant veræ, niſi ex conſuetudine, vim legis & præcepti habente, ceſſante cōſuetudine, eorum veritas ceſſabat & allegatio. Et valdè diligenter eſt aduertendum, quod nullus doctorum Catholicorū per aduerſarios allegatorū, & ita credo de omnibus aliis loquentib' de huiuſmodi cōmunione ſub vtraque, dixit eam indifferenter quo ad omnes eſſe de præcepto Chriſti, aut de neceſſitate ſalutis, ita quod vna ſpecies non ſufficiat ſine alia, nec aliqua auctoritatū per aduerſarium adductarum dictum præceptū Chriſti intendit quoquomodo aut prætendit. E contrario autē multi doctores Catholici dicunt communionem diuiniſſimæ Euchariſtæ non conficientibus ſufficere ſub vna ſpecie, vt in ſuperioribus diffusè oſtenſum eſt. Quartò notandū, quod auctoritates tam ſacræ ſcripturæ quàm aliorū doctorum, quæ videtur facere mentionē de ſumptione huius ſacramenti ſub duplici ſpecie, quo ad laicos, vel indifferenter quo ad omnes, duplici modo loquuntur, videlicet vel

Quarta.

cet vel

eet vel nomina rerum aſſumentes, vel nomina ſpecierum. Exemplum primi, Ioan. 6. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Caro enim & ſanguis ſunt res ſacramenti, & ea quæ ex naturali aut reali concomitantia conſequuntur ad hæc. Exemplũ ſecundi, 1. Cor. 11. *quotieſcunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini &c.* panis enim & calix qui vinum continet & pro vino accipitur, ſicut ſæpe continens pro contento, ſunt nomina ſpecierum huius ſacramenti. Inter has autẽ locutiones diligens lector hanc differentiam attendat, quoniã in auctoritate quæ eſt ex terminis ſpecierum, nunquam aut raro inueniet notam præcepti aut terminũ vim præcepti habentem, per quam poſſit deprehendi, quod huiuſmodi ſumptio ſpecierum cadat & obliget ad præceptum, ad oſtendendũ quod huiuſmodi ſumptio ſub vtraq; ſpecie non eſt de neceſſitate ſalutis, & per conſequens de præcepto Dominico. Quod ſi forte in aliqua auctoritate doctoris alicuius repertum fuerit, ad præcedentem immediatè regulam recurrendum eſt, vel ſaltem ad eam quæ in loco vltimo adducetur, quæ eſt finalis reſolutio omnium. In auctoritate verò quæ conſtat ex terminis rerum ſæpe imò ſæpiſſimè reperitur præceptum, vel in propriis terminis, vel in æquiualentib. ſicut patet in primo exemplo: *Niſi manducaueritis &c.* Si tamẽ de ſacramentali manducatione dicta auctoritas intelligatur, ad declarandum quod ex præcepto diuino tenetur quilibet fidelis Chriſtianus rem vtramq; huius ſacramenti ſumere ſiue ſpiritualiter ſiue etiam realiter, ſecundũ quod in ſacramento continetur & cum vtraq; res verè & integrè ſub qualibet ſpecierũ contineatur, perfectè adimplet præceptũ, quicunq; ſub vtraq;, vel ſub vna accipit ſpecie, quia præceptum rem, non ſpeciẽ determinat. Et per hanc aduertentiam multæ auctoritates & rationes aduerſariorum euacuantur, imo ipſorum totale & principale fundamentũ, **Quinta.** ſcil. *Niſi manducaueritis, &c.* penitus eneruatur. Quintò ſciendum, ꝙ in auctoritatibus ſacrę ſcripturæ & ſanctorũ per manducationẽ corporis, & bibitionem ſanguinis, intelligitur, in generali ſumptio vtriuſq;, quod vtiq; ita verè & integrè fit ſub vna ſola ſpecie, ſicut ſub vtraque, cum ſub qualibet ipſarum per ſe ſumpta, totus & integer Chriſtus contineatur, vt declaratum eſt. Et etiam ſi ad proprietatem locutionis attendamus, non propriè ſanguis in calice bibitur, ſed ſola vini ſpecies, cum ſub ſpecie vini eundem modum ſanguis Chriſti habeat exiſtendi, quem habet omnimodè ſub ſpecie panis. Etenim ſicut ſub ſpecie panis, ſanguis habet eſſe intra corpus Chriſti, & intra venas ipſius incluſus, ſic per omnia & ſub ſpecie vini, quia non eſt effuſus extra corpus, aut à corpore diuiſus, ſicut per ſpecies deſignatur, in memoriam Dominicæ paſſionis. ſæpe itaq; ſcripturæ & doctores ſancti loquentes de hoc ſacramento, etiam ſecundum quod ſub vna ſpecie continetur, vtuntur manducationis & bibitionis terminis pro ſumptione, ad ſignificandum fidelibus, quod ſub vna ſola ſpecie panis ſumant corpus & ſanguinem Chriſti verum verè & realiter, & non aliter ſub am-**Sexta.** babus, quàm ſub vna earum, nec magis efficaciter. Sexto etiam intelligendum, quod multæ auctoritates facientes mentionem de communione laicali ſub vtraque ſpecie, potius ſpiritualiter intelligendæ ſunt, quàm ſacramentaliter, vt de multis patuit. Quando enim ſacerdotes in altari in conſpectu populi conficiunt ſub duplici ſpecie, & ſimiliter ſumunt in memoriam Dominicæ paſſionis, tunc populus aſſiſtens fide & deuotione, manducat

ducat & bibit & corpus & ſanguinem Domini ſpiritualiter in ſinceritate fidei, per recogitationes bonas & ſanctas meditationes, maſticando & hauriendo ore cordis, & ſe Chriſto vniendo per affectum amoris. Hunc modum actualis manducationis ſpiritualis, qui tertius fuit ſuperius aſſignatus, tangit Auguſtinus, *vt quid paras ventrem & dentes? Crede, & manducaſti.* Multæ auctoritates intelliguntur de modo ſpiritualis manducationis, ſuperius ſimiliter tacto, ſecundum quem modum illam auctoritatem: *Niſi manducaueritis carnem &c.* exponit Auguſt. vt clarè oſtenſum eſt loco ſuo. Septimo & vltimò notandũ, quod nulla auctoritas cuiuſcunq; ſancti aut doctoris habet efficaciam ad aliquid probandum aut concludendum auctenticè, in aliqua materia fidem, aut ſalutem animarum concernente, niſi inquantũ doctrinæ Eccleſiaſticæ congrueret, aut ab Eccleſia approbaretur: vbi aũt contrariũ & diſſonum haberet aliquid, totum, vt falſum, repudiatur & inutile, & hoc ideo, quia nõ doctrinæ doctorũ Eccleſia ſubiicitur, ſed è conuerſo doctrina ipſorũ Eccleſiæ tanq̃ indeficienti regulæ quę errare non poteſt, vt clariſſimè monſtratũ eſt in capitulo huiuſmodi materiã declarante. vnde & Aug. contra epiſtolã fundamenti, non ſolũ doctrinæ doctorũ, ſed etiã ipſi Euangelio præfertur Eccleſia: *Euangelio non crederem*, inquit, *niſi me Eccleſiæ auctoritas cõmoueret.* Etenim cũ plura reperiantur ſcripta Euangelia, quàm quatuor, vt puta, Andreæ, Thomæ, & multorum aliorum, illa nihilominus obtinuerunt auctoritatem quæ ipſa Eccleſia approbauit, & illa reprobata ſunt, quæ ipſa reprobauit. quare & omnes doctores Eccleſiæ ſuas doctrinas meritò Eccleſiæ iudicio ſubmiſerunt & ſubmittunt quotidie. Sic & Paulus ad Galatas 2. non obſtante, quod Euangelium ſuum à

Suprà, in ſuppoſitione quinta, in tertia manducatione ſpirituali.

Septima.

Chriſti reuelatione habuiſſet, tamen vt autenticaretur, aſcendit cum Barnaba Hieruſalē, vbi pro tunc Eccleſia principaliter reſidebat, & contulit cum illis, ſcilicet Apoſtolis, & aliis in quibus Eccleſia conſiſtebat, & ſeorſum cum illis, qui videbantur eſſe aliquid, ne fortè in vacuum curreret, aut cucurriſſet. Cum igitur Eccleſiæ conſuetudo obtinuerit generaliter, à multis retrò temporibus, vt non ſacrificantes ſub vna ſpecie cōmunicent, fueritque dicta conſuetudo per generalia Cōcilia approbata & declarata, non eſſe contra diuinam voluntatem aut Chriſtī præceptum, manifeſtum eſt, omnem auctoritatē cuiuſcunq; doctoris, quantumcunq; ſancti, aut ingenio & ſapientia præditi, contra hanc conſuetudinem & ſtatutum Eccleſiæ nihil poſſe concludere. quapropter ſi adduceretur aliqua auctoritas, cui per aliquā prædictarum regularum non poſſet ſatis fieri ad plenum, maximè propter proteruiam aduerſantis, reſpondens fidelis Catholicus ad hanc vltimā regulam, tanquā ad portum tutiſſimum, confugiat, quia vnico hoc Eccleſiæ ſole, vt ait Hieronymus, in diſputatione contra Luciferianos, omnium aduerſariorum argumentationum riuulos facile poterit deſiccare. Ad laudem omnipotentis Dei, & exaltationem fidei Catholicæ.

Hieronymus.

Et hic finis eſt poſitionis & reſponſionis Magiſtri Ioannis de Raguſio ſacræ Theologiæ profeſſoris, Ordinis fratrum Prædicatorum, factæ in ſacro generali Baſileenſi Concilio, ad dicta Magiſtri Ioannis de Rockizano Bohemi, in articulo communionis ſub vtraque ſpecie. Anno Domini M. CCCC. XXXIII.

ÆGI-

ÆGIDII CARLERII, DECANI ECCLESIÆ CAMERACENSIS

Oratio,

QVA RESPONDIT PER DIES QVATVOR, IN CONCILIO BASILEENSI AD ARTICVLVM SECVNDVM Bohemorum,

De corrigendis peccatis publicis,

QVEM PROPOSVIT per biduum

NICOLAVS TABORITA.

AVDISTIS Reuerendiſſimi Patres, Illuſtriſſime princeps, Celeberrimi inclyti & doctiſſimi viri, venerabilesque oratores famoſi regni Bohemiæ profundam, præcelſam & veram poſitionẽ de communione diuiniſſimæ Euchariſtiæ per quam oſtenſum eſt, non eſſe de neceſſitate ſalutis, nec præceptum à Chriſto Saluatore quoſcunque non conficientes ſanctam communionē accipere ſub vtraq; ſpecie ſcil. panis & vini. Iam precor patientes aures cōmodate, facite quietum ſilentium, vt dum ſermo qui vt ſpero de regalibus ſedibus venit, in hoc diuino cœtu libere currat, nullus ſubtilia ſperet ab ore dicentis, neq; ſubeſt ingeniū, neq; hoc patitur materia. Debet, ſi Philoſophorū dicta memini, ſermo rei eſſe ſubiectus, non res ſermoni. Vnde cum de punitione peccatorum futura ſit oratio, in ea vt in moralibus, typice & figuraliter procedendū eſt. Cùm manus ad opus ponere tentaui, quorſum oculos, quorſum articulos digitorum ſcribentiū, quorſum denique animū voluerem, pauidus neſciebam. Obtulit ſe lata materia, & anguſtus erat locus ingenij, ſparſa valdè, & colligendi virtus non erat. Quodque cum neceſſitatem rei intelligerem, quod in ea pendeat ſalus orbis, & ſignanter Catholicæ Eccleſiæ vltra quam credi poteſt, Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me Pſalm. 54. tenebræ. Ea propter poſtulaui à Domino, vt oriretur Pſalm. 103. mihi ſol veritatis, pergerem ad opus meum & ad operationem meam vſque ad veſperam, id eſt finem huius a-Pſalm. 118. ctus, & dixi: *Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua.* Pſ. 118. Non miretur aliquis, quod reuelationem pe-3. Reg. 3. to oculorum. Pro regendo vno populo Rex Salomon ſapientiam popoſcit, vt ſciret introitū & exitum ſuum. Et ego vermis & cinis pro reparatione populi vniuerſi lumen ſapientiæ non quæram? ille de populi circumciſi regimine acturus erat, nec in viribus ſuis fuit confiſus. Et ego pro ſalute Chriſtianorum, pro quibus Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanguinem ſuum fudit, pro pace & vnitate laborem aſſumens, vt qui coniunxit duos parietes Iudæorum & gentilium, in vno angulari lapide Chriſto Ieſu, iungat & nos in vinculo Spiritus &

caritatis. Sperabo in virtute mea? magna certe mihi cura eſt vos & hoc famoſum atque inclytum Regnum Bohemiæ, Galliæ meæ regioni olim amicum, conciliare & ſociare in fœdere ſempiternæ pacis; & vt vnanimes de cætero habitemus in domo Domini, vnde ipſos dilectos propter Deum venerandos Nuncios Bohemorum oratores velim, vt ſi aliter ſapiam quo ad aliqua, quam ipſi in articulo de punitione publicorum peccatorum, non moueantur eorum reſides animi: Neque enim ad roſas venitur niſi per mediũ ſpinarum, nec mel quis reperiet, niſi ſe ingeſſerit excercitui apum, neq; in difficilibus niſi poſt diſputationẽ veritas lucebit. Si in hoc ſit non modicus labor, non erit tenuis gloria. Aperui oculos mentis. Peto patres digniſſimi, quoniam viſio mihi oſtenſa eſt, & eam non plenè intelligo, calamitatem Eccleſiæ mente reuoluens, cum ſuper eam plorarem planctu magno, vt alter Hieremias, vidi ollam ſuccenſam & faciem eius à facie Aquilonis. Et quoniam intelligentia opus eſt, in tali, viſione, dixi Deo: *Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua*, Dicam tamen vt intelligo, quæ nam ſit hæc olla, quæ ſuccenſio, quæ facies contra faciem Aquilonis. Olla iſta huius ſacroſanctæ ſynodi necnon & horum venerabilium oratorum Bohemiæ cogitatio eſt, in qua vt in olla, concepta & auiſata reponuntur. Siquidem intellectus poſſibilis eſt omnia fieri, vt agens omnia facere: ſuccenſio, ardor & zelus eſt; facies quæ anterior pars eſt capitis, intentio non incongruè accipitur. Aquilo regio frigida & ſicca à qua, vt Ieremias Propheta teſtatur, panditur omne malum & peccata, Carent enim calore gratiæ & honore pietatis. Cogitatio itaq; huius ſacri Concilij & præſentium venerabilium oratorum Bohemiæ ſuccenditur, Et huius cogitationis intentio verſa eſt contra

Hier. 1.

Pſalm. 118.

Hier. 1.

peccata. Igitur peccata in olla cogitationum veſtrarum, patres eximij & viri venerabiles, profecto comburuntur; quoniam aduerſus ea zelus affectuum veſtrorum commotus eſt. ſed quemadmodum ignis in aliena materia vrit & crepitat, ita quamdiu in peccata zelus accenditur, turbidus eſt & inquietus. Et ſicut ignis in propria materia iam non ignis, carbo, aut ignis flamma, ſed ignis lux eſt non vrens ſed lucens; non agitata, ſed quietus: ita cum zelus exuſtis peccatis in meditatione permanet, lucidus eſt, non vrit, non laborat, ſed tamen in ardore creſcit, de quo Propheta Pſalm. 38. *In meditatione mea exardeſcit ignis.* Quis verò ſuccenſor & ollæ faber eſt qui ſufflauit ſub ea prunas? ipſe eſt venerabilis proponens articulum de punitione peccatorum, prunas rationum ſuarum & auctoritatum cum retulit, ſufflauit, quem creans Dominus ad vos miſit, vt ollam ardentem amplius ſuccenderet, De quo Eſa. ait: 54. cap. *Ecce ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum,* adeo dilectus meus faber exſufflauit, prunas ſuccendit, vt olla ipſa pene reſoluta liqueſcat. ſed ſicut cum videt operarius flammam excreſcere, vt vas proferat in opus ſuum, aquam mittit in ignem, neque tamen ſuccendere deſinit, ita cum zelum venerabilis proponentis admodú vehementem viderem ad combuſtionem vitiorum, timens cum vitiis etiam ipſius ollæ vſtionem, aquam moderationis huius ignei zeli vt alter faber, mittere curaui; videram equidem quoniam flamma vltra fornacem effundebatur cubitis multis, & ſuccenderat eam valde, vnde ego intelligens omnem exceſſum periculoſum, imò vtile in vita eſſe, ne quid nimis, præterea quod malè miniſtrat omnia Impetus, ſocius officio, differenti miniſterio, præparaui antidotum, aquam ad ignem attuli, vt aliquid

Pſalm. 38.

Eſa. 54.

quid ex ambobus nobis medium fieret; medium enim amat Dominus: ſtat medius venientiū ad baptiſmū: Ieſus in medio doctorū eſt. In medio duorum aut trium congregatorū in nomine ſuo, in medio diſcipulorū ſuorum dum dixit, *pax vobis*, nō eſt ergo pax niſi in medio. Igitur extremitatem venerandi proponentis ad mediū tentabò reducere, vt ad pacē veniamus, tunc in camino ignis erit, vt in propria materia, dum purgatis vitiorū rubiginibus & combuſtis, ignis cœleſtium deſideriorū ardebit ſuauiter, hunc Dominus ſuſcitat, hunc Dominus agitat, hunc ſuccendit, de quo ipſe loquitur Lucæ 12. *ignem veni mittere* Luc. 12. *in terram & quid volo niſi vt ardeat?* ideo ignē miſit in terram, quoniam iuxta verba legis, Deus ignis conſumens eſt, Deus æmulator, qui in rubo ardenti apparuit, qui du- Deut. 4. ctor fuit populi in columna ignis per noctē: tunc impletum erit verbum Euangelici Prophetæ Eſaiæ 10. *Erit lu-* Eſa. 10. *men Iſrael in igne, & ſanctus in flamma ignis*, luceat ignis iſte obſecro Domine, in corde meo, vt reuelentur oculi mei, & conſiderem mirabilia de lege tua, ardeat ad conſumptionem peccatorum, vt verba ignea proferam, & ſit ſermo meus vt facula ardens, vt illo ollam cordis per venerabilem proponentem ſupra modum, quantū in ſe fuit, ſuccenſam, nec furere faciā, nec exſtinguā, ſed aſperſio aquæ moderationis, feruorē cordiū in correctione temperet, & ignitum eloquiū frigida commoueat, quatenus reformatione S. Eccleſiæ ad Dei laudem peracta, zelus domus Dei vltra non crepitet, nec prunas denuò ſufflare neceſſe habeamus in præſenti, ſed luceant fidelibus quaſi luminaria in firmamento, & tandem in lumine fortis ſanctorū fulgeant vt ſtellæ, in perpetuas æternitates, præſtante Domino Ieſu Chriſto, qui eſt lucerna eius, qui cum Patre & Spiritu S. eſt Deus benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

AD declarationē veritatis materiæ, Secundi articuli, qui eſt de punitione peccatorum, nuper pro parte venerabilium oratorum inclyti regni Bohemiæ propoſiti venturus, & veritatem iuxta vires oſtenſurus, vnam proteſtationem, vnamq; ſupplicationem vt componerem, ratio iudicauit. Proteſtor, quod iam dicenda ſubmitto correctioni, & emendationi huius ſacrę ſynodi Baſileenſis, affirmans quod affirmandum dictabit; negans quod negabit, à ſua confeſſione nullatenus quamdiu vixero diſceſſurus. Supplico cum omni reuerentia, vt dicenda vniuerſi cum omni manſuetudine ſuſcipiant, Scientes quod neque animo turgido vel indignanti, neque temerario propoſito, ſed in Spiritu lenitatis & in viſceribus caritatis zelus domus Dei hanc ſarcinam me ſuſcipere coegit.

Articulus Huſsitarum.

Audiſtis patres reuerendiſſimi, inclyti Domini ac viri percelebres, prolatum articulum ſub hac forma: *Peccata mortalia publica, & quantum rationabiliter fieri poteſt, priuata, aliæque deordinationes legi Dei contrariæ, in communitatibus Chriſtianorum, & quolibet ſtatu eorundem, debitè iuxta dictamen diuinæ legis, per Chriſti fideles tam ſpirituales quàm ſeculares, prout congruit vtriſque, ſunt cohibenda, corripienda, caſtiganda, & pro poſſe ab eiſdem propellenda.* Deducendo enim proponens propter Chriſtum dilectus, multa inſeruit, ſcilicet, de poteſtate legis humanæ, per quos, & quando peccata publica & ſecreta, quantum fieri poteſt, ſint corripienda, de peccatis prælatorum & ſacerdotum, de indulgentiis, abſolutionibus, & conſecrationibus, de peregrinationibus, & venerationibus reliquiarum, & exceſſibus circa illas, de pluribus ſceleribus aliis intrinſecus & extrinſecus contingentibus ſacerdotes ipſos & alios fideles. Materiam igitur hanc latā & ſpacioſam, ad tria puncta breuiabo, *Diuiſio totius tractatus.*

uiabo. Primus erit de punitione peccatorum publicorũ, de veritate tenenda circa vnam ſpecialẽ materiam huic propoſito aliqualiter attinentem. Secundus pertractabit, per quos fieri debeat peccatorum publicorum punitio. Tertius ſatisfaciet pro poſſe rationibus, per proponentem inductis, & erit de aliquibus incidenter per eum expoſitis, & exceſſibus narratis, cum inductione, vt circa hæc fiat debita per reformationem prouiſio.

Primum notabile.

Quantum ad primum de punitione peccatorum priuatorum, non eſt magna difficultas, maximè vt in articulo proponitur, quia dicitur; & quantũ rationabiliter fieri poteſt priuata. tamen de illis aliquid dicetur in proſecutione materiæ de punitione peccatorum publicorum. Notandum ergo quod peccatum mortale habet multas deſcriptiones, Non enim habet definitionem dicentem quid eſt. Nam multa ſunt entia nõ habentia quidditatẽ vel eſſentiam, vt ſunt priuationes & negationes, & ſic deſcriptiones peccati mortalis ſunt ſermones maioris declarationis. Itaq; dantur à beato Auguſtino quatuor deſcriptiones peccati mortalis. Primum, peccatum mortale eſt *dictum, factum vel concupitum contra legem Dei.* Secundum, peccatum eſt, *voluntas retinendi vel conſequendi quod iuſtitia vetat*, hoc dicitur libro de duabus animabus. Tertium, peccatum eſt, *neglectis rebus æternis temporalia ſectari.* hoc dicit de libero arbitrio. Quartum, *peccatum eſt vti fruendis, & frui vtendis.* lib. 83. quæſt. Ambroſius ſic peccatum diffinit, Peccatum eſt, *præuaricatio legis diuinæ & cæleſtium inobedientia mandatorum.* Anſelmus, peccatum eſt, *carentia debitæ iuſtitiæ ex propria voluntate procedens.* Quoniam verò formale peccati eſt defectus à rectitudine: rectitudo autem per eſſentiam eſt lex ęterna participata in recta ratione: Forma peccati eſt exorbitatio à lege Dei, aut

Contra Fauſtũ Manichæum, lib. 22. c. 27.
De duabus animab. ca 11.
De libero arbitrio. ca. 16.
Lib. 83. quæſtionũ, q. 30.
Ambr. de parad. cap. 8.
Anſelmus de peccato orig. ca. 6. cur Deus homo lib. 1. cap. 9.

aut recta ratione, & hic receſſus à rectitudine debita, ponitur in omnibꝰ deſcriptionibus Auguſtini. Eſt verum ꝙ etiam ponitur materiale peccati ſcil. actus. Itaq; omnes deſcriptiones peccati ab Aug. datæ complectuntur materiale & formale. Deſcriptio Ambroſij dicit ſolum formam & cauſam deficientem, ex qua illud formale procedit, cum dicit, *à voluntate procedens*, à voluntate, ſcil. non efficiente, ſed deficiente, cuius defectus eſt cauſa carentiæ rectitudinis debitæ in eſſe actui, qui dicitur culpa aut peccatum. Hæc dicta ſunt, quia quid nominis, eſt principium doctrinæ. Inter cæteras deſcriptiones, illa quæ eſt Ambroſij videtur bene propria, quia formalis, & illam accepit proponens articulum.

Secundò notandum, quod peccatum dicitur publicũ, quod habet facti euidentiam, quid probabiliter negari non poteſt. Priuatum verò, quod caret tali euidentia facti, quemadmodum dixit proponens.

Tertiò notandum, ad tollendum æquiuocationem in ſequentib. quadruplex eſt iudiciũ, quoddã eſt diſcuſſionis, aliud eſt cõdemnationis vel generaliter diffinitionis ſecundùm ꝙ eſt actus iuſtitiæ. Aliud cõparationis, aliud aſſeſſionis. De iudicio diſcuſſionis ſeu diſcretionis oſtẽdens Apoſtolus, quomodo homo debet ſe ipſum ꝓbare, ait. *Quod ſi noſmetipſos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur*. De iudicio cõparationis, quo aliqui iudicari dicuntur, qui reſpectu aliorũ aliqui iudicantur, vt loquitur Alexander de Hallis in 3. ſcribitur Matth. 12. *viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta & condemnabunt eam, quia pœnitentiã egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quã Ionas hic, Regina auſtri ſurget in iudicio cũ generatione iſta, & condemnabit eã, quia venit à finibus terræ videre ſapientiã Salomon. Et ecce plusquam Salomon hic*, de iudicio aſſeſſionis Matth. 19. *iudicantes* 12.

1. Cor. 11.

Parte. 3. q. 25. art. 1.

tribus Iſrael. Et iſta diſtinctio vtilis erit ad propoſitũ in ſequentib⁹ de cõſideratione peccati ſecundũ ſe, & in comparatione ad ſubiectũ, non eſt inutilis diſtinctio, vt in ſequentib⁹ cohibitio, ad peccatũ in ſe referatur, correctio autem, punitio & propulſio, ad peccatum in ſubiecto, id eſt, ad peccantem.

Quartò notandũ quod duplex eſt correctio, quędã eſt actus iuſtitiæ pro cohibitione pœnæ, alia eſt caritatis ad cõſeruationẽ conſcientiæ, & hoc iterũ ad tollendã ęquiuocationẽ in dicendis non erit impertinens. Nam ſæpè ꝓpter identitatẽ nominis, conuolat quis de vno in aliã. Exordiendo igitur ab origine legũ ſit hęc ꝓpoſitio 1. *ponenda eſt lex æterna in ſummo omniũ principe.* Cũ enim mundus diuina ꝓuidentia regatur, neceſſe eſt in gubernante eſſe dictamen practicũ omniũ ab eo directorũ, in quantũ à ratione practica artis increatæ proceſſit, vt ſic ſua prouidentia in ipſum vt finem vlt. reducatur. De qua dicit beatus Aug. in lib. de arbit. *lex quæ ſumma ratio nominatur, non poteſt cuiquam intelligenti niſi incommutabilis* æternaque videri. Et idem de vera religione dicit, *menti noſtræ conceſſum eſt videre legem veritatis immutabilem*, ſed omne immutabile dicitur æternum. Ponenda eſt ergo lex æterna. ab hac deriuatur in nobis lex naturæ, velut quędam participatio eius, per quam inclinamur ad proprios actus & finẽ vitę humanæ, de qua, ſuper illo ad Rom. 2. *Cum gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, huiuſmodi legem non habentes ſibi ipſis ſunt lex*, dicit gloſſa, *Etſi nõ habent legem ſcriptam, habent tamen legem naturalem, qua quiſquis intelligit & ſibi conſcius eſt, quid bonum, quid malum*, hæc eſt impreſſio de qua Propheta in Pſal. 4. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* De hac etiam dicit Aug. lib. 83. *ex ineffabili atq; ſublimi rerum adminiſtratione quæ fit per diuinam prouidentiã quaſi trãſſcripta eſt lex naturalis in animã rationalẽ.*

Propoſitio prima.

Aug. de lib. arbit. cap. 6.

Aug. de vera relig. ca. 30. tom. 1.

Rom. 2.

Gloſſa ordinaria in cap. 2. ad Rom.

Pſalm. 4.

Secun-

Propoſitio ſecunda.

S. Thom. 1. 2. qu. 91. art. 3. in corp.

Secunda propoſitio. *Vltra legem æternam & legem naturalem oportet ponere legem humanam*, humana enim ratio non poteſt participare ad plenum dictamen rationis diuinæ, ſed ſuo modo & imperfectè ac ſecundū obſcuram reſonantiam vt loquitur Albertus Magnus. Ideo ſicut ex parte rationis ſpeculatiuę per naturalem participationē diuinę ſapientię ineſt nobis aliquorū cōmunium principiorū cognitio, nō aūt cuiuslibet veritatis, ſicut in diuina ſapientia continetur, ſic etiam ex parte rationis practicæ naturaliter homo participat legem æternam ſecundum quædam principia communia, nō autem ſecundū particulares directiones ſingulorum, quæ in æterna lege continentur. Vnde neceſſe eſt quod ratio humana procedat ad particulares quaſdam legum ſanctiones. Et hæ dicuntur lex humana. ſic dixêre quidam, quod initium Iuris eſt à natura profectum, deinde quædam in conſuetudinem, ex vtilitate rationis, venerunt, poſtea res à natura profectas, à conſuetudine probatas legum metus & religio ſanxit. Igitur prima ratio neceſſitatis legis humanæ ſumitur ex imperfectione rationis noſtræ, quæ de ſingulis agendis non poteſt iudicium ferre ex ſolis principiis practicis legis naturæ. Et illam tangit ſanctus Thomas 1. 2. quæſt. art. 3. in corpore. Præterea etſi vi refulgentiæ legis æternæ in nobis, & ſuper vultus rationalis creaturæ infuſi radij diuini luminis, quædam naturalis inclinatio ſit in nobis ad virtutes, perfectio tamen eſt per aliquam diſciplinam, quæ perfectio præcipuè conſiſtit in retrahendo hominem ab indebitis delectationibus ad quas proni ſunt homines, maximè iuuenes. Ideo neceſſe eſt hanc diſciplinam haberi ab alio. Et quidem in bene diſpoſitis ad virtutes ex bona diſpoſitione naturæ, vel conſuetudine, vel diuino munere, ſufficit diſciplina paterna, quæ eſt per monitiones, in pronis verò ad vitia, qui verbis non facilè mouentur, neceſſaria eſt diſciplina coactiua, per vim aut metũ, vt ſaltem ſic malè facere deſiſtant, dentque cæteris vitam quietam, & tandem, mediante cõſuetudine, ad hoc perducantur, vt voluntariè faciant, ꝙ à principio metu impleuerunt. Talis verò diſciplina eſt diſciplina legum. Hæc ratio tangitur à beato Thoma 1. 2. q. 95. art. 1. in corpore. Hæ duæ viæ differunt, quia vna ſumitur penes cognitionem, alia penes actionem.

S. Thom. 1. 2. q. 95. ar. 1. in corp.

Ex prima ratione ſequitur quod præcepta legis humanæ deriuantur ex præcepto legis naturæ multa, & communiter per modum determinationis communium principiorum. Sicut ex illo principio legis naturæ: Qui malè facit, eſt puniendus, deriuatur præceptum ꝙ tali vel tali pœna eſt puniendus. Aliqua etiã deriuantur ex præceptis legis naturæ per modum concluſionum ex principiis, vt ex illo legis naturæ: Nullum malum eſt faciendum, deriuatur illud præceptum legis humanæ, non eſt occidendum, ſcilicet propria auctoritate. Et ea quæ deriuantur per modum concluſionum ex præceptis legis naturæ, ſicut ex principiis, vigorem habent, non ſolùm quia lege ſunt poſita: ſed etiam ex lege naturæ: Quæ verò deriuantur per modum determinationis, cum non ſint incluſa in illis, vt ſunt concluſiones in principiis, habent ex ſola lege humana vigorem. Hæc in ſumma habentur à Thoma prima ſecundæ quæſt. 95. art. 2. in corpore. Et infrà: quæſt. 99. art. 3. & 4. oſtendit, quod lex diuina ordinet hominem ad Deum & ad hominem, & quod vtrumque in communi, pertineat ad dictamen legis naturæ, ad quod pertinet præcepta moralia determinare. Determinatio in his quæ ordinant homines ad Deum, facta eſt in lege veteri per cæremonialia. Determinatio verò in his quæ ordinant homines ad inuicem, facta eſt in lege ipſa per iudicialia. Et huius determinationis cærimonialium & iudicialiũ neceſſitas fuit, quia vniuerſalia non mouent ſufficienter ad opus, vnde ex hoc præcepto: Deus eſt adorandus, ſine particulari pius & religioſus affectus neſciebat exire in opus; ſed aut, vt inſpirabatur vnicuique, vt factum eſt ante legem datam, aut ex poſt per cærimonialia fuit determinatum; ſic adoratum eſt, ſic ſacrificatum eſt tunc, ideo etiam ex præceptis: Non furtum facies, Non mœchaberis, & ſic de aliis, quæ ſunt legis naturę & moralia, ſi non fuiſſet determinatũ poſtea, qua pœna fur, aut mœchus, aut homicida, & ſic de aliis, puniendus erat, iudex non niſi proprio arbitrio pœnam ſciuiſſet infligere; ideo vt debitus ordo hominum ad inuicem & pacis ordo ſeruaretur, oportuit iudicialia præcepta ſuperaddere moralibus. Videtis exemplũ quantũ ad illud de obſeruatione ſabbati, q̃ in generali, quantum ad actum colendi, morale eſt, quoniã Moyſes nõ habens qua pœna puniendus erat, qui ligna collegerat in ſabbato, Dominũ conſuluit. Et iterũ Ioſue ſuper furto Achior, quod nõ ſimplex furtum videbatur, ſed furtum de Anathemate Iericho, reſponſum petiit à Domino. Quoniam verò cæremonialia legis veteris ſunt mortua & mortifera & iudicialia eiuſdem mortua, neceſſe fuit ſub lege gratiæ eſſe leges humanas, quæ præcepta moralia legis diuinæ & naturalis per deriuationem ab illa determinarent. Alioqui iudex homo ſæpe neſciret furem, homicidam, adulterum qua pœna puniret, ſicut ſciens quod currendum eſt, ſed neſciens quo curſum dirigeret, nunquam inchoaret. Hæc ideo poſita ſunt vt non deſpiciantur leges humanæ, ſed omninò teneantur neceſſariæ, quæ tantum bonæ ſunt, inquantum diuinæ legis rectitudinem & iuſtitiam imitantur.

Num. 15.

Ioſ. 7.

Tertia propoſitio. *quamuis omnia peccata mortalia & maximè publica ſint à quolibet fideli deteſtanda, non tamen omnia poſſunt puniri lege humana.* Primam partem concluſionis ſuppono. Alteram probo ſic. Iſidorus 5. Etym. cap. 21. dicit, ꝙ lex debet eſſe honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundũ naturã, ſecundum conſuetudinem, patrię, loco, temporiq́; conueniens, neceſſaria, vtilis, manifeſta quoq́;, ne aliquid per obſcuritatem in captione contineat, nullo priuato commodo, ſed pro communi vtilitate ciuium conſcripta. Ex hoc ergo ꝙ lex debet eſſe poſſibilis ſecundũ naturã & conſuetudinẽ patriæ, & ex hoc quod pro communi omniũ fertur vtilitate, deducitur concluſio ſic. Lex ponenda eſt hominibꝰ ſecundum eorũ conditionẽ, ergo ſecundũ diuerſos hominũ mores, diuerſæ leges ſunt ferendæ, imò ſecundũ varietatem temporũ ſunt mutandę. Cum igitur non ſit eadem conditio perfectorũ & imperfectorũ, & aliqua ſint poſſibilia perfectis, quę non imperfectis, legislator, qui multitudini præeſt cui & fert legem, in qua communiter maior pars eſt imperfectorum, cuius intẽtio eſt ciues facere bonos, poſſibilia multitudini debet præcipere, Alioquin faceret eos deteriores, cũ tranſgrederentur perfectionis præcepta. Ille ergo prohibet à quibus poſſibile eſt faciliter multitudinem abſtinere, & quæ vertuntur in nocumentũ communitatis. Alia verò quæ non ſunt huiuſmodi, tolerat & permittit. Hæc ex Thoma 1. 2. q. 95. ar. 3. in corpore. Si verò multitudini in qua maior pars regulariter eſt imperfectorum, difficilia præciperet, & leuiora aut minus grauia prohiberet, quia nimis vellet emungere, eliceret ſanguinẽ rebellionis, & contemptus, aut turbationis pacis. Quod ſi vinum nouum, id eſt pręcepta perfectę vitæ, mittatur in vtres veteres, id eſt, in homines imperfectos: vtres rũpuntur, & vinum

Tertia propoſitio.

S. Thom. 1. 2. q. 95. art. 3. in corpore.

Prou. 30.

Matth. 9.

1. 2. q. 96. a. 2. ad 2.

num effunditur: id eſt, præcepta contemnuntur: & homines ex cõtemptu ad peiora mala prorumpunt. hæc ex ſancto doctore accipiuntur. Vnde furta, homicidia, adulteria &c. quæ conturbant politiam, & à quibus multitudo faciliter abſtinere poteſt, humana & ciuilis lex prohibet. ſimplicem autem fornicationem, aut ſimplex meretricium, ſi fiat vis in verbo, licet ſit peccatum mortale, & diuinæ maieſtatis offenſiuum tolerat. Nam per ipſum non turbatur politia, nec plebium multitudinem luſibus, deliciis, & voluptatibus deditam facile eſt àbſtinere. Dicit enim Hieronymus in epiſtola ad Oceanum, *venter merò æſtuans citò deſpumat in libidines.* & quidam, *proximus,* ait, *à Libero patre intemperantiæ gradus eſt*, imò punitio pœnalis huius peccati occaſionem daret maioribus criminibus, & pareret in politia graue ſcandalum. Item Auguſtinus de hoc peccato loquens, lib. de ordine vt Thom. refert, ait: *aufer meretrices de rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus.* Item de tolerantia Iudęorum ſcriptum eſt, Pſ. 58. *Dominus oſtendit mihi ſuper inimicos, ne occidas eos,* & tamen ſunt mali, igitur &c. De hac verò tolerantia ſic dixit Thom. 2. 2. quæſt 10. art. 11. in corpore, *humanum regimen deriuatur à diuino, & ipſum debet imitari, Deus autem quamuis ſit omnipotens & ſummè bonus, permittit tamen aliqua mala fieri in vniuerſo, quæ prohibere poſſet, ne eis ſublatis, maiora bona tollerentur, vel etiam peiora mala ſequerentur, ſic ergo in regimine humano illi qui præſunt rectè aliqua mala tolerant, ne aliqua bona tollantur, vel etiam ne aliqua peiora mala incurrantur.* Allegat ibi Auguſtinum lib. de ordine dicentem: *Aufer meretrices, &c.* vt ſuprà: *ſic ergo infideles tolerari poſſunt quamuis peccent, propter aliud bonum quod eis prouenit, vel propter aliquod malum quod vitatur. Ex hoc autem quod Iudæi ritus ſuos obſeruant, in quibus olim præfigurabatur fidei veritas, quam tenemus,*

Hieron.

Lib. 2. cap. 4.

S. Thom. 2. 2. quæſt. 10. art. 11. in corp.

Pſalm. 58.

hoc bonũ prouenit, quod teſtimoniũ fidei noſtræ habemus ab hoſtib. & quaſi figura nobis repræſentatur quod credimus, & idẽ in ſuis ritibus toleratur. Aliorũ verò infideliũ ritus qui nihil veritatis aut vtilitatis afferunt, nõ ſunt aliqualiter tolerandi, niſi forte ad aliquod malum vitandũ, ſcilicet, ad vitandum ſcandalũ, vel diſsidiũ, quod ex hoc poſſet prouenire, vel impedimentum ſalutis eorum qui ſic tolerati paulatim conuertuntur ad fidem; propter hoc enim etiam hæreticorũ & paganorũ ritus aliquando Eccleſia tolerauit, quando erat magna infideliũ multitudo. hæc ille. Item Greg. dicit de Iudæis, & habetur in decreto, diſt. 45. cap. *Qui omnes feſtiuitates ſuas, ſicut hactenus ipſi & patres ipſorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obſeruandi celebrandiq; licentiam.* Item Aug. primo de libero arbitrio dixit: *lex humana non poteſt omnia quæ male fiunt punire, vel prohibere, quia dum auferri vellet omnia mala, tolleretur etiã plura bona, & impediretur vtilitas cõmunis:* propterea idẽ eodem lib. ait: *Iſta lex quæ regendis ciuitatibus fertur, multa concedit atque impunita relinquit, quæ per diuinam prudentiam vindicantur;* neq; enim quia non omnia facit, ideo quæ facit improbanda ſunt, verum, ſi non omnia mala publica poſſit pœnaliter punire, tamen prohibet omnia, & punit quæ vergunt in aliorum nocumentum in politia. Nam Auguſtinus vt Alexander recitat in ſuo tertio, ponit in lib. de decem cord. differentiam inter flagitioſos, & facinoroſos, & dicit quod flagitioſi ſunt qui peccant in ſe, facinoroſi verò qui peccant in alios, eis nocendo. Et contrà tales qui nocent proximis, datæ ſunt leges, vt cito de mediis rapiantur, vt ſcl. ſint velut membra putrida in corpore ſocietatis humanæ. Et ideo à ſocietate ſunt abſcindendi. propterea ſic dicit Iſydorus 5. lib. Etym. *factæ ſunt leges, vt eorum metu humana coerceatur audacia, tutaq; ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refre-*

Lib. 11. ep. 15.
C. 3. Syncera.

Lib. 1. cap. 5.

Cap. 10.

Iſyd. lib. 5. cap. 20.

Aug. epiſt. 48.

refrenetur nocendi facultas. cogit interdũ lex humana nonnullos legem Euangelicã obſeruare, ſecundum quos dicitur Luc. 14. *Exi in vias & ſepes, & cõpelle intrare, vt impleatur domus mea*. Et hoc teſtatur beatus Aug. ad Vincentiũ Donatiſtam dicens: *hæc autem primitus ſententia mea erat, neminem ad vnitatẽ Chriſti eſſe cogendum: verbo enim agendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos Catholicos haberemus quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea non contradicentium verbis, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis. Nam primò mihi opponebatur ciuitas mea quæ cum tota eſſet in parte Donati, ad vnitatem Catholicam timore legum imperialium conuerſa eſt, quam nunc videmus ita huius veſtræ animoſitatis perniciẽ deteſtari, vt in ea nunquã fuiſſe credatur.* Et commemoratis aliis pluribus, ſubiungit: *His omnibus terror legum, quib. promulgandis reges ſeruiunt Deo in timore, ita profuit vt nunc alij dicant: Iam hoc volebamus, ſed Deo gratias, qui nobis occaſionem præbuit & dilationum morulas amputauit. Alij dicant: Hoc eſſe verũ iam ſciebamus, ſed neſcio qua conſuetudine tenebamur: Deo gratias, qui vincula noſtra diſrupit, & nos ad pacis vincula tranſtulit. Alij dicant: Neſciebamus hic eſſe veritatem, nec eam diſcere volebamus, ſed nos ad eam cognoſcendam metus fecit eſſe intentos, quo timuimus, ne forte ſine vllis rerum æternarũ lucris, damno rerum temporaliũ feriremur: gratias Domino qui negligentiã noſtram ſtimulo terroris excuſsit. Alij dicant: Nos falſis rumorib. terrebamur intrare, quos falſos eſſe neſciremus niſi intraremus, nec intraremꝰ, niſi cogeremur: gratias Deo qui trepidationẽ noſtram flagello abſtulit, expertos docuit, quam vana & inania de Eccleſia ſua mẽdax fama iactauerit. Alij dicant: Putabamus quidem nihil intereſſe, vbi fidem Chriſti teneremus: ſed gratias Deo qui nos à diuiſione collegit, & hoc vni Deo congruere, vt in vnitate colatur oſtendit. Seruiant ergo reges terræ Chriſto, leges edendo pro Chriſto.* hæc Aug. Ex quo ſequitur, quod illa mala quę lex humana permittit ad vitandũ maius malũ, & maximè

illa

Digitized by Google

Meretrices.

illa quę ſunt circa delectationes tactus,guſtus,&olfactus, ſicuteſt ſimplex fornicatio,& magis ꝓpriè loquẽdo, ſimplex meretriciũ, tenetur ꝓpoſſe reſtringere,puta, quantum ad locum, vt meretrices non ſint in loco honeſto ciuitatis, ſed in loco quaſi ſterquilinij , vbi ſunt purgamẽta ciuitatis. Nec ſint in locis priuatis, ne inuerecundius peccetur, ſed in loco publico. Et melius videtur fortaſſe, vt in ſuburbiis ciuitatum. Quantũ ad progreſsũ,nec currere permittantur per vicos & plateas ciuitatis, nõ tabernas aut cõmeſſationes cum viris frequentare. Quantũ ad ornatum,ne precioſis vtantur veſtimentis,ne auro vel argento capita fulgeant,nõ in tortis crinibus,nõ in extrinſeca capillatura videantur ab hominibus, nõ tunicę manicas ad terrã habeant non redimicula mitre,ne vt quidam loquitur videantur Ideæ Berecynthiæ matris. Sicque per legem humanã ciuilem fieri debet vt nõ ſicut licitum hæc peſtis maneat in vrbibus, ſed tanq̃ malum, licet minus,ad vitandũ maiora, ita vt quantũ poſſibile eſt, inſolentia reprimatur,nec in loco permittantur meretrices manere ad quem pateat aliunde licitus acceſſus. propellãtur ergo omnino à domibus mechanicorũ, ſtufarũ, & locis Balnealibus,ne ſub prętextu alicuius liciti,peccetur licentius:quinimò nec permittãtur ſimili habitu vti, vt honeſtæ mulieres. Tenetur inſuper lex ciuilis delectationes guſtus temperare propoſſe, ſcilicet, ne tabernas viri ſcurriliter, & ſic ingurgitando frequentent, nec illuc taxillarij aut alij accedant. Nec pateat illic feminæ ſuſpectæ acceſſus. Ne tabernarij vina ſophiſticent, ne ad eas accedentibus falſa offerant irritamenta malorũ: Et generaliter poſſet ꝓhibere humana lex & punire omnia peccata mortalia publica, à quibus facile eſt multitudinem abſtinere, tribus concurrentibus, ſcil. iuriſdictione coniunctione & pace ſalua. de quibus dicetur infrà: alia tolerat & permittit propter quid, bonus legislator, vt ædificatores in Lesbia inſula. Eſt enim Lesbia inſula, in qua regula plumbea ædificare oportet, eò quod ſunt ibi duriſſimi lapides citius malleo frangibiles quàm vt poſſint eorum nodi rectificari. Itaque regula ibi ædificantium plumbea eſt, vt ad duriſſimos lapidum nodos flectatur, & rurſus rectificetur, nõ omnes, ſed enormes tortuoſitates deuitans. Hæc eſt doctrina principis Peripateticorum Ariſtotelis, Ariſto. 5. Ethic. A quo ſicut à cæteris vtait Auguſtinus tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus Catholici poſſunt extorquere veritatem: ſic ſeruit Domino in timore lex humana. Sic tamen diſcat à lege Domini lex humana, vt non puniat omne peccatũ mortale quod fit in hoc ſeculo. Et tamen aliqua crimina licitè poteſt punire mortis ſupplicio. Nec in hoc contradicit Euangelicę legi, vt proponens expoſuit. Probatur hoc ſic: gloſſa interlinearis ſuper illo. Exo. 20. *Non occides*, dicit, *iudex occidit reum ſed lex quæ iubet.* innuens quod auctoritate iuſtitiæ hoc liceat, quia ſi nullà auctoritate liceret, ſuperfluè dixiſſet *ſed lex*: hæc gloſſa non eſt præcepti iudicialis nunc mortui, ſed moralis in lege gratiæ manentis in vigore. Nam ſecundum quod dicit Rabi Salomon vt recitat Nicolaus de Lyra, in iſto præcepto homicidium tantũ prohibetur, propter quod imponitur pœna mortis. Alia verò mala quæ corpori aut rebus poſſunt inferri, prohibentur aliis præceptis iudicialibus. Item ſcriptum eſt Prouerb. 8. *per me reges regnant & legum conditores iuſta decernunt.* Deus autem poteſt occidere, cum ſit auctor vitæ, & mortis habeat imperium, ipſo dicente Deut. 32. *Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam & ego ſanabo.* Ergo reges quibus ipſe conceſſit regnare, hoc poſſunt

Ariſt. lib. 5. Ethic. cap. 10. S. Thom. lect. 16.

Auguſt.

Prouerb. 8.

Deut. 32.

facere

Digitized by Google

facere per iuſtitiam, ſcilicet, mortem inferre. Item ad Rom. 10. dicitur de committentibus grauia mortalia, *qui agũt talia digni ſunt morte.* Sed de iudice dicitur in 13. quod Dei miniſter eſt, ergo quos Deus iudicat ad mortem, poteſt iudex licitè interficere. Et maximè illos qui per legem diuinam adiudicati ſunt morti, ſecundùm quod dicitur Lucæ 19. *Inimicos meos illos qui noluerunt me regnare ſuper ſe adducite huc, & interficite ante me.* Item ad Rom. 13. dicitur de temporali principe: *non ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum facit.* Ergo maleficum occidendo non peccat, cùm facit auctoritate iuſticiæ, quia Dei miniſter eſt. Cyprianus ſuper illo Deut. 13. *Si audieris in vna ex ciuitatibus quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te illis, dicentes: Eamus, ſeruiamus Diis alienis quos non noſti, interficiens necabis omnes qui ſunt in ciuitate cæde gladij* dicit: *huius præcepti memor Mathatias* 1. *Mach.* 2. *interfecit illum qui ſuper altare ſacrificabat.* ſi ante aduentum Chriſti hęc præcepta ſunt, quanto magis poſt aduentum Chriſti ſunt obſeruanda? Et ſi dicatur quod non eſt obſeruandum hoc præceptum, quia iudiciale, & per conſequens mortuũ. Eſto, quod ea ratione, qua iudiciale erat, non ſit ſeruandum, tamen ea parte qua in noua lege fundamentum habet, ſicut expoſitum eſt ex verbis Apoſtoli ad Rom. 1. & 13. Et ſicut ſtatim patebit in verbis Saluatoris implicitè contentum, licitè poteſt impleri. Amplius beatus Auguſtinus dicit: *cum quis iuſtè occiditur, lex occidit, non tu,* ait ad iudicem: Rurſus dicit Hieronymus ad Riparium: *non eſt crudelitas crimina pro Deo punire, ſed pietas,* & quod de punitione vltimi ſupplicij, ſcilicet mortis intelligat, apparet, quia præmiſit: *Legi vindictam Phynees, auſteritatem Heliæ, zelum Simonis Cananei, qui in duos magos Zaroe & Arfaxat ignitos ſerpentes extorſit, Petri ſeueritatem*

Rom. 10.

Rom. 13.

Luc. 19.

Cypr. ad Fortun. de exhortatione Martyrij cap. 5.

Auguſt. in quæſt. Leuitici 468. *ad cap.* 16.

S. Hier. epiſt. 53. *aduerſus Vigilantium.*

Num. 15.

3. *Reg.* 18.

Abdias li. 6.

Act. 5. Act. 13. *Ananiam & Saphiram trucidantis, Pauliq; conſtantiam qui Elymam magum æterna cæcitate damnauit.* Et tunc ſubiungit, *Non eſt crudelitas &c.* Et poſt hæc verba ſubiungit, *Vnde & in lege dicitur: Si frater tuus & amicus, & vxor quæ eſt in ſinu tuo, deprauare te voluerint à veritate, ſit manus tua ſuper eos, & effunde ſanguinem eorum, & auferes malum de Iſrael:* Item Lib. 1. vltra medium. Auguſtinus in ſermone Domini in monte, ait: *Helias multos morte affecit, & propria manu & igne diuinitus impetrato, quem* Luc. 10. *conſtat Spiritu ſancto repletum, ſicut dicitur Luc. 10. de Ioan. Baptiſta, ipſe præcedit ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ, & alij multi magni & diuini viri eodem ſpiritu conſulendis rebus humanis non temere id fecerunt.* Item idē in eodem: *verbis Apoſtoli* Act. 5. *Petri Ananias & vxor eius, ſicut in Actibus Apoſtolorū legimus, exanimes ceciderūt, nec reſuſcitati ſunt ſed ſepulti.* Ex quo ſumitur ratio, quod ſi in plenitudine temporis nullum liceret occidere, Petrus aut non occidiſſet, aut, vt communiter dicitur, ſententiam mortis non promulgaſſet.

Adduco pro hac parte rationes Alexandri de Ales doctoris irrefragabilis. Par. 3. q. 47. memb. 4. ar. 1. Prima ſi ex iuſtitia leuiores pœnæ inferendę ſunt alicui pro culpa aliqua, cū ipſe per illas nondum corrigitur, ſed addit præteritæ culpæ cōtumaciam, manifeſtum eſt quod cum contumatia ſit graue peccatū, quod merito cōtumaciæ, debet creſcere pœna, aut contumacia remanebit impunita. Quia ergo creſcere poteſt quantumlibet contumacia, creſcere poteſt de iure quantumlibet & pœna. Quare neceſſe eſt, vt ipſa vel ſit mors corporalis, vel ęqualis illi, cū mors corporalis nō ſit pœna infinita. Per hanc autē viam à flagellis leuibus venitur ad grauia, à grauibus ad vulnera, ab illis ad tormenta, à tormentis ad ipſam mortē, per ſimilia cōtumaciæ tormenta.

Secunda ratio. cū proportionales ſint culpæ & pœnæ illis debitæ; ſi ergo alicui culpæ debet' flagellatio, maiori culpæ duplo maior flagellatio debetur. Et ſic in decuplo, & centuplo, & tanta poterit eſſe flagellatio, quod inducet mortem, ſequitur ergo de neceſſitate, quòd mors corporalis pro aliqua culpa poteſt infligi.

In pleriſque ſenſus magis quàm verba citantur.

Tertia ratio. occidens hominẽ iniuſtè, aut puniendus eſt pœna mortis, aut minori. Si primum, habetur intentum. Si pœna minori, aut finitè minori, aut infinitè. Non ſecundũ, quia non ſeruaretur æqualitas pœnæ ad culpã, contra illud. *Secundũ quantitatem delicti, erit & plagarũ modus,* & contra illud Apoc. 18. *Quantum glorificauit ſe & in deliciis fuit, tantũ date ei tormentũ & luctum.* Si finitè minori, adhuc idem: Et ſicut dum quis damnificauit aliquem in mille marcis, non ſufficienter puniretur reſtituendo vnam, ſic nec in propoſito.

Deut. 25.
Apoc. 18.

Quarta ratio. Aut mors corporalis eſt maior omni culpa, aut non. Si primum, ergo iniuſtus eſt Deus, qui eam inflixit toti generi humano pro cõmeſtione fructus ligni ſcientiæ boni & mali. Iniuſtus eſt Chriſtus, qui eam inferet Antichriſto, ſicut dicitur 2. Theſſ. 2. *Quem Chriſtus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui.* Si ſecundũ, ergo interri poteſt licitè pro aliqua culpa: nec valet quod dicunt Dominum Matth. 5. dixiſſe: *Ego autem dico vobis omnino nõ reſiſtere malo.* Nam ſicut dicit Aug. Non prohibetur vindicta quæ ſit ad correctionẽ. Et iterũ idem ait ibidẽ: *officia vindictæ poſſent bono animo impleri, quomodo iudex, quomodo lex.* intelligetur ergo prohibita iniuria perſonalis vindicanda libidine vindictæ, nõ de iniuria Dei vel Eccleſiæ vindicanda zelo iuſtitiæ: Nec illud quod allegant ex Matth. 13. de prohibitione eradicationis zizaniorum, valet. Nam hoc fecit Dominus vt parceretur tritico, non vt parceretur zizaniis in detrimentum tritici. Ideo vbi creſcunt zizania in detrimentũ tritici & ſuffocationẽ, nullatenus creſcere ſinendi ſunt, ſed ſi opus eſt per mortẽ corporalẽ vindicãdi.

2. Theſſ. 2.
Matth. 5.
Auguſt.
In quæſt. ſuper Euãgelia li. 1. quæſt. 10.

Rurſus nec prohibuit Dominus ſimpliciter eradicationem zizaniorum, ſed eradicationem generalẽ, dubiam & ſuſpectam, ne ſcilicet de ambiguo iudicemus, vt eſt inter lolium & triticum dum ſunt in herba. De iſto inferius aliqua dicentur: Dicit ergo Alexander. Maleficus poteſt interfici duplici de cauſa, aut quia homo, aut quia maleficus. Si interficiatur quia homo, interficitur odio perſonæ, & hoc prohibetur cum dicitur: *Non occides* quia maleficus occiditur odio malitię & amore inſcitię. Et tũc diſtinguendum. Aut occiditur ab illo, qui habet auctoritatem, vt à principe ſeculari, & hoc non prohibetur ibi, *non occides*. Aut ab illo qui non habet poteſtatem, & ſic prohibetur, cum dicitur *Non occides*: Non ergo eſt illicitum occidere maleficum in eo quod maleficus, ab eo qui habet auctoritatem, imo in hoc ille eſt Dei miniſter. Teſte beato Hieronymo lib. 4. ſuper Ezechielem dicentem. *Qui malos percutit in eo quod ſunt mali, & habet vaſa interfectionis, id eſt poteſtatem vt occidat peſſimos, miniſter Domini eſt.* Sanctus Thomas ſecunda ſecundæ quæſt. 64. art. 2. & 3. in corpore. Determinat quod peccatores poſſint iuſtè occidi pro ſalute totius reipublicæ, ad quam quilibet comparatur vt pars, vnde ſicut membrum putridum pro ſalute corporis licitè poteſt à corpore abſcindi: Sic peccator periculoſus reipublicæ, & infectiuus, qui veriſimiliter non poteſt ſanari propter ſalutem boni communis, laudabiliter & ſalubriter occiditur: modicum enim fermentum totam maſſam corrumpit, 1. Cor. 5. Hoſtienſis in ſumma primo libr. tit. 25. idem dicit in ſubſtantia quod Alexander & Thomas, & rurſus de eodem, 6. lib. 14. De lyra, idem ſentit Exod. 23. *inſontem & iuſtum non occides*. Ex verbis enim ſuis poteſt hoc elici, & in hoc cõcordant doctores. vnde neſcio vnde venerit hæc adin-

uen-

Alexander de Ales pa. 3. q. 34. membr. 1. art. 3.

Hier. lib. 3. ſuper Ezech. in cap. 9: Item 23. q. 5. Qui malos. cap. 29.

1. Cor. 5. Hoſtienſis.

Exod. 23.

uentio, niſi vt maior licentia detur, fingere volentibus noua: Tanta de lege humana dicta ſunt, quia proponens in articulo ſuo videtur eam negligere quo ad correctionem, caſtigationem, & expulſionem, peccatorum publicorum, aut parui pendere, imo contemnere in quodam notabili, vbi dicit. *Ne autē aliqui ex iſtis dictis modis, peccata caſtigandi aut corrigendi, occaſionem accipiant ſecundum iudicialia legis, pro nunc non obligantia, Aut ſecundum humanas leges, legi Euangelicæ diſſonas, reos mortis ſupplicio puniendi: Illud præmiſſis adiungimus.* vbi videtur dicere eas legi Euangelicæ diſſonas, plectere mortis ſupplicio: Cum tamen audiueritis Saluatorē noſtrum hoc facturum in Antichriſto, Petrum feciſſe, aut à Domino factum promulgaſſe in Anania & Saphira; audiueritis auctoritates veteris & noui teſtamenti, & doctorum ſanctorum cum rationibus difficilibus Alexandri.

IAm ad eorum intentionē magis accedo, ponens hanc vnicam concluſionem, *licet omnia peccata mortalia ſint diuina lege expreſſè vel implicitè prohibita, non tamen omnia peccata mortalia publicè ab homine ſunt, ex dictamine huius legis, pænaliter per iudicium punienda.* Prima pars concluſionis nota eſt, ſecunda probatur: Deus qui eſt iuſtiſſimus iudex, aliqua in lege veteri permiſit, multò ergo magis habet homo permittere, cuius potentia executiua eſt remiſſior lege diuina præceptiua, aut prohibitiua. Patet aſſumptum primo. Moyſes occidendo Ægyptium peccauit. Nam Auguſtinus contra Fauſtum loquens de illo, & etiam de Petro qui abſcidit auriculam Malchi ſententialiter dicit, quod vterq; nondum regimen aſſumpſerat, hic ſynagogæ, iſte Eccleſiæ: vterq; non deteſtabili immanitate, ſed emēdabili animoſitate iuſtitiæ regulā exceſſit, vterq; odio improbitatis alienæ, ſed ille fraterno, iſte dominico,

Propoſitio quarta.

Aug. lib. 22. cap. 70. cont. Fauſt.

nico licet adhuc carnali, tamen amore peccauit, tamē illud peccatum Moyſi non legitur à Domino punitū, imò poſtea ducatū populi Hebręorū ab eo accepit. Item vſura eſt de ſe mala, ſed licet Deus poſſit facere de re non tua quod ſit tua, quia eſt Dominus vniuerſorum, tamen fieri non poteſt vt q̃ habet in ſe conuolutā malitiā, licitè fiat. Cum ergo vſura, in ratione vſurę, habeat in ſe conuolutā malitiā, licitè fieri non poteſt: tamē in lege veteri non puniebatur, imò ad extraneos permittebatur. Deut. enim

Deut. 23. 23. ſcriptum eſt. *Nō fæneraberis fratri tuo ad vſurā, nec fruges nec quamlibet aliā rem, ſed alieno*, hoc verò, *ſed alieno*, non dicitur velut præcipiendo aliq̃d iuſto, ſed permittendo infirmo: Poterā allegare de repudio vxoris in veteri lege, quod vtiq; permittebatur: Et vt cōmunius doctores tenent, erat peccatū mortale. propter varietates opinionū, dimitto. Item inquiſitio ſeu inueſtigatio adulterij, per ſacrificium zelotypiæ, ſi hoc non ex zelo iuſtitiæ, ac reuerenter, ac cum ſupplicatione fieret, erat peccatū mortale publicum, tamen non puniebatur, imò in lege illa Num. 5. lex ſacrificij zelotypiæ fuit inſtituta in hunc modum. *Si ſpiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem ſuam, quæ vel polluta eſt, vel falſa ſuſpicione appetitur: Adducet eam ad ſacerdotem, & offeret oblationem pro ea &c.* Erat ibi duplex actus, vn⁹ ſacerdotis, qui ſecundū diuinā inſtitutionem quaſi coactus offerebat, ne vir peius faceret, puta ne ſuæ ſuſpicioni relictus, vxorem interficeret. Et iſte actus erat acceptus Deo & approbatus. Alius actus erat ſpiritus zelotypię concitati, & hic ſi ſine præſumptione probabili, aut ex inuidia, vel alio inordinato affectu, procedebat, erat malus, tamen permiſſus à Deo, non approbatus. arguit ratio.

Cap. 5. Item occiſio filiæ Iephte fuit mortale peccatum publicum, dicit enim canon Iſidori 22. q. 4. *In malo promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto, muta decretū, quod incautè*

vouiſti, ne facias, impia eſt promiſsio quæ ſcelere adimpletur.
Non tamen legitur fuiſſe punitum à Deo. Quòd autem
fuit peccatũ, patet aliunde. Ad hoc ꝙ iuramentum ſit licitum,
requiruntur tres comites, ſcilicet iudiciũ, iuſtitia,
& veritas: ſicut ſcriptum eſt Iere. 4. *Iurabis, viuit Dominus,* *Hier. 4.*
in iuſtitia, iudicio, & veritate. promiſſio autẽ illa caruit iudicio
diſcretionis, & fuit eius impletio iniuſta & impia. Itẽ
Sapien. 11. Scriptũ eſt: *Miſereris omnium, quia omnia potes, &* *Sap. 11.*
diſsimulas peccata hominum propter pœnitentiam, diligis enim
omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti. Et poſt pauca:
parcis aũt omnibus, quoniã tua ſunt Domine, qui amas animas. Ex
quo patet Deum nõ ſemper punire propter peccata, ſed
parcere aliquando. Item Ezech. 33. dicitur: *ſi dixero impio,* *Ezech. 33.*
morte morieris, & egerit pœnitentiã à peccato ſuo, feceritq́ iuſtitiã
& iudicium: ſequitur: *vita viuet, & non morietur, omnia peccata*
eius quæ peccauit, nõ imputabuntur ei. Itẽ gl. ordinaria ſuꝑ illo
Pſ. 100. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſpergerẽ* *Pſal. 100. ex S. Auguſt.*
de ciuitate omnes operantes iniquitatẽ. dicit ſic in perſona
Chriſti, *tempus miſericordiæ eſt, nox eſt, nõdum omnia ſunt*
manifeſta in hac nocte, abundant tentationes, in qua pertranſeunt
beſtiæ ſilueſtres, & catuli leonum, id eſt diaboli quærunt eſcam ſibi.
In hac ergo nocte parco, tolero, corrigo, ſed in matutino cum dies iudicij
aduenerit, & erunt omnia aperta, quæ modò ſunt occulta, Interficiebam
omnes peccatores terræ, id eſt, omnes mali mittentur in
ignem æternũ, vel interficiebã, id eſt, puniebã in matutino iudicij
interficiendos. Nam Nico. de Lyra dicit ſuꝑ illo Exo. 21. *Si* *Exod. 21.*
quis per induſtriã occiderit proximũ ſuum, & per inſidias, ab altari
meo auelles eum vt moriatur, pœna homicidij intelligitur de
interfectione Iudæi, Ideo dicitur occiderit ꝓximum ſuũ,
non intelligitur de interfectione gentilis. Lex ait, vt dicit
Rabbi Salomon, qui per inſidias occidebat, interficiebatur,
& extrahebatur ſi ad ipſum confugiſſet, de altari &c.

Digitized by Google

Si ſacerdos occidiſſet, extrahebatur, niſi officium miniſtrandi incepiſſet, quo caſu exſpectabatur complementum miniſterij, quo peracto trahebatur ad mortẽ. & ſic locus ſacer erat refugium in aliquibus caſibus, inter quos erat homicidium gentilis, quod erat mortale, & interdũ publicum, tamen non puniebatur ſi homicida confugiſſet ad altare.

Probatur ex teſtimoniis legis nouæ. Tertiò probatur concluſio ex teſtimoniis legis nouæ Ioan. 8. Dominus & Saluator noſter dixit mulieri in adulterio deprehenſę ſibi oblatæ. *Nemo te condemnauit? nec ego condemnabo.* nocentẽ in miſericordia indamnatam remiſit. Cum ergo Chriſti actio noſtra ſit inſtructio, vt allegauit proponens articulum de communione diuiniſſimę Euchariſtiæ, aliqua crimina ſunt ab homine miſericorditer relaxanda, per iudicium, vel non punienda. Præterea peccatum Samaritanorum nolentium recipere Iacobum & Iohannem, fuit mortale & notorium, tamen non fuit punitum. Nam cum indignati diſcipuli, dicerent, *vis ignis deſcendat de cœlo & conſummat eos?* Reſpondit Dominus: *Neſcitis cuius ſpiritus eſtis filij.* Luc. 9. Amplius de zizaniis ſeminatis in agro quæ ſerui volebant eradicare, & dicebant: *vis imus & colligimus ea?* Dominus reſpondit: *Ite ſinite ea creſcere vſq; ad meſſem, ne colligentes zizania, ſimul eradicetis cum eis & triticum* Matth. 13. Ex qua parabola apparet quòd mali tolerandi ſunt inter bonos, donec ſine periculo bonorum poterunt ab eis ſeparari, quod erit ad meſſem finalis iudicij. Sic enim ipſe Dominus Ieſus illã exponit, dicens, *Ager eſt mundus, Semen hi ſunt filij regni, zizania filij nequam. Meßis verò eſt conſumatio ſeculi, meſſores angeli.* Rurſus ſcriptum eſt vbi ſuprà Matth. 13. *Simile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mari, & ex omni genere piſcium congreganti, quæ cum impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes,*

Ioan. 8.

Luc. 9.

Matth. 13.

dentes, elegerunt bonos in vaſa ſua; malos autem foras miſerunt. Regnum cœlorum eſt militans Eccleſia, & hæc eſt ſimilis ſagenæ miſſæ in mari tempeſtuoſo huius mundi: habet piſces bonos & malos, hoc eſt iuſtos & iniuſtos. Nam Abacuk primo: *facies homines quaſi piſces maris.* implebitur *Abacuk. 1.* illa ſagena dum erit completus numerus electorũ, educetur, cum de vita corruptibili tranſibit ad incorruptibilem, quod fiet in conſummatione ſeculi, bonorũ piſcium in vaſa recentia, & eiectio malorum, & iuſtorum præmiatio in regno Dei, & impiorum tortura, & compedes, ac alia Gehennę ſupplicia. & hæc omnia patent ex expoſitione Saluatoris, qui ait: *ſic erit in cõſummatione ſeculi. Exibunt angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis, vbi erit fletus & ſtridor dentium.* Ergo vſq; ad cõſummationem ſeculi in ſagena Eccleſiæ militantis erunt ſimul boni & mali. Vnde ſuper illo ſic dicit Gre- *Greg. hom. 11.* gorius, vt Thomas in expoſitione recitat, *ſancta Eccleſia ſagenæ comparatur, quia & piſcatoribus eſt commiſſa, & per eam quiſque ad æternum regnum trahitur à præſentis ſeculi fluctibus, ne æternæ mortis profundo mergatur, quæ ex omni genere piſcium congregat, quia ad peccatorum veniam, ſapientes & fatuos, liberos & ſeruos, diuites & pauperes, fortes & infirmos, vocat.* Poſt pauca ſequitur: *ſicut enim mare ſeculum, ita ſeculi finem ſignat littus maris, in quo in fine boni piſces in vaſis eligentur, mali proiicientur foras &c.* Nunc enim malos bonosq; communiter quaſi permixtos piſces fidei ſagena continet, ſed littus indicat, ſagena Eccleſiæ quid trahebat. Et hoc eſt quod Hiero- *in 13. c. Matt.* nymus dicit, vt Thomas recitat, *dum ſagena extrahetur ad littus, tunc verum ſecernendorum piſcium ſignum demonſtrabitur.* Item id patet in nuptiis quas fecit rex regum Deus pater filio ſuo, in quibus vocati ſunt boni & mali, & impletæ nuptiæ iuſtis & iniuſtis. Nam dicitur Matth. 20. *Egreſ-* *Matth. 20.*

Digitized by Google

& ſerui cõgregauerũt omnes quos inuenerant, bonos & malos, quia in Eccleſia militante admixti ſunt boni cum malis. Sic ergo in Eccleſia militante ſunt boni & mali : ſed in Eccleſia triumphante ſolum boni ; propterea cum Dominus intraſſet, quod erit generaliter in finali iudicio, & particulariter in morte cuiuslibet hominis, & vidiſſet hominem non habentem veſtem nuptialem, ſcilicet caritatis, Rex præcepit eum eiici, & mitti in tenebras exteriores, vbi erit fletus & ſtridor dentium : Et quod ſimul ſunt boni & mali in Eccleſia militante, dicit ſponſus Canticorum primo, *ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Item Matth. 25. dicit ipſa veritas. *Simile eſt regnum cœlorũ decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ, quinque autem erant fatuæ & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus ſuis, non ſumpſerunt oleum ſecum in vaſis ſuis, cum lampadibus,* Regnum hoc cœlorum non eſt Eccleſia triumphans, quia ab ea nullus fatuus recipitur : Eſt igitur Eccleſia militans, in qua ſunt virgines prudentes & fatuæ, igitur boni & mali, ergo non omne peccatum etiam publicum de ea pellitur aut excluditur : Præterea Apoc. 2. ſcriptũ eſt Angelo Epheſi Eccleſiæ, *memor eſto, vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, Sin autem, veniam tibi, & mouebo candelabrum de loco ſuo niſi pœnitentiam egeris,* In angelo &c. præpoſitum & Epiſcopum Eccleſiæ Epheſinæ intelligere debemus, ſecundum quod ſcriptum eſt Malachiæ primo, *labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem de ore eius requirunt, quia angelus Domini exercituũ eſt*, ipſe peccauerat, & tamen non expellitur à Ioanne: Sed monetur. Iſidorus autem ſuper eodem textu ait : *præpoſitus lapſus in vitium monetur vt memor ſit vnde ceciderit, & pœnitentiã agat, & priora opera faciat, vt non moueatur candelabrum eius. Nam*

Cantic. 1.

Matth. 25.

Malach. 1.

candelabrũ doctrina ſacerdotalis, vel honor poteſtatis, quem geſtabat intelligitur: malus ergo interdum præpoſitus eſt in Eccleſia militante. Non ergo ſtatim poſtquam malus, eſt compellendus, imò ſuſtinendus ad tempus, & tale vitiũ eſſe poſſet, quod puniendus & expellendus eſſet de officio, per eum ad quem ſpectat, & tale quod permittendus, vt poſtea videbitur. Præterea ſuper maledictione ficus, quæ tribus annis fructum non attulit, dicit beatus Auguſtinus libr. de verbis Domini ſermone 31. *Arbor ficulnea eſt humanum genus, tres anni, in quibus illa non fecit fructum, tria tempora ſunt: vnum ante legem: alterum ſub lege: tertium ſub gratia, in quibus humanũ genus, quantum ad multos, infructuoſum fuit, puta ſine meritoriis operibus: maledictio eſt illa diuina ſententia, quæ in finali iudicio fulminabitur*: hæc ille. Tertio anno, ſcilicet, tempore legis Euangelicæ dimittitur & non præſcinditur. Nam Lucæ 13. per cultorem vineæ dicitur, *dimitte eam & hoc anno, vſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora*, poſt tres annos ſucciditur, quia poſt ſeculum peccator aridus, ſola folia, non fructum boni operis habens, in ignem æternum mittitur: Parcit ergo Dominus multis in Eccleſia exiſtentibus, ergo & homo parcere debet, & nonnulla mala permittere ſiue tolerare ex cauſa.

Aug. hom. de verbis Domini 31.

Luc. 13.

Ex praxi Chriſti apparet, quoniam peccata in illum commiſſa patientiſſimè ſuſtinuit. De eo enim Eſa. 53. ſcriptum eſt, *Tanquam agnus ad occiſionem ductus, coram tondente ſe non aperuit os ſuum.* De cuius patientia quo ad proprias iniurias, ait beatus Gregorius homilia 18. ſuper illo Iohan. 8. *Ego gloriam meam non quæro, eſt qui quærat & iudicet. Illatas contumelias patris iudicio reſeruat, vt profecto nobis inſinuet quantum nos patientes eſſe debemus, dum ſe adhuc*

Ex praxi Chriſti.

Eſa. 53.

Greg. hom. 18.

vlciſci mea vult ipſe qui iudicat. Item non contentus ſcribas & phariſæos non puniri, ex abundantia caritatis ſuadet turbis vt obediant ipſis, quanquam multa mala publica
Matth. 23. committerent, dicens illis Matth. 23. *ſuper cathedrā Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi, quæ dicunt facite.*

Ex praxi Apoſtolorum Ex praxi Apoſtolorum manifeſta eſt concluſio. Nam illi multa mala viderunt, nec puniuerunt omnia, quan-
Act. 6. tum ex ſacro codice poteſt perpendi. Legitur Actuum 6. murmur factum fuiſſe Græcorū aduerſus Iudæos, quod viduæ eorum deſpiciebantur in quotidiano miniſterio. Nec hoc legitur iudicialiter aut per pœnas iuſtitiæ puni-
1. Cor. 1. tum, quamuis eſſet publicum. leguntur contentiones fuiſſe & zeli ad inuicem inter Corinthios, non tamen legitur hoc peccatū pœnaliter fuiſſe punitum. Item erant aliqui pſeudoapoſtoli, & illi erant publici peccatores, tamen illos permittebat Apoſtolus, quia quamuis bene docebant, tamen malo animo faciebant, quidā propter
Phil. 1. inuidiam, quidam propter contentionē, dicitur enim ad Philip. 1. *quidam propter contentionem & inuidiam, quidam autem & propter bonam voluntatem Chriſtum prædicant. Quidam ex caritate, ſcientes, quoniam in defenſione Euangelij poſitus ſum, Quidam autem ex contentione Chriſtum annunciant, non ſincere, exiſtimantes ſe preſſurā ſuſcitare vinculis meis. Quid enim? Dum omnimodo, ſiue per occaſionem, ſiue per caritatem Chriſtus annuncietur.* Maledictiones etiam in Apoſtolos erant peccata publica, nec tamē puniebantur, ad eorum ſaltem inſtan-
1. Cor. 4. tiam, imò dicit 1. Cor. 4. Apoſtolus, *maledicimur, & benedicimus, blaſphemamur & obſecramus.* Rurſus contradictio Iudæorum verbi Dei, erat peccatum mortale publicum, nec leguntur Apoſtoli eos puniuiſſe pœna iuſtitiæ poſi-
Act. 13. tiua, ſed ſolum priuatiua, quia dixerunt, *oportebat vobis primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indi-*

Digitized by Google

gnos vos iudicatis æternæ vitæ, Ecce conuertimur ad gentes. Sic enim Dominus præcepit nobis. De aliis ſanctis idem oſtendit ſancta mater Eccleſia, quorum patientiam in tormentis, abſq; in tortores contemptu aut indignatione, pulcherrimo metro canit ſuauiter, cũ ait, *Ceduntur gladiis more bidentiũ, non murmur reſonat, nõ querimonia, ſed corde tacito mens bene conſcia, conſeruat patientiam.*

Ex authoritate ſacrorum canonũ. diſt. 50. cap. 25. in epiſt. ad Bonifac. 50. vt cõſtitueretur 1. qu. 7. Quotiens. ca. 13.

Dehinc authoritatibus ſacrorum canonum probatur concluſio, oſtendendo enim quomodo rigor iuſtitiæ debeat temperari ex peccantium multitudine, ait ſanctus Auguſtinus Bonifacio & habetur l. di. ca. vt conſtitueretur, *verum in huiuſmodi cauſis, vbi per graues diſſenſionum ſciſſuras non huius aut illius hominis, eſt periculum, ſed populorum ſtrages iacent, detrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus malis ſanandis ſyncera caritas ſubueniat.* Item 1. quæſt. 6. cap. Quotiens dicit Innocentius epiſt. 22. *Quoties à populis aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem vindicari non poteſt, inultum ſolet tranſire. priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, & de reliquo maxima ſollicitudine præcauendum.* iterum 23. q. 4. forte: & habetur ab Auguſtino libro vnico de baptiſmo. *forte*, inquit Auguſtinus, *ibi in populo Dei ſtat iuxta te auarus, raptor, inhians rebus alienis, quem noſti talem, & fidelis eſt, vel fidelis nominatur. Non eum potes de Eccleſia pellere, non habens aliquem aditum caſtigando & corripiendo corrigere, acceſſurus eſt tecum ad altare, noli timere, vnuſquiſque onus ſuum portabit, ſed quomodo, inquis, ferrem quem noui malum? Nonne melius eſt ipſum ferre, quàm te foras efferre? Ecce quomodo feres, attende Apoſtolum dicentem, vnuſquiſque onus ſuum portabit. liberet te iſta ſententia.* Ex iſto habetur quod ferendi ſunt interdum mali. Item 23. q. 4. Tolerandi. & habetur ab Auguſtino lib. de verbis Domini, dicitur enim ibi: *tolerandi ſunt mali pro pace, nec corporaliter ab eis recedatur, ſed*

23. q. 4. *Forte.* c. 11.

Aug. ſermone 24. de verbis Apoſtoli.

Gal. 6.

Ca. 1. Aug. de verbis Domini cap. 18.

ſpiritualiter. Spiritualiter autem exire eſt facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro gradu cuiuſque, ſalua pace: habetur hic quod pro pace ſaluanda tolerandi ſunt quandoq; mali, imo & quod à correctione malorum pro pace ſaluanda, eſt nonnunquam ceſſandum, Alioquin fruſtra addidiſſet *ad correctionem pace ſalua.* Quod etiam interdum rigor iuris relaxetur ad vitandum contentiones, patet per illud, prima qu.7. *Quoniam quidquid.* vbi Hilarius Papa ſic ait: *Quoniam quidquid ab alterutra parte eſt iudicatum, omnium videmus peruerſitate confuſum, temporũ neceſſitate perſpecta hanc rationem decernimus ad veniam pertinere quod geſtum eſt.* Ibi tolerat Papa quendam ad Epiſcopatum aſſumptum ſuo metropolitano inſcio, quia vt ait Apoſtolus 1.Cor.11. *Si quis videtur contentioſus eſſe, nos talem non habemus conſuetudinem.*

1.qu.7.Quoniã quidquid.c.13.

1.Cor.11.

Ex authoritate doctorum.

Poſtea probatur concluſio auctoritatibus ſanctorum doctorum, puta, non omnia peccata mortalia publica ſunt ab homine, ex dictamine diuinę legis, pœnaliter per iudicium punienda. Quædam enim illorũ ſunt, quę ſine periculo bonorũ puniri nõ poſſint ab homine, vt cum in multitudine ſunt boni & mali, & non poſſunt diſcerni iſti ab illis, & talia ſunt permittenda ab homine, ſi tamen ex illa permiſſione non ſequatur maius ſcandalum, quàm ex punitione: Quædam ſine periculo ſchiſmatis Eccleſiæ, aut grauis turbationis puniri non poſſunt, vt peccatum principis, aut alterius qui ſociam habet multitudinem. Quædam, & ſi ſunt manifeſta illi cui punitio de iure conuenit, cum illa conuinci non poſſunt: hæc & ſimilia per hominem non ſunt punienda ex dictamine legis diuinæ: Illud verò dictamen eſt: *Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem.* Conſequenter idem in parabola de ſagena maris bonos & malos piſces continente,

Matth.13.

Et in nuptiis filij regis, in quibus fuerunt boni & mali, deſignatur. Hæc declaratio ideo facta eſt, ne videar fautor peccatorum, dum nitor oſtendere talia non eſſe per hominem iudicialiter caſtiganda, & * ne videar agnitor conditionis Eccleſiæ militantis, ponendo in ea bonos & malos, dum tamen ſit vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma.

Matth. 22.

* Pro ne, aliud exemplar habet vt.

Prima auctoritas ad probationem cõcluſionis eſt Auguſtini in lib. contra epiſtolam Parmeniani, dicentis: *hæc de ſcriptis ſanctis documenta proferimus, vt appareat facile nõ eſſe quidquã grauius ſacrilegio ſchiſmatis, quia præſcindendæ vnitatis nulla eſt iuſta neceſſitas, cum ſibi nequaquã ſpiritualiter nocituros malos boni ideo tolerant, ne ſpiritualiter ſeiungantur à bonis, cum diſciplinæ ſeueritatem conſideratio cuſtodiendæ pacis refrenat, aut differt, quam tamen ſecuritas exerit, cum apparet, ſine vulnere ſchiſmatis, ad ſalubrem correctionem poſſe aliquid Eccleſiaſtico iudicio vindicari.* Itẽ idem reſpõdens circa principiũ ſecũdi libri contra epiſt. Parmeniani Donatiſtæ Carthaginenſis Epiſcopi ad illud per ſequaces ipſius adductum. *Væ his qui dicunt quod nequã eſt bonũ & quod bonum eſt nequã, Qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem, qui dicunt dulce amarũ & amarum dulce,* concludit poſt multa: *Quiſquis ergo vel quod poteſt arguendo corrigit, vel quod non poteſt corrigere, ſaluo pacis vinculo excludit, vel quod ſaluo pacis vinculo excludere non poteſt æquitate improbat, firmitate ſupportat, hic eſt pacificus, & ab illo maledicto immunis, de quo dicit ſcriptura: væ vobis qui dicunt quod bonum eſt nequam, & nequam bonum &c. omnino liber, prorſus ſecurus, penitus alienus.* porro idẽ reſpondens ad illud per ſequaces Parmeniani in Eſaia præpoſitum: *Nunquid valet manus Domini ſaluos facere, aut aggrauauit aurẽ ne exaudiet? Sed delicta veſtra diſtinxerunt inter mediũ veſtrum & Dei. Vbicunq; fuerint mali inter bonos, non obſunt bonis. ſicut*

Contra epiſt. Parmeniani lib. 2. cap. 11.

Cap. 1. Eſa. 5.

Eſa. 59.

Digitized by Google

nec palea frumentū, donec veniat Dominus areæ ferens ventilabrum in manu ſua, vt mundet aream ſuam, frumenta recondat in horreum ſuum, paleas verò comburat igne inextinguibili. ſicut non obfuit bonis, tanta multitudo ſceleratorum qui per Ezechielem dicti ſunt, illis videlicet qui gemebant & mærebant facinora populi quæ fiebant in medio eorum. vnde quia eos corrigere non poterant nec ab vnitate populi Dei ſe vllo modo ſeparare volebant, pro merito innocentiſſimæ tolerantiæ ſuæ ſignari meruerunt & in illorum perditorum vaſtatione atque interitu liberari. hæc ille.

Ezech. 9.

Cap. 2.

Item idē in 3. lib. Contra epiſtolā Parmeniani ſuper illo verbo 1. Cor. 5. *Si quis verò frater nominatur in vobis, & eſt aut fornicator, aut idolis ſeruiens, aut auarus, aut ebrioſus aut rapax, nec quidem cum eo cibum ſumere:* dicit in ſententia quod non præcipitur ſola ſeparatio cordis. Nam idem Apoſtolus dicit alibi: *Si quis vocauerit ex infidelibus & volueritis ire, omnia quæ vobis apponuntur manducate, nihil interrogantes,* & ſic hic permittit communionem fidelis cum infideli, vt prius prohibuit communionem fidelis cum fideli peccatore, modo ab omni malo ſe ſeparandū eſt corde, ergo plus prohibet, puta ſeparationē corporalem, quàm cum infideli permittit. Dicitur igitur in ſententia Auguſtini, quod ſe ſeparandum eſt à corpore ab his de quibus loquitur Apoſtolus, ſi tamen ſine periculo ſchiſmatis fieri poteſt, ait enim in forma: Cum quis fratrum, id eſt Chriſtianorum intus, in Eccleſiæ Societate conſtitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehenſus, vt Anathemate dignus habeatur, fiat hoc, vbi periculum Schiſmatis nullum eſt, atq; id cum ea dilectione, de qua ipſe alibi præcipit 2. Theſſ. 2. dicens, *vt inimicum non exiſtimetis, ſed corripite vt fratrem.* Non enim eſtis ad eradicandū, ſed ad corrigendum. Quod ſi ſe non agnouerit, neq; pœnitendo correxerit, ipſe foras exi & per propriam volunta-

Habetur etiā 23. quæſt. 4. cap. cum quiſque &c.

luntatem ab Eccleſiæ vnitate dirimetur. Nam tunc non eſt metus eradicandi triticum. Itaque quando, vt ait Auguſtinus in forma, ita cuiuſque crimen notum eſt, & omnibus execrabile apparet, vt vel prorſus nullos vel non tales habeat defenſores, per quos poſſit ſchiſma contingere, non dormiat ſeueritas diſciplinę, cum ſine læſione vnitatis Eccleſiæ poteſt fieri vindicta, cum Eccleſia ab illo crimine quo anathematiſatur, eſt aliena. ideo dixit Apoſtolus. *Si quis*: ad differentiam ab aliis notandam. Item nominatur, ad oſtendendum, quod crimen eſt notorium & famoſum. Tunc ſubiungit in forma. *neque enim poteſt eſſe ſalubris à multis correptio, niſi cum ille corripitur, qui non habet ſociam multitudinem. Cum verò idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis reſtat quàm dolor & gemitus &c.* *Ezech. 9.*
Ideo Apoſtolus cum iam multos comperiſſet in immunda luxuria & fornicationibus inquinatos, nõ itidem præcepit vt cum talibus nec cibum ſumerent, in 2. epiſt. 12. *2. Cor. 12.*
cap. ſicut vetarat prius. Nec dici poterat, Si quis fornicatur nominatur in vobis, propter multitudinem, ſed dixit, *ne iterum cum venero, humiliet me Dominus, & lugeam multos, ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam, ſuper immundicia & luxuria*: aliquibus autem interpoſitis, dicit beatus Auguſtinus. *Conſilia ſeparationis & inania ſunt & pernicioſa, atque ſacrilega, quia & impia ſunt & ſuperba, & plus perturbant infirmos bonos, quàm corrigant animoſos malos.* Item beatus Gregorius ſuper illo Deut. 7. de ſeptem generalibus gentilibus interimendis vſque ad interfectionem, *Gregorius.*
ait. *patienter tolerandi ſunt mali, vbi aliqui inueniuntur boni.* Iuxta illud dictum Abrahã Gen. 18. *Si fuerint in ciuitate Sodomorum decem iuſti, non delebo eam propter illos.* Item beatus *Gen. 18.* *Hier. ep. 119.*
Hier. epiſt. ad Dardanum ait: *Ipſa metropolis tua prius Iebus, poſtea Salem, tertiò Hieroſolyma, & nunc Ælia Iebuſeos ex-*

pellere non valuit, ſed manſerũt cum eis in ſcandalum exemplumque viciorum. Hoc ipſum, quod aliqua peccata per hominem hic non puniuntur, ſed Deo reſeruantur vindicanda, ſignificatum eſt in Dauid, qui peccatum Ioab non puniuit, ſed Salomoni vindicandum reſeruauit, vt q̃ manu forti, iudex, ſcilicet, non puniuerit, verus Salomon Chriſtus inultum non relinquat. Inſuper ſuper iſto Apoſtoli, 1. Cor. 5. *Auferte malum ex vobis ipſis.* In 3. li. contra epiſtolã Parmeniani dicit Aug. in ſententia, quod vbi quis impediretur ſeparare malos à congregatione Eccleſiæ, ſi à ſe ipſo auferat malum, non eis corde miſcetur, atq; ita ſpiritualiter non ſolum coniungitur bonis, ſed etiam ſeparatur à malis. ſed quod hoc modo non ſufficiat, vbi non impeditur, declarat, cum infert, aliquibus interpoſitis, & dicit ſic in forma: *Quapropter quiſquis etiam contempſerit Eccleſiæ Dei diſciplinam, vt malos cum quibus non peccat, & quibus non fauet, deſiſtat monere, corrigere, arguere, Si etiam talem gerit perſonam & pax Eccleſiæ patitur, vt etiam à participatione ſacramentorum poſſit quempiam ſeparare, non alieno malo peccat, ſed ſuo. Ipſa quippe in tanta re negligentia graue malum eſt. Et ideo ſicut Apoſtolus admonet ſi auferat malum à ſe ipſo, non ſolum aufert audaciam committendi, aut peſtilentiam conſentiendi, ſed etiam pigritiam corrigendi & negligentiam vindicandi, adhibita prudentia & obedientia in eo quod præcipit, Dominus, ne frumenta lædantur*, hæc ille. Ergo ſi pax Eccleſiæ turbaretur, aut frumenta læderentur, ceſſandum eſſet à punitione pro tunc. præterea Auguſtinus ſuper illo Ioan. 8. *vbi ſunt qui te accuſabant: Nemo te condemnauit? nec ego te condemnabo.* Ait, *audiuimus vocem iuſtitiæ quia dixerat Dominus, Qui veſtrum eſt ſine peccato, primus in illam lapidem mittat. Audiamus vocem mãſuetudinis: dixit ei Ieſus, Nec ego te condemnabo, à quo forte, te condemnari timuiſti, quia in me*

pecca-

Cap. 1.

Aug. tract. 33. in Ioan.

peccatum non inueniſti, nec ego te condemnabo. Quid eſt Domine? Faues ergo peccatis? nõ planè. Attende quod ſequitur, vade & iam amplius noli peccare. Ergo & Dominus damnauit peccatũ, non hominem. Nam ſi peccatorum fautor eſſet, diceret, vade, viue vt vis, de mea liberatione eſto ſecura. Ego te quantumcunq; peccaueris te ab omni pœna, etiam gehennæ & inferni tortoribus liberabo. Non hoc dixit. intendant ergo qui amant in Domino manſuetudinem & timeant veritatem, Etenim dulcis & rectus Dominus. Amplius beatus Ambr. ſuper eodem ſic dixit ad Studium epi. 76. *Exierunt ſcil. qui accuſabant adulterã, exierunt foras, & remanſit ſolus Ieſus & mulier in medio ſtans: bene ait quod exierunt foras qui nolebant eſſe cum Chriſto. Foris litera eſt, intus myſteria: denique diſcedentibus illis remanſit ſolus Ieſus, & mulier in medio, ſtans, donaturus peccatum, ſolus remanet Ieſus, quia non poteſt hoc cuiquam homini cum Chriſto eſſe commune vt peccata cõdonet, ſolius hoc munus eſt Chriſti, qui tulit peccata mundi, meruit & mulier abſolui, quæ recedentibus Iudæis remanſit ſola cũ Chriſto. Vide lector diuina miſteria, clementiam Chriſti, cum accuſatur mulier, caput Chriſtus inclinat, eleuat autẽ vbi defecit accuſator. ita nullũ dãnari vult, abſolui omnes. Ecce & hic ait, Nemo te lapidauit? quomodo vtiq; interrogat qui videbat? ſed interrogat nobis, vt noſceremus non eſſe lapidatã. Aduerte quomodo propriã ſentẽtiam temperauit, vt Iudæi de abſolutione mulieris calumniari nihil poſſent, ſed in ſe magis calumniã retorquerent ſi queri vellent. Dimittitur enim mulier, nõ abſoluitur, quia deerat accuſator; nõ quia innocens eſſe probatur. Quid ergo quererẽtur qui priores à perſecutione criminis, & ab executione ſupplicij deſtiterant? Addit autẽ deuiæ; vade & amodo vide ne pecces: emendauit reã, non crimine abſoluit. Etenim ſeueriore ſententia culpa damnatur, ſi vnuſquiſq; crimen ſuũ oderit, & in ſe incipiat condemnare delictũ, etenim cũ reus occiditur, perſona magis quã culpa punitur, vbi verò culpa deponitur, abſolutio eſt pro pœna peccati. Quid eſt ergo, vade, & amplius noli*

Ambroſius ad Studium epiſt. 76.

Digitized by Google

S. Thomas in catena Luc.9.

In cap.13. Matthæi.

Hier. ibidem.

peccare? hoc eſt, ex quo Chriſtus te redemit, corrigit gratia, quam pœna non emendauit. hæc Ambroſius: Ex qua auctoritate apparet aliquod peccatum à Chriſto non eſſe punitum, concretiuè loquendo, id eſt, fœminam iſtam adulteram non eſſe lapidatam, vt lex iubebat. Cæterùm ſuper illo, *Neſcitis cuius ſpiritus eſtis.* dicit Beda; *Reprehendit Dominus non exemplum prophetæ ſancti, ſed ignorantiam vindicandi, quæ adhuc erat in rudibus, animaduertens eos non amore correctionis, ſed odio deſiderare vindictam. itaq; poſteà quando eos docuit, quid eſſet diligere proximum ſicut ſe ipſum, infuſo etiam Spiritu ſancto, non defuerunt tales vindictæ, quamuis multo rarius, quàm in veteri teſtamento, quia ſequitur, filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. quaſi dicat. Et vos, qui eius ſpiritu ſignati eſtis, etiam acta eius imitemini, nunc piè conſulentes, ſed in futuro iuſtè iudicantes:* Item ſuper eodē ſic loquitur Ambroſius. *Non enim ſemper in eos, qui peccauerunt, eſt vindicandum, quia nonnunquam amplius prodeſt clementia tibi ad patientiam, lapſo ad correctionem. Denique Samaritani citius crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur.* Item Hieronymus ſuper illo, *vi imus, colligimus ea?* quod de zizaniis dicitur, ait, *datur locus pœnitentiæ, & monemur ne cito amputemus fratrem, quia fieri poteſt vt ille qui hodie noxio deprauatus eſt dogmate, cras reſipiſcat & defendere incipiat veritatem. Vnde ſubditur, Ne forte colligentes zizaniam, eradicetis & triticum:* Chryſoſtomus autem ſuper eodem ait. *intuenda eſt ſeruorum diligentia, etenim feſtinant zizaniam euellere, quod monſtrat eorum de ſemine ſollicitudinem, ad hoc enim ſolum reſpiciunt, non vt aliquis puniatur, ſed vt ſeminata non pereant. Quid autem Dominus reſpondit, ſubditur, & ait: non:* Hieronymus verò circa hoc dicit, *videtur hoc eſſe contrarium illi præcepto, Auferte malum de medio veſtrum. Si enim prohibetur eradicatio, & vſque ad meſſem tenenda eſt patientiæ, quomodo eiiciendi ſunt quidam de medio noſtrum? Sed* *inter triticum & zizaniam, quod nos lolium vocamus, quam diu herba eſt, & nec dum calamus venit ad ſpicam, grandis ſimilitudo eſt & in diſcernendo aut nulla aut perdifficilis diſtantia. præmonet ergo Dominus ne vbi quid ambiguum eſt, cito ſententiam proferamus: ſed Dei iudicio reſeruemus.*

Ratio autem quare aliqui mali in Eccleſia ſunt interdum tolerandi, quia tales ſunt vtiles bonis, ſiue vt per eos exerceantur, ſiue vt illorum comparatione magna eis exhortatio fiat, vt nitantur ad melius: Sicut dicit Auguſtinus de quæſtionibus Euangeliſtarum, Aut quia bene docent, puta quia donum habent ſcientiæ, aut interpretationis ſcripturarum, aut aliud. Quæ omnia dantur ad vtilitatem non recitantis, ſed Eccleſiæ, teſte Apoſtolo, 1.Cor.12. Quod propterea ſæpius diuina diſpoſitione bonis mali ſunt permixti, vbi enim erant Moyſes & Aaron, ibi fuerunt murmuratores ſacrilegi, vbi Zacharias, Simeon & cæteri ſancti, ibi fuerunt Annas & Cayphas, vbi Chriſtus & diſcipuli, ibi Iudas, Scribæ & Phariſæi, propter quod attendenda ſunt Domini Ieſu Saluatoris verba, quibus docuit, à quibus nos obſeruare debeamus, dixit enim, *à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Matth. 7. Non dixit, à mercenariis, qui licet vera dicant, quærunt quæ ſua ſunt, & mali ſunt, imò de his qui ſuper Cathedram Moyſi ſedebant, quia verè docebant, dixit, *quæ dicunt facite*: Vnde mali viri rectè docentes videntur tolerandi interdum. Verum, quod illorum & cæterorum peccata publica ſunt punienda, tribus concurrentibus, ſcilicet iuriſdictione, conuictione, & pace ſalua. De iuriſdictione dicit Auguſtinus ſuper illo verbo: *Quid enim mihi de his qui foris ſunt*, id eſt infidelibus, *iudicare?* Deus iudicabit. De his qui *intus ſunt*, id eſt fidelibus, *putredo eſt à me reſecanda*,

Auguſt. in quæſtionibus ex Mattheo cap. 12.

Matth. 7.

Matth. 23.

Auguſtinus. Alexander ab Ales lib. 3. q. 41. memb. 1. in reſolut.

loquitur ibi in perſona iudicis puta Apoſtoli, ſed de hoc videbitur in ſecundo puncto. de conuictione dicit idem Auguſt. ſuper illo primæ Cor. 11. *Qui manducauit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Sibi, inquit, non tibi. Sane ſi iudex es, ſi apud te accuſatur, ſi veris documentis teſtibusq́ conuincitur, coerce, corripe, excommunica, degrada, iudiciũ ſiquidem humanum procedere debet ex cauſis manifeſtis, cum homo tantum videat ea quæ patent,* 1. *Reg.* 6. Ideo puniendus de crimine debet conuinci. Tertia de pace ſaluanda dicit Augu. in lib. cont. Parmen. Ad illud Eſa. li. 2. *Recedite, recedite, exite inde, immundum nolite tangere.* per aduerſarios allegatũ, dicit: *immundum non tangit, qui ad peccatum nulli conſentit, exit autem inde, & ſalua fit eius cauſa apud Deum, ſi etiam diſciplinam corripiendi & arguendi ſalua pace non negliget. Nam qui vult corporaliter quaſi manifeſtos malos deſerere, ſpiritualiter deſerit latentes bonos, quos inexpertos & incognitos cogitur accuſare, dum ſeparationẽ ſuam conatur defendere.* multis interpoſitis, dicit: *cũ laude patientiæ mali tolerãtur ne ignoti boni damnẽtur. ſic Iſaias ipſe dicit: Recedite recedite, exite inde, immundum nolite tangere,* in medio immundi populi polluta etiã labia habentis corporaliter habitauit. Ieremias, ab immundo populo non diſceſſit, Dauid mundus & iuſtus, qui dixit: *Non ſedi cum concilio vanitatis & cum facinoroſis non introibo,* non reliquit corpore omnes malos, imo reprobatum Saulem venerabatur. Nõ ergo corporalis receſſus, vbi ſalua pace Eccleſiæ fieri non poteſt eſt neceſſarius, ſed ſpiritualis, vt malis non conſentiamus. Alexander de Halis in tertia parte tangit iſta ſub alia forma, dicens, quod ad interficiendũ ſecundum legem requiruntur plura, ſcilicet, iuſta cauſa, iuſtus ordo, iuſtus animus. Iuſta cauſa, quod reus meruerit interfici, quia dicitur Exodi 23. *innocentem & iuſtum non occides*, Iuſtus ordo vt occidens habeat po-

teſta-

Similia habet Aug. ſerm. de pœni. qui eſt 50. vide 2. q. 1. Multi cap. 18.

Auguſtin. aduerſus epiſtolã Parmeniani lib. 3. cap. 4. Tom. 7.

Hier. 23.

Pſalm. 2.

p. 3. q. 34. mẽb. 2. ar. 2. ad 2.

Exod. 23.

teſtatem, & reus ſit conuictus de crimine: habeat poteſtatem inquam, iudex, vel à diuina auctoritate, quæ eſt in lege, vel ab eius voluntate, ſcilicet Dei, intellecta per inſpirationem internam, quam, dico ego, probet per miracula aut per ſacram ſcripturam, priuſquam ſit ei de neceſſitate credendum. propterea dicit Auguſt. ſuper illo Matth. 5. *Officia vindictæ poſſunt impleri quomodo iudex, quomodo lex*: per Ambr. ſuper illud 1. Cor. 5. *modicum fermentum totã maſſam corrumpit. Si quis poteſtatem non habet, quẽ ſcit reũ abiicere, vel probare non valet immunis eſt, & iudicis non eſt ſine accuſatore damnare, ſicut nec Chriſtus Iudam abiecit*: Iuſtus animus, vt fiat ſolùm amore iuſtitiæ, non libidine vindictæ, vel appetitu pœnæ: Auguſtinus in quæſtionibus ſuper Exod. *Cum miniſter iudicis occidit, quem iudex iuſſit occidi, profecto ſi id ſponte facit, homicida eſt: etiam ſi occidit eum, quem ſcit à iudice debuiſſe occidi.* quod hæc tria ſint neceſſaria ad iuſtam punitionem exequẽdam, deducitur ſic. iudex gerit in iudicando vices Dei. Deutero. 1. dicitur *Audite illos*, ſcilicet populum, *quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum: ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia iudicium Dei eſt.* Debet ergo iudex ex quo eius iudicium eſt Dei, in tribus ſe ei cõformare. In poteſtate, in veritate, & bonitate, vt poteſtas referatur ad ordinem iuſtum, veritas ad iuſtam cauſam, bonitas ad iuſtum animum. hoc Exod. 23. inſinuatur, cùm dicitur, *prouide de omni plebe viros ſapientes, timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam. Sapientes, timentes Deum,* ecce primum. *in quibus ſit veritas.* Ecce ſecundum. *qui oderint auaritiam.* ecce tertiũ. Item Deutero. primo reperitur ſub alia forma, Cum dicitur, *Date ex vobis viros ſapientes, & gnaros, quorum conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris vt ponam eos vobis principes.*

Suprà, propoſ. 3. probat. 4. Ambr. in gloſſ. ordinaria, & ab Alexandro ab Hales in dicta quæſt. citatur.

Auguſt. Citat Alexander ab Hales eadẽ quæſt.

Deut. 1.

Exod. 23.

Deut. 1.

In ſa-

Digitized by Google

In ſapientia intelligitur veritas, In conuerſatione probata bonitas, In principatu, poteſtas. Vbi verò alterũ prædictorum, ſcilicet iuriſdictio, conuictio, & pax ſalua, defecerit, non poterunt peccata publica puniri. Nam ſi puniendus non eſt iſti ſubiectus, non habebit in eum ferre iudicium. ſi crimina non poſſint manifeſtis indiciis probari, eſto quòd ſint iudici vt perſonæ ſingulari nota, non poterunt puniri, quoniam iudicium humanum ex teſtimoniis manifeſtis procedere debet. ſi ſine periculo ſchiſmatis aut turbationis Eccleſiæ iudicium exerceri non poteſt, ceſſandum eſt à pœnali punitione, & iudiciali, vt eſt in peccato multitudinis, aut principis quem ſequitur multitudo. Nam Auguſtinus epiſtola ad Aureliũ de peccato multitudinis, oſtendens, quod non ſeueriter cum ea agendum eſt, dicit, *non aſperè, quantum æſtimo, non duriter, non imperioſè peccata multitudinis aut prauæ conſuetudinis corripienda ſunt. Iſta tolluntur magis docendo, quàm iubendo, magis monendo, quàm minando. ſic enim agendum eſt cum multitudine peccantium, & ſi quid minatur, cum dolore fiat, de ſcripturis comminando vindictam futuram, ne nos in noſtra poteſtate, ſed Dominus in noſtro ſermone timeatur.* hæc Auguſtinus. Et vbi iſtæ tres conditiones ſunt, peccata mortalia publica poſſunt puniri. Ex quibus patet quod hoc modo dicendo non defenduntur peccata, cum tribus ſcilicet, iuriſdictione, conuictione, & pace ſalua concurrentibus, dictum ſit omnia peccata publica mortalia eſſe punienda, ſed non conceditur peccata puniri abſque ordine iuris, vt in detrimentum Eccleſiæ vel boni communis.

Tom. 2.
Aug. ep. 64.

ARticulum autem propoſitum multum inuolutum reperio, æquiuocationibus, compoſitione, vel diuiſione, poſſet enim habere ſenſum verum & ſenſus falſos, prout in fine ſecundi puncti declarabitur. Et quoniam magis ex probationibus & notabilibus, quàm ex ſerie terminorum articuli proponens prętendit dicere, omnia peccata mortalia publica eſſe arguenda, punienda, corripienda, caſtiganda & expellenda, præmiſſa vt audiſtis in conſpectu huius ſanctæ ſynodi narraui, cuius correctioni & emendationi eidem deuoto corde ſubmitto. Hoc de primo puncto ſufficiat.

QVantum ad ſecundum punctum, vbi videndum eſt per quos & quomodo correctio, caſtigatio & expulſio peccatorum eſt facienda. Nam dicit articulus ſic. *Peccata mortalia publica & quantum rationabiliter fieri poteſt priuata, aliæq; deordinationes legi Dei contraria in cõmunitatibus Chriſtianorum, & quolibet ſtatu eorundem, debitè iuxta dictamen diuinæ legis Chriſti fideles tam ſeculares, quàm ſpirituales, prout congruit vtriſque ſunt cohibenda, corripienda, caſtiganda, & pro poſſe expellenda.* Et quoniam duplex eſt modus correctionis & caſtigationis, Vnus ex fraterna caritate procedens, Alius ex auctoritate & poteſtate; erunt duæ concluſiones. Prima de fraterna caritate, & eſt talis. *Quilibet fidelis poteſt & in caſu tenetur, quemlibet pro peccatis ſuis ſaltem priuatis alium corripere correctione fraterna.* Fundatur autem correctio iſta in verbis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Matth. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, vade, corripe eum inter te & ipſum ſolum.* Ordo autem ſeruandus eſt in illa, de quo ſubditur. *Si te audierit, lucratus es fratrem tuum, Si autem te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos, quia in ore duorũ vel trium ſtat omne verbum. Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Si autẽ Eccleſiam non audierit, ſit tibi vt ethnicus & publicanus.* Quod correctio iſta ſit licita & honeſta, patet ex triplici lege naturali, ſcripta, & gratiæ. Ex naturali, quia lege naturæ præceptum eſt, *hoc facies aliis quod tibi vis fieri*, id eſt, quod velle debes tibi fieri. Debes autem velle, vt alius te corrigat

Duplex modus correctionis.

Vnus ex charitate fraterna procedens.

Propoſitio prima de correctione fraterna.

Matth. 18.

Deut. 22.

rigat quando peccas, vt te emendes, ergo debes tu hoc vnicuiq; facere. Ex lege ſcripta, nam Deuter. 22. dicitur, *Non præteribis bouem aut ouem errantem, ſed reduces fratri tuo. Etiamſi non eſt propinquus frater tuus, nec noſti eum, duces in domum tuam & erit apud te, quamdiu ea quærat frater tuus, & recipiat. Similiter facies de aſino & de omni re fratris tui, & ſi videris aſinum fratris tui aut bouē cecidiſſe in via, nō deſpicias, ſed ſubleuabis eum cum eo.* hęc de benignitate legis ad literā obſeruanda erant. quod ſi de brutis proximorū debebat alter eſſe ſollicitus, quanto magis de proximo errante.

Eccleſ. 17.

propterea ſcriptum eſt Eccleſiaſtici 17. *vnicuiq; mandauit Deus de proximo ſuo. Via illorum coram ipſo ſunt ſemper, non ſunt abſconſæ ab oculis ipſius.*

De conſideratione lib. 4. vltra medium.

huius autem curam neglectam à proximo, in lege tamen præceptam, Beatus Bernardus ad Eugenium deplorabat dicens. *In effectu cadit aſina, ſuccurritur ei, cadat anima, & non eſt qui releuet eam.* Ex lege gratiæ per textum allegatum Matth. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum.* gloſſa autem oſtendit eam eſſe licitā, quæ dicit, *peccantē zelo iuſtitiæ corripiamus, & pœnitenti viſcera miſericordiæ pandamus.*

Ca. 4. & 5. quo ad ſenſum:

Beatus Auguſtinus lib. de Correctione & gratia, ponit quatuor cauſas cur exercenda eſt fraterna correctio, Prima, vt peccator ſuum peccatum & ſe recognoſcat, Prouerb. 29. *virga & correctio tribuit ſapientiam*, vnde non correpti quia ſe ignorant & peccata ſua, alios confundunt. propterea ſequitur, *puer qui dimittitur voluntati ſuæ, confundet matrem ſuam.* Secūda vt de peccato cognito dolorē, pudorem & timorem habeat. Tertia vt peccator ſe difformē ex peccato videns, reformari deſideret, & Deum oret, ne in tali debilitate permaneat. Quarta vt ſi corripiens correpto non proficiat, tamē ſibi valeat vt peccatū effugiat & meritum acquirat.

Gregorius.

vnde 23. moralium cap. 20. Gregor. dicit, *Caritatis zelus mala quæ corrigere non valet, increpare nõ deſinat, ne ſe participem delinquentiũ ex conſenſu taciturnitatis adiiciat.* Et Auguſt. de correctione & gratia, ait, *ſine deſperatione corripiamus, quia ſi filius pacis eſt quem corripimus, requieſcet ſuper eum pax veſtra; Sin autem, ad vos reuertetur.* Quòd verò ſit in præcepto tamen affirmatiuo, ꝙ obligat ſemper, ſed non pro ſemper, ſed pro tempore, & loco & aliis circumſtantiis, patet ex textu Saluatoris dicentis, *corripe*, vbi manifeſtè videtur imperare. Gloſſa ibi ait, *ita peccat qui fratrem ſuum vidit peccare & tacet, ſicut qui peccanti nõ indulget.* Sed præceptum eſt indulgere peccanti, ergo & corripere peccantem. Et Auguſtinus in libro de verbis Domini ſic ait, *ſi neglexeris corrigere, peior factus es eo qui peccauit.* Beatus Thomas 2. 2. q. 33. ar. 2. in corpore deducit quod ſit in pręcepto ex ratione finis qui eſt fratris emendatio, ad hoc autem ordinatur correctio fraterna, ſicut iſta quæ eſt paterna, Aut per cohibitionem pœnæ & virtute iuſtitiæ quis ordinatur ad bonũ commune. Et dicit, quod eſt neceſſaria fraterna correctio ſecundũ quod ad emendationem fratris ordinatur. Et hoc in quarto magis declarat diſt. 19. oſtẽdendo quod per præcepta legis diuinæ ſufficienter homines in vita ordinantur, & quemadmodũ in exercitu eſt duplex ordo, vnus quo totus exercitus ordinatur ad ducẽ, alius partiũ exercitus ad ſe inuicẽ; ſic in Chriſtiana cõuerſatione duplex eſt ordo, vnus ad prælatũ, alius ſingulorũ ad inuicẽ, vnde vterq; debet pręcepto legis diuinæ inſtitui. iuxta primũ ordinẽ, omnes tendere debent ad illud, ad ꝙ prælati intentio recta verſatur. Et ad hunc finẽ commune ſcilicet bonũ debet prælatus eos dirigere: iuxta ſecundum, vnuſquiſq; alteri præbere debet auxilium ad bonũ ſuum conſequendum. Sicut ergo tenentur ſubditi prælato ſuo obedientiam exhibere, &

Cap. 15.

Gloſſa ordinaria in 18. cap. Matth.

Sermone 16.

S. Thom. 2. 2. q. 33. ar. 2. in co.

S. Thom. diſt. 19. qu. 2.

ille ſubditis curam ſollicitudinis impartiri, ita iſti ſibi inuicem ferre auxilium non ſolum in corporalibus, imò magis in ſpiritualibus. hæc ſententia de obligatione ad correctionem fraternam, eſt Alberti in quarto ſuo, Richardi de media villa, Hoſtienſ. in ſua ſumma, & omniũ doctorum.

Albertus.
Richardus de media villa lib.4. ſen. diſt. 19.
Hoſtienſis.
Aug. de verb. Domini ſer.16.

Auctoritates autem aliquorum audiamus. dicit Auguſtinus de verbis Domini, *monet nos quidem Dominus non negligere inuicem noſtra peccata, non quarendo quid reprehendas, ſed videndo quid corrigas, debemus enim amando corripere, non nocendi cupiditate, ſed ſtudio corrigendi.* Chryſoſtomus autem dicit ſic. *Conſiderandum autem quod quandoque Dominus eum qui contriſtauit, ad eum qui contriſtatus eſt ducit, ſicut cum dixit. Si recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduerſus te, Vade reconciliare fratri tuo Quandoque eum qui iniuſta paſſus eſt, iubet dimittere proximo, ſicut ibi, dimitte nobis debita noſtra, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Hic autem alium excogitat modum. Nam eum qui contriſtatus eſt, ducit ad eum qui contriſtauit, ideo dicit. Si peccauerit in te frater tuus, vade ad eum. quia enim ille qui iniuſtè fecit, non facilè veniret ad excuſationem, verecundatus, hunc qui paſſus eſt ad illum mittit & non ſimpliciter, ſed vt corrigat quod factum eſt, ideo ait, vade corripe eum.* Item idem, *non autem dicit accuſa, neque increpa, neque vindica, neque vindictas expete, ſed argue, id eſt rememora ſibi peccatum, dic ei, qui ab eo paſſus es, ipſe enim ira & verecundia detinetur ebrius factus, quaſi graui ſomno, vnde oportet te qui ſanus es, ad illum qui ægrotat adire,* & beatus Hieronymus ait: *Sciendum tamen quod ſi peccauerit in nos frater noſter, & in quelibet cauſa nos laſerit, dimittendi habemus poteſtatem, imo neceſſitatem, qua pracipitur vt debitoribus noſtris debita dimittamus, propter quod & hic dicitur: ſi peccauerit in te frater tuus &c.* Rurſus Chryſoſtomus dicit: *Ideo autem pracipit ei arguere, qui paſſus*

Chryſoſtomus in c. Matth. 5. & 18.

Hier. in 18. ca. Matth.

Vbi ſuprà.

Digitized by Google

paſſus eſt iniuriam, & non alij, quia ille qui fecit iniuriam, ab eo manſuetius ſuſtinet, & maximè ſi ſolus eum corripiat, cum enim qui vindictam expetere debeat, hîc ſalutis videtur diligentiam habere, maximè hoc eum poteſt propitium facere, ne tamen ex verbis iſtis & quibuſdam præmiſſis quis credat, quòd ſolùm iniuriam paſſus habeat delinquentem corripere, cum iuxta doctores cuilibet hoc competat cui peccatũ eſt notum, tamen cum certis circumſtantiis: dicendum eſt, quod hoc quod dicitur *in te* non intelligitur ſolum contra te tanquam iniuriam ſuſtinenti, niſi dicatur quod ſiue Deo ſiue alio iniuriato iniurieris, ſed *in te*, id eſt, te ſciente. Vnde Auguſtinus. *Aliquando ſcias fratrem tuum eſſe corripiendũ inter te & ipſum ſolum. Aliquando verò coram omnibus, quid autem quando facere debemus iuridice? Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum; quare? quid eſt in te peccauit? tu ſcis quia peccauit, quia enim ſecretum fuit quando in te peccauit, ſecretũ quære, cũ corrigis quæ peccauit. Nã ſi ſolus noſti quia peccauit in te, & eum vis corã omnibus arguere, non es correptor ſed proditor.* hæc Auguſtinus. Si tamen ſint occulta peccata, ſic videtur habere locum quod dicit Dominus: *Si peccauerit in te frater tuus.* quoniam enim te publicè offendit, iam nõ ſolum in te peccat, ſed etiam in alios, quos turbat.

Eodem ſermone de verbis Domini 16.

EX concluſione ſequitur. primò, quod ſuperiores poſſunt inferiores corrigere & corripere correctione fraterna, & contrà ſubditi ſuperiores. Et ſemper dicetur, *fraterna*, ſi debitis circumſtantiis ſuis induta ſit, nempe prælatus, eſt frater, & eſt pater, & ſuperior, eſt ſuperior dignitate vel officio, pater beneficio, frater fide, religione, aut naturæ conformitate. Quia prælatus & ſuperior, debet inferior ei reuerentiam & honorem, quia pater amorem, quia frater adiutorium. Et ita ſi peccat, correctionem

Corollariũ 1.

Superiores poſſunt inferiores corripere correctione fraterna, & vice verſa.

ctionem ſecundum quod Prouerb. 18. ſcriptum eſt, *frater qui adiuuatur à fratre quaſi ciuitas firma, &c.* Debet autẽ hæc correctio habere tres conditiones, maximè dum ſuperiores ab inferioribus corripiuntur, vt dicit Auguſtinus de Ancona.

Auguſtinus de Ancona. qu. 7. art. 1.

Conditiones correctionis fraternæ.

primo debet habere diſcretionem & debitam diligentiam, vt ſemper ſperetur & probabiliter credatur eius emendatio: Secundo debet habere ſubiectionem & debitam reuerentiam, vt non fiat modo temerario & cum proteruia. Tertiò debet habere dilectionem & beneuolentiam, vt non fiat cauſa diffamationis & detractionis. Propter defectum primæ conditionis, debent inferiores increpari, ſi ſine diſcretione debita ſuperiores corrigant & corripiant, & ſecundum hoc in lege diuina iuſſum erat beſtiam quæ montem tangeret lapidari Exod. 19.

Exod. 19.

propter defectum ſecundæ, Oza fuit percuſſus. Nam cum eſſet de genere ſacerdotali, ſecundum quoſdam, propriis humeris debebat portare Archam Domini.

Diſtinct. 19. quæſt. 2.

Thomas in 4. dicit quod tangere Archam nõ erat Leuitarũ, ſed ſacerdotum. Ideo percuſſus fuit, quia officium ſuperioris vſurpauit. Et in vtraque reſponſione apparet quod irreuerẽter ſe habuit; ideo percuſſus fuit, propter quod dicitur in textu 2. Regum 6. cap. *propter temeritatem percuſſus eſt à Domino.*

2. Reg. 6.

Propter defectum tertię, Maria ſoror Moyſi fuit percuſſa lepra, quia cauſa murmurationis, diffamationis & detractionis inſurrexit contra Moyſen. habetur Num. 12.

Num. 12.

Secundum corollarium.

Magna diſcretio in correptione hac adhibendã.

Infero ſecundò, cum diſcretione magna huiuſmodi correctio facienda eſt. ad quatuor ſiquidem inſpiciendum eſt, vt dicit Albertus Magnus, in quarto ſententiarum, ſcilicet ad quantitatem culpæ delinquentis, ad ſpem emendationis, ad ſtatum perſonæ quæ admonetur, & ad zelum qui mouet corripientem. ſi culpa eſt letis, & timetur ne turbatio grauior ſequatur, non tenetur corrigere, quia peius ſubſequetur. Item ſi probabiliter deſperatur de emendatione, non tenetur corrigere, quia nihil faceret niſi prouocare ad pœnam. Adhæc, ſi ſtatus altus eſt perſonæ, cum reuerentia & excuſatione delicti, debet potius admonere quàm corripere, & rogare potius quàm increpare. Quartò ſi videt ſe ex rancore & inuidia moueri vel aliqua alia radice, tunc non debet facere, quia tales cito prorumpunt in verba contumeliæ, & tunc ex minori malo, factum eſt maius malum. Et iſta diſtinctio eſt optima. hæc Albertus Magnus.

Tertiò infero quod correctio inferiorum à ſuperioribus debet eſſe aliquando lenis, aliquando aſpera, nunquã tamẽ omnino carere dulcedine. Hoſtienſ. in ſumma ſua diſtinguit, & partẽ habet à Thoma in 4. ſic inquit, *ſi peccatum fiat ex ignorantia vel infirmitate, debet corripere leniter & moderatè*. Et hoc etiam dicit Thomas vbi ſuprà. Gal. 6. *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis*, Si peccatũ ſit ex paſſione, & ſuperinducta mala conſuetudine, eſt corripiendum partim leniter, & partim durè, prout dicit commentator. primo Eth. *Iuuenis enim*, inquit, *paſſionum ſectator, non ſolum perſuaſionibus & monitionibus corripiendus eſt, ſed opprobriis & contumeliis frequenter indiget*: Vnde Heli, licet moneret filios ſuos iuuenes quos nouerat iniquè agere, quia non intulit opprobria aut contumelias, dicitur non corripuiſſe, id eſt, non ſufficienter. primo Regum 2. Quando peccatum committitur ex electione & pura malitia, tunc corripiendum eſt durè. Gregorius in paſtorali: *Nonnulla peccata ſunt vehementer increpanda, vt cum culpa ab actore non cognoſcitur, quanti ſit ponderis ab increpantis ore ſentiatur.*

Corollarium tertium. Correctio debet aliquando eſſe lenis, aliquando aſpera.

4. ſent. diſt. 19. queſt. 2.

Gal. 6.

1. Reg. 2.

Gregorius in paſtorali.

Lenitate.

tiatur. hoc etiam dicit Thomas. Præterea ex parte increpantium diſtinguendum eſt, Aut increpantes ſunt Iuuenes, aut Senes. Si iuuenes, debent corripere aut monere humiliter. Si ſenes, corripiant moderatè & mature. Alios ſenes reuerenter, prælatos humiliter. Si verò corripientes eſſent prælati, corripiant ſenes obſecrando, iuuenes humaniter monendo. 1. Timoth. 4. *Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra, vt patrem, iuuenes vt fratres* &c. Quia autem generoſus eſt animus humanus, & facilius ducitur quàm trahatur, vt dicit Seneca, In omni correctione aliquid miſcendum eſt manſuetudinis, vt caritas, ex qua vt ex radice correctio procedere dignoſcitur, ſemper fulgeat. Ideo Seneca ait in Prouerb. *Semper obiurgationi aliquid blanditiæ admiſce*.

Seneca de clemẽtia l. 1. c. 24. ſimile quid habet.

Seneca.

Corollarium quartum.

Correctio eſt præceptum nõ tamẽ obligans pro ſemper.

Infero quartò ex hoc, ꝙ correctio eſt præcepta, quod obligat non pro ſemper, ſed pro aliquo tempore, quia eſt præceptum affirmatiuum. Tria autem ex parte corripientis quæ debent eſſe, & tria ex parte correpti, quibꝰ exiſtentibus obligat, aliâs non. Primũ eſt certa peccati cognitio Eccl. 11. *prius quam interroges non vitupera quemquam, & cum interrogaueris, corripe iuſtè.* Secundum eſt manſuetudo in corripiendo. Pſ. 89. *quoniam ſuperuenit manſuetudo & corripiemur.* Tertium eſt quod in alio non ſit tanta aptitudo ad corripiendum, quoniam ſi alij ęquè boni vel meliores adſint aut peccanti magis familiares, & probabiliter æſtimatur quod magis proficient, pro tunc non obligatur iſte, præſertim niſi veriſimiliter appareret quod iſti omnes negligerent. Sic enim profectò obligaretur, nam tunc ſibi competit illud 3. Reg. 20. *Cuſtodi mihi virum iſtũ, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima illius.* Primum requiſitorum ex parte peccantis, eſt ſpes de correctione, aliâs vt dictum eſt, non obligatur quis talem corripere.

Ex parte corripientiũ requiritur

Peccati cognitio certa.

Manſuetudo in corripiẽdo.

Si in alio nõ ſit tanta corrĩpiendi aptitudo.

Ex parte peccantis.

Spes emendationis.

Prouerb.9. *Noli arguere deriſorem ne oderit te.* Secundum quod ſuum peccatum ſit mortale. Nam dicitur, *ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum, Si non, tandem dic Eccleſiæ.* per hoc quod liberatur quis à veniali, non eſt lucratus quis eum, quia propter hoc non erat perditus, Nec oportet talem propter hoc denunciari Eccleſiæ. Tertium quod non eſt ſpes maioris opportunitatis in corripiendo. dicit enim Auguſtinus primo de ciuitate Dei, *Si propterea quiſq; obiurgandis & corripiendis male agentibus parcit, quia tempus oportunum inquiritur, non eſt occaſio cupiditatis, ſed conſilium caritatis.* hæc ſententialiter ex illo doctore. Tres autem caſus tangit ſanctus Thomas ſecunda ſecundæ, quæſt.33. art. 2. ad tertium. Et item Richardus de media villa. In quorum primo meritoriè à correctione fraterna quis ſe abſtinet, ſi, ſcilicet, oportunum tempus expectetur. In ſecundo cum peccato mortali, dum probabiliter ſcit ſe poſſe fratrem peccantem emendare, tamen pro temporali commodo aut metu amittendi aliquid temporale. In tertio cum peccato veniali, dum non habet ſpem probabilem de emendatione fratris per eum, & nimis inhiat iſte, qui habet corripere, temporalibus. Non tamen ita, quòd ſi conſtaret, quòd fratrem poſſet à peccato retrahere, propter timorem, vel cupiditatem omitteret, quibus in animo ſuo præponit charitatem fraternam.

Prouerb. 9.

Quod peccarit mortaliter.

Si non ſit ſpes maioris opportunitatis.

Auguſt. de ciuit. Dei lib. 1. cap. 9.

S. Thom. 2. 2. q. 33. ar. 2. ad 3.

Sequitur per hoc, quòd iſta correctio ordinata eſt ad emendationem peccantis, Ordo, ſi peccata ſint occulta, à Saluatore datus, ſeruandus eſt. ſi admonitioni caritatiuæ peccans ipſe* paruit. itaque ſi monitus non paruit aut acquieuit, eſt vltra procedendum, ſuppoſitis diſpoſitionibus & circumſtantiis antedictis. Aduocandus eſt enim vnus teſtis vel duo, quos ſperemus probabiliter velle correpto prodeſſe non obeſſe, quos ſi non audierit,

Corollarium quintum, Correctio ordinata eſt ad emẽdationem peccantis, in qua ordo à Saluatore datur obſeruandus.

** Paruit: alterũ exẽplar nõ: Sed hæc videtur magis conueniens.*

dicendũ eſt Eccleſiæ, id eſt prælato vt iudici. Ratio huius ſicut vbi vna lenis medicina non proficit ad ſalutem corporis, adhibenda eſt fortior, vt tamen minus grauetur infirmus, quantum fieri poteſt, ſic in ſanatione ſpirituali vbi ſecreta monitio non ſufficit, ad grauiora procedendum eſt, quod fit cum teſtis vnus aſſumitur vel duo, qui triplici ratione aduocantur. prima vt videant. Secunda vt teſtes ſint admonitionis factæ. Tertia vt negantem coram Eccleſia id eſt prælato conuincant. poſſem etiam non incongruè per Eccleſiam intelligere Concilium generale. Et ſic talis ordo eſt obſeruandus, primo frater delinquens monendus eſt caritatiuè, ſi non acquieſcit, dicendum eſt prælato vt eſt priuata perſona, quia nullus eſt qui magis debeat illi prodeſſe quàm perſona prælati, ſi ſic eum non audierit, adhibendus eſt vnus teſtis vel duo ad iterum monendum, Et ſi illos non audierit, dicendum eſt prælato vt iudici. Et ſi coram illo contemptus negauerit conuincendus eſt per teſtes adhibitos, quia ſcriptum. *In ore duorum vel trium ſtat omne teſtimonium.* hunc ordinem tangit Thomas in quarto. Et quod dicendum eſt prælato ante teſtium adhibitionem, vt tamen eſt priuata perſona, habetur ab Aug. in regula. Verum quod in aliquibus ſecretis vel priuatis peccatis non eſt obſeruandus iſte ordo de neceſſitate, vt ſi quis tractaret de proditione ciuitatis, aut de ſubuertendo populum in fide, aut moribus; Nam ſtatim procedendum eſt ad denunciationem talium, admonitione ſecreta prætermiſſa, vt impediatur tantum nocumentum, niſi firmiter quis exiſtimaret quod per ſolam ſecretam admonitionem poſſet huiuſmodi mala impedire. nec tamen contra ordinem Chriſti fit, quia talia peccata non ſunt ſolum *in te*, ſed etiã in alios. ſed in illis peccatis quæ tantum nocent peccanti

Loco ſuprà citato.

directè & per ſe, aut paucis,ordo tenet. De prælatis autem qui committunt peccatum occultum & poſtquam moniti caritatiuè & humiliter ac reuerẽter fuerint,nolũt acquieſcere correctioni,vtrum ſic procedendum eſt ad denunciationẽ,dicit Albertus ſuper 4.quod non,& dicit in forma ſic,in diſ.19.3.q. Vtrum idem ordo obſeruandus eſt in correctione cuiuslibet hominis? Ad reſponſionem poſt reprobationem cuiuſdam opinionis, dicimus, cum quibuſdã,ꝙ ad omnes extendatur,ſed ad omnes pręlatos eſt admonitio, in denunciatione non procedens. In aliis autẽ poteſt procedere in denunciatione,vt ſuprà dictum eſt. Et in articulo priori,vtrũ hæc correctio fraterna ſit omnium in omnes,dicit ſic in ſolutione. *Omnis homo omnẽ hominẽ cum reuerentia & manſuetudine tenetur admonere & corripere de delicto, ſed non vlterius poteſt denunciare ſi eſt inobediens, quia ſi prælatus ſupremus eſt, non habet iudicem.* ibi loquitur de ſupremo prælato ſpecialiter,& etiam ſtatim dixerat vniuerſaliter de omni prælato. Quidquid ſit,manifeſtum eſt quod vbi pręlatus monitus non obedierit,licet ad ſuperiorem,ſi habeat,recurrere quis poſſet,non eſt ad populum recurrendum,prout dicit proponens,corã eodem hæc peccata ſua arguenda, niſi immineret fidei periculum,vt communiter doctores exemplificant.addere poſſem, & in periculo ſchiſmatis & corruptionis morum in Eccleſia per malam doctrinam. Vnde dicit Thomas ſecunda ſecundæ,quæſt.23.art.4. Ad ſecundum: quod in faciem reſiſtere coram omnibus,excedit modum fraternæ correctionis. Et ideo ſic Paulus Petrum non reprehendiſſet, niſi aliquo modo eſſet par quantum ad fidei defenſionem, ſed in occulto admonere & reuerenter, hoc poteſt etiam ille qui non eſt par. Vnde Apoſtolus ad Coloſſenſes vltimo ſcribit, vt prælatum ſuum

Ordo in corripiẽdo prælato ſeruandus.

admoneant. Cum dicit, *dicite Archippo Epiſcopo, miniſterium tuum imple*. Sciendum tamen quòd vbi immineret fidei periculum, etiam publicè eſſent prælati à ſubditis arguendi. Vnde etiam Paulus, qui erat ſubditus Petro, propter imminens periculum ſcandali circa fidem, publicè Petrum arguit. Et ſicut glo. dicit Auguſt. ad Gal. 2. Ipſe Petrus exemplum maioribus præbuit, vt ſic vbi fortè rectum tramitem reliquiſſent, non dedignarentur etiam à poſterioribus corrigi. hæc Thom. ibidem, in 4. diſ. 19. dicit ſic. In forma reſpōdendo ad vnā rationē quæ eſt de reprehenſione Petri à Paulo. *Dicendū* inquit *quod Paulus reſtitit in faciem Petro coram omnibus, ſicut ibidem ad Gal. 2. dicitur, hoc autem excedit modum fraternæ correctionis, qui prælatis à ſubditis debetur. Non enim prælati à ſubditis coram plebe ſeu multitudine, ſed humiliter in priuato corripiendi ſunt, niſi immineret periculum fidei. Tunc enim prælatus minor fieret ſi in infidelitate laberetur & ſubditus fidelis maior.* Idem dicit Richardus de media villa, dico vlterius quod fraterna correctio de peccatis præteritis publicis locum habet, Etiam dicit Thomas, publica reprehenſio, ſaluis his quæ dicta ſunt de prælatis. dicit enim ſic ſanctus Thomas ſecunda ſecundæ quæſt. 33. art. 7. in corpore, quæſierat enim vtrum in correctione fraterna ſecreta admonitio ex neceſſitate pręcepti debeat præcedere denunciationem. *Diſtinguendum eſt*, inquit, *Aut enim peccata ſunt publica, aut occulta. Si quidem ſunt publica, non tantum adhibendum eſt remedium ei, qui peccauit, vt melior fiat, ſed etiam aliis, in quorum noticiam deuenit, vt non ſcandalizentur. Et ideo talia peccata ſunt publicè arguenda ſecundum illud 1. Timoth. 5. Peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant, quod intelligitur de peccatis publicis, vt dicit Auguſtinus in libro de verbis Domini.* ibi dicit S. Thomas quod remedium vt melior fiat illi adhibēdum eſt.

Ep. 19. inter medium & finem.

1. Timoth. 5.

Serm. 16.

eſt. Et hoc fit per correctionem fraternam, ſicut quod coram omnibus arguitur, remedium eſt aliis, ne ipſum in culpa ſequantur, & vt de re publica tollatur ſcãdalum.

Sextò infero, ꝙ cum prælati presbyteri & Eccleſiaſtici ſint ſuperiores laicis, non eſt fraterna correctio facienda eis, coram multitudine laicorum. De peccatis etiam publicis perſonalibus, neq; etiã fidem, neq; ſubuerſionem morum per malam doctrinam directè concernentibus, vt per illam inducantur laici ad ſubtractionem obedientiæ reſpectu ſacerdotum. Iſtud corollarium ponit vltra præmiſſa, quod non debent induci laici ad ſubtrahendã obedientiam presbyteris etiam malis malicia perſonali, quamquam etiam ſit publica, patet per illud Exod. 20. *honora patrem tuum* quod non tantum de patre carnali, ſed ſpirituali intelligitur. Et iſtud morale præceptũ eſt, ideo ſemper manet. lex etiam dicebat, Deut. 17. *Qui ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis Imperio, morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael. Cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia* &c. quamuis autẽ hoc præceptum, quia iudiciale erat, ſit mortuum, ratio tamẽ præcepti manet, ſcil. de obediẽdo ſacerdotis imperio. Nam hoc morale eſt, quia præcipitur honorare parentes, nec hoc valet dicere, quod hoc ſolùm intelligitur de bonis. Nam dicit Alexander de Hales in tertia parte ſuæ ſummæ, quod malo prælato quàm diu ab Eccleſia toleratur, debetur honor. Et quamuis malè præſideat, quouſque ab Eccleſia deponatur, vt bene præſidens, debet haberi, & intelligitur de malitia perſonali. patet correlariũ iſtud per illud Matth. 23. *Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi, quæ dicunt vobis, facite* &c. & 1 Pet. 2. *Subditi eſtote in omni timore dominis veſtris, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiã diſcolis, hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias patiens iniuſtè.* Patet etiam auctoritatibus do-

Corollarium ſextum. Eccleſiaſtici presbyteri non ſunt publicè corripiendi niſi in certis caſibus, ne populus abſtrahatur, à debita obedientia.

Exod. 20.

Deut. 17.

Alexander ab Hales p. 3 q. 33. memb. 4. ar. 5.

Matth. 23.

1. Pet. 2.

Teleſphorus in epiſtola ſua decretali.

ctorũ ſanctorum. Dicit Teleſphorus Papa 7. à beato Petro, ex computo Aug. decreto ſuo cap. 3. *Ipſi qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus ſunt audiendi & timendi, & non dilacerandi, aut detrahendi, quia à quibus populus Domini ſe benedici, ſaluari, & inſtitui cupit, nullatenus debet eos arguere. Nec vulgus in eorum accuſatione ſuſcipi, populus enim ab eis docendus eſt, & corripiendus, non ipſi à populo, quia non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum.* Apparet per hoc quod populus debet obedire ſacerdotibus, & ſe non ſubtrahere ab eorum obedientia. Item Gregorius Nazianzenus 2. oratione in ſancta lumina poſt medium. *Demum etiã illud docet quomodo ſubiectus eſſe oporteat eos qui accedunt ad gratiã, his quibus diſpenſatio myſteriorũ Dei commiſſa eſt, maxime etiam ſi dignitate aliqua ſibi vel ſapientia præditi videantur, nemo diſſimulet baptiſmum, nemo contemnat, nemo prædicatoribus fidei & diſpenſatoribus gratiæ reſiſtat atq; repugnet, ſed cũ omni humilitate & veneratione ſubiiciat.* hæc ille. præterea Chryſoſt. ſuper epiſt. 2. ad Timoth. homilia ſecunda dicit, *Neſcis quid eſt ſacerdos? quoniam angelus Dei eſt, non enim quæ ſui ipſius ſunt loquitur, ſi contempſeris, nõ eum contemnis, ſed eũ qui inthroniſauit eum, Deũ, & vnde manifeſtũ eſt quod Deus inthroniſauit eum? niſi hanc habeas opinionem, ſpes tua euacuata eſt. Si enim nihil agat Deus per eum, neq; lauacrum habes, neq; myſteriis participas, neq; benedictionibus frueris. Non ergo Chriſtianus es. Quid ergo? Omneis ordinat, etiam indignos? Non omnes quidem inthroniſat, per omnes tamen ipſe operatur, ſalutem populi moliens, non illorum intrans merita.* hæc ille: profectò hæc ſentẽtia in illo verbo Saluatoris fundata eſt. *Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit.* forte dicet quiſpiam, ideo publicè malis ſacerdotibus nõ obedio, quia propter ſuam malitiam publicam dominium ſuper me perdiderunt. putas quæſo dominiũ in caritate fundari? ſi hoc credis, cum certi eſſe non poſ-

Gregor. Nazianzenus, Oratione 40. in ſanctum baptiſma.

Chryſoſt. epiſt. 2. ad Timoth. hom, 2.

Matth. 10.

ſumus

Digitized by Google

ſumus de alio ſi ſit in caritate, Cum nec de nobis ipſis ſumus, ſapiente teſte, qui ait, Eccleſiaſt. nono. *Nemo ſcit an odio vel timore dignus ſit.* Et Apoſtolo qui dicit. 1. Cor. 4. *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non hoc iuſtificatus ſum*, certi eſſe non poſſumus, de aliquo, ſi ſit verus Dominus, & ita non ſolũ ſpiritualia dominia ambigua erunt, ſed & temporalia, quod ſi dicatur, imo certi erimus, donec aliquod publicum mortale cõmiſerint. Si ſic dicitur, ergo dominiũ aut ſpirituale aut temporale in caritate non fundatur, cum per mortale occultum quis dominium non amittit. porro oſtendo, quod per mortale publicum nõ amittitur dominium, ſaltem per peccatum perſonale, quod fidem nõ corrumpit, aut Eccleſiã non ſcindit, vel bonos mores per malam doctrinam directè non perimit. dignitates & dominia ſunt à Dei prouidentia deriuata. Nam ad Rom. 13. dicitur. *qui poteſtati reſiſtit, diuinæ ordinationi reſiſtit.* Et Prouerb. 8. dicit, æterna ſapientia cuius munere omnia gubernantur, *per me reges regnant & legum conditores iuſta decernunt.* Ergo quibus dedit Dominus poteſtates & imperia, illi veri ſunt Domini. Conſtat autem Dominum interdum facere malum hominem regnare ſuper populum, ad populi afflictionem Iob 34. *Qui regnare facit hominem hypocritam, propter peccata populi.* Igitur tales quamuis ſint mali culpa perſonali, tamen Domini ſunt. Idem manifeſtũ eſt in angelis Epheſi, Pergami, Thyatiræ, Sardis, & Laodiceæ, aduerſus enim illos Epiſcopos Dominus cõminationes reuelat, quarũ aliquę nõ ſunt pro peccato veniali, imo mortali, & tamẽ adhuc Epiſcopi ſunt, & nõ ipſo facto depoſiti. prætereà * Anſel. in gl. ſuper illo 1. Cor. 2. *vt ſcias quæ à Deo donata ſunt nobis*, ait: *multi habẽt donũ ſpiritus Dei, & neſciendo à quo habent, impia vanitate iactãtur, nemo donis Dei beatus qui dãti eſt ingratus.* Itẽ Aug. ſup Pſ. 66. v. 1. ait. *Alia ſunt*

dona

Eccleſ. 9.

1. Cor. 4.

Per peccatum quoduis mortale non amittitur dominiũ.

Rom. 13.

Prouerb. 8.

Iob 34.

Apoc. 2. & 3.

**. Alius liber habet, Auguſt.*

dona quæ dat Deus inimicis ſuis, & alia quæ non ſeruat niſi amicis ſuis. Quæ ſunt dona quæ dat Deus inimicis ſuis? quæ nunc memoraui, Non enim ſoli boni plenas habent domos rebus neceſſariis, aut ſoli boni vel ſalui facti ſunt vel ab ægritudine conualeſcunt. hæc Auguſtinus. Quid mirum ſi dominia dat peccatoribus, fidelibus tamē, qui etiā infidelibus larga dedit Imperia? imo & infidelem ſuper populum ſuum regnare conſtituit? patet in Nabuchodonoſor. Erat enim ille idololatra, ſed & rex conſtitutus à Domino ſuper populum Iſrael peccantem, *Hier. 27.* Hieremiæ ſiquidem 27. ſcriptum eſt, *ego feci terram & homines & iumenta quæ ſuper faciem terræ ſunt, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento, & dedi eam ei qui placuit in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi omnes terras iſtas in manus Nabuchodonoſor regis Babilonis ſerui mei. Inſuper & beſtias agri dedi ei vt ſeruiant illi, & ſeruient ei omnes gentes, & filio eius & filio filij eius.* videtis quomodo Deus, eum præfecit in Regem terrę Iſrael, ſicut de ipſis propheta loquitur in textu: Nec ſolum eum, ſed filium, & filium filij. Nec poteſt dici quòd Deus dicatur facere hoc permiſſiue, quia Dominus addidit, *Serui mei*, & *beſtias agri dedi ei.* Iterum Cyro adhuc idololatræ dedit Dominus regna terræ, *Eſai. 45.* Iſaiæ enim 45. *hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dextram vt ſubiiciam ante faciem eius gentes & dorſa regum vertam:* Sequitur & ibi. *dabo tibi theſauros abſconditos & arcana ſecretorum.* Hieronymus in Commentario lib. 12. ait: *huius dextram apprehendit & tenuit, vt nullus fortitudini eius valeret reſiſtere. legamus Xenophontis octo librorum Cyri maioris hiſtoriam & prophetiam Eſaiæ cernemus expletam. quæ enim ciuitas illi non patuit? quis non regum terga ſubiecit? qui muri prius inexpugnabiles non illius obſidione ſubuerſi ſunt?* hæc ille: Amplius Cæſar erat iniuſtus iniuſtitia fidei, tamen *Matth. 22.* Dominus dominium ſuum cōfirmauit, Cum ait: *Reddite* *quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* Pilatus etiam erat iniquus Chriſto, iuſtificans in fauorẽ Iudæorum, tamen ſuam poteſtatem approbauit, cum ait: *Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper.* Propterea dicit Auguſti. lib. de quæſtionibus veteris & noui teſtamenti, *Dei imaginem habet Rex, ſicut Epiſcopus Chriſti. Quamdiu ergò in ea traditione manet, eſt honorandus, ſi non propter ſe, vel propter ordinem. vnde Gentilem, in poteſtate tamen poſitum honoramus, licet indignus ſit:* Hæc ille. Patet, quomodo in rege perſonam diſtinguit Auguſt. ab ordine. ſi fuerit peccator in perſona, meretur priuari bonis Dei. Sed quia eſt Rex ex officio, meretur habere Dei bona etiam valida, honores excelſos ab homine, & à Deo viſiones & ſomnia, ꝓinde idẽ lib. de Ciuitate Dei dicit in effectu, quod idem Deus dedit regna piis & impiis, qui Mario Imperium ipſe & Gaio, qui Conſtantino Chriſtiano, & Iuliano apoſtatæ. Patet ergò, quòd verum dominiũ non fundatur in gratia gratum faciente, ſed in diuina prouidentia, ſicut in cauſa efficiente, ſecundum quam propter occultas nobis cauſas, ſuæ æternæ ſapientiæ manifeſtiſſimas, benè vult malis, & interdum malè, pœnaliter verò bonis. cum autem viſum erit in ſequenti concluſione ſacerdotes populo non eſſe ſubiectos, apparebit irrationabile, ipſos coram populo de peccatis ſuis perſonalibus publicis arguere, hypocriſim detegere, & coram ipſo ſuis manifeſtis ſceleribus contraire, vt dixit proponens, dum tamen non ſint in ſubuerſionem, per falſam doctrinam: in quo caſu poſſunt argui publicè coram populo, vt ſuprà dictum.

Auguſt.

Aug. de Ciuit. Dei lib. 5. c. 21.

Sequitur ſeptimo ex præcedenti, quod ſubditus populus non poteſt licitè ſubtrahere decimas & oblationes à malis ſacerdotibus publicè malitia perſonali, nec valet excuſatio auaritię, hoc facere volentiũ, quiá nolunt tales nutri-

Septimum Corollarium.

Populus nõ poteſt licitè ſubtrahere prouẽtus malis ſacerdotibus.

nutrire in peccatis, quod tamen facerent dando, vt dicunt. Probatur, Chriſtus ſuſtentauit Iudam proditorẽ, deditq; ei buccellam panis, & fecit eum participẽ menſæ ſuæ, & adhuc erat ſacerdos. Item Deus paſcit gentiles, in orbe, hæreticos, impios Chriſtianos, ita vt Iob dicat: *abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant eũ, cum ipſe dederit omnia in manibus eorũ,* Iob 12. Et veritas ipſa de hoc ait: *Qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Item Auguſt. tractatu de oratione dominica, qui incipit, *Sanctiſsimis Apoſtolis,* ait, *ipſum panem cariſsimi, quo venter impletur; quo caro quotidie reficitur, Ipſum panem videtis dare Deum, non ſolum laudatoribus ſuis, qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. laudas, paſcit te; blaſphemas, paſcit te, vt pœnitentiam agas, expectat te, ſi non te mutaueris, damnat te. Quia ergò panem iſtum accipiunt boni & mali à Deo, putas non eſt alter panis?* Hæc ille. Item idem prima parte ſermonum ſermon. de generalitate eleemoſynæ, qui incipit: *Sunt, qui dicunt, da miſericordiam, & ne ſuſcipias peccatorem. Illa enim ob hoc dicta ſunt, ne vnquam peccatori benefacias, propterea quia peccator, ſed quia homo eſt, itaq; vtrumq; præceptum tenebis, non ad vindictam remiſſus, nec ad ſubueniendum. Omnis enim, qui ratione arguit peccatorẽ, quid aliud, quàm vult non eſſe peccatorem? Odit ergo in illo, quod odit Deus, vt perimatur, quod homo fecit, & liberetur, quod Deus fecit, peccatum autem homo fecit, ipſos homines Deus.* Et infrà: *Benefac humili, propter hoc, quòd humilis eſt, & ne dederis impio propter hoc, quòd impius eſt, quoniam & altiſsimus odit peccatores, & impiis reddet vindictã, qui tamen nõ ſolum propter quod peccatores & impij ſunt, verum etiam quod homines, facit oriri ſolem ſuum ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, ita nulli hominum claudenda eſt miſericordia, nulli peccatori impunitas relaxanda.* hæc Auguſt.

Iob 12.

Auguſt.

Auguſt.

Similia habet Pſalm. 102. vltra medium. vide 23. q. 4. Duo iſta c. 35.

Auguſt. Ex quo patet, quomodò poteſt dari malis, nec tamen nutrietur malitia, ideò poſſunt reddi decimæ, vtique iuſtiſſimè debitæ, nec ideo nutrietur malitia. nam ſoluentur, quia debitæ, & quia illi ſunt ſacerdotes, non autem, quia mali. Item Hieron. in Cõmentario ſuper illo in cap. 22. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo*, dicit ſic. *Porrò quod ait: reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, id eſt, nummũ, tributum, & pecuniam, & quæ ſunt Dei, Deo, id eſt, decimas, primitias & oblationes*: hæc Hieron. Tunc autẽ Cæſar Tyberius erat Tyrannus, ſucceſſor Tyranni & hæres; ſacerdotes infideles, auari, & in malo pertinaces, ad pietatẽ indociles, in mortem Domini iugiter meditantes, & tamen illis decimas Dominus iubet dari. ſi illis dandę ſunt, cur non ſacerdotibus malis, tamen fidelibus? Rurſus idẽ in annotationibus ſuper illo: *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, pota illum*, ait, *Noli negare, quod Dominus nulli negat, quamuis ſit blaſphemus & impius. hoc enim faciens, carbones congeres ſuper caput eius. vt cum ſibi carbones intellexerit, * per tuam indebitam miſericordiam congregari, excutiat eos, hoc eſt, conuertatur, & diligat te, quem habuerat aliquando peroſum.* Item: *Idem Deus nulli negat, etiam blaſphemo & impio, & nunquid ipſe cibat inimicos ſuos contra ſe ipſum? non ſed contra ſe ipſos eis gratitudo Domini, gratitudo & ſeruorum eius obeſſe poteſt ad pœnam. Domini gratitudo autem ſeruis eius creſcet ad gloriã, quia nec ideò paſcunt peccatorem, vt amplius peccet, ſed magis, vt gratia Domini victus à delicto quieſcat*: hæc Hieron. Chryſoſt. autem ſuper Ioannem homilia 70. *Qui manducat meum panem*, *omnia alia* inquit *dimittens, hoc vnum quod ſufficiens erat eum, ſcilicet Iudam, detinere & conuertere, poſuit Chriſtus, qui à me nutritus eſt, qui apud menſam cõmunicauit, hoc autẽ dixit, erudiens eos, qui malefaciunt, benefacere etiam, ſi manſerint inſanabiliter habentes*: hæc ille. Ponderate quod dicit, & ſi

Matth. 22.

Hieron. in caput ad Rom. 12.

** Textus impreſſus habet ſuam. Item in Pſalm. 93 in ep. ad Hedibiam 150.*

Chryſ. hom. 70

manſerint inſanabiliter habentes. Nam illis benefaciendum, non obſtante malitia, docet Dominus Ieſus, vt ait ipſe Chryſoſt. Si verò zelum habens correctionis vitiorum, vtinam ſecundum ſcientiam, cauſetur dicens, quod niſi coram multitudine populi, vitia cleri arguantur & improbentur, iudicabit ſimplex populus illa eſſe licita, ideò vt eis conſulatur, neceſſariū eſt, omnibus talibus publicè coram populo contraire, dico quòd non habet, vnde rationabiliter conqueratur: Nam iuxta præmiſſa doctrinam Saluatoris inſequēdo, ſacerdotes delinquentes publicè peccatis perſonalibus, poteſt fraternaliter cum reuerentia, honore & manſuetudine corripere, adhibitis debitis circūſtantiis. quod ſi illum non audierit, adhibeat vnum vel duos teſtes; quos ſi nō audierit, dicat Eccleſiæ, id eſt, prælato Eccleſiæ, qui eſt ſuperior ſacerdotis delinquentis. Si ille neglexerit, poteſt ad ſuperiorē recurrere, vſq; ad Summum Pontificem, quem ſi rurſus deſidem in correctione iſta iudicauerit, habet pro finali recurſu generale conciliū, ꝙ requiſitū & * corrigendis informatum nullatenus deficiet, ſpeciali enim quadā præſentia paraclitus Spiritus ſanctus ei adeſt, & Chriſtus, qui ſponſam ſuam Eccleſiam Catholicam in concilio generali repręſentatā, nullatenus errare permittit, quam deſponſauit ſibi in fide & in miſericordia & miſerationibus vſque in ſempiternum, ꝓpter quod in morum reformatione non eſt ambigendū, concilium generale tramitē veritatis vnquam relicturū. hoc tantū reſtat, vt omnis puritatis amator, conciliorū generalium celebrationem toto corde & opere procuret. Ecce legē Domini, ecce mandatum de correctione fraterna. Ecce practicā horum contra malitiam ſacerdotum perſonalem. dixi, perſonalem, quia ſi in fide aut doctrina errarent, & peruerterent populum, hoc

** m. ſ. codex alter: & debite corrigendū informatum.*

Oſea 2.

modo,ſi mores ſanctos documẽtis malis niterentur euertere,aliter eſſet procedendũ, vt dictum eſt,nec peccarẽt ſolũ in te,ſed in oẽs Chriſtianos. Vbi verò omitteretur celebratio generaliũ Conciliorum, ꝙ Deus auertat, remẽdium eſt prædicatio verbi Dei maximè ad clerum facta. In illa fiat generalis exprobratio vitiorum,ne vnq̃ putent inſipientes vitia ſibi licere. Ad populũ verò exprobratio vitiorum cleri,nõ videtur expediens, niſi cũ magno moderamine,& diligenti verborũ temperantia fiat,ne clero populus infeſtus inſolentior fiat,& abiiciat oẽm reuerentiam & obedientiam. Vbi tamen probabiliter appareret populũ errare credendo, vitia cleri iam non eſſe vitia,eſſet per verã doctrinã ei ſuccurrendũ. ſed hoc diebus noſtris euenire pro magna parte populi non permiſit Dñs. Non ergò arguẽdi ſunt mali ſacerdotes malitia perſonali coram populo. ꝓpter hoc, vltra præmiſſa, hanc vnicam facio rationem. Ordo fraternæ correctionis oſtendit, ꝙ ab ea itur in correctionem paternã ſeu iudiciariam, dum illa non ſufficit. Nam poſt correptionẽ inter te & illum, vnus vel duo teſtes adhibentur, vt conuincatur iam correptus corã iudice. Poſtea ſi negauerit, dicetur Eccleſiæ, id eſt,prȩlato, vel vniuerſali Eccleſiæ in negligentia prȩlatorũ. ſi illam non audierit, excõmunicatur vel excommunicatus eſt. Ideò ſit tibi vt ethnicus & publicanus. Igitur vbi fraterna correptio non ſufficit,curritur ad iudicẽ, vt qui volens corrigi noluit,nolẽs corrigatur. modò populus,vt poſtea patebit,non eſt iudex ſacerdotũ, nec habet excõmunicare aut claues Eccleſiæ,ſed potius paſtores, & Eccleſia vniuerſalis ſeu Conciliũ illam repræſentans. Igitur corrigendo coram populo malũ ſacerdotem, legem correctionis fraternæ quis tranſgreditur, & nõ ingreditur ordinem iudiciarię poteſtatis. ergò hoc non eſt faciendum.

SEQVITVR SECVNDA CONCLVSIO.

SECVNDA concluſio. *Soli habentes auctoritatem à lege, à diuina voluntate, per inſpirationem ſeu reuelationem cognita, aut ab aliquo illorum commiſſi, poſſunt licitè in quolibet ſtatu corrigere iudicialiter ſubditorum ſuorum peccata mortalia publica*: Iſta concluſio probatur lege diuina, praxi Apoſtolorũ, & Eccleſiæ primitiuæ, decretis libri Conciliorum Iſidori, & ſanctorum Patrum, & auctoritatibus ſanctorum Doctorum, ſe fundantium in lege diuina.

Primo probatur ex teſtimoniis, veteris teſtamenti, Exod. 2. ſcriptum eſt: Cum quidam Hebræus alteri faceret iniuriam, & Moyſes iniuriantem corriperet, Ait correptus: *Quis te conſtituit iudicem ſuper nos? nunquid vis me interficere, ſicut heri interfeciſti Ægyptium?* Auguſt. autem contra Fauſtum dicit, ſuper interfectionem Ægyptij per Moyſen. *Moyſes non deteſtabili immanitate, ſed emendabili animoſitate iuſtitiæ regulam exceſſit, quia nondum à Domino principatum acceperat*, vt prius allegatum eſt. Secundò: Sic Dauid quendam iuuenem. Dicunt multi Doctores, quod fuit Doeg Idumæus, qui dixerat ſe Saulẽ occidiſſe, licet mentiretur, occidit. Nam 2. Reg. 1. dixit illi iuueni, *quare non timuiſti manum tuam mittere, vt occideres Chriſtum Dominum?* Et paulo pòſt dixit, *ſanguis tuus ſuper caput tuum ſit*. Iuſſitq́; eum interfici. hæc autem non feciſſet, ſi ſibi licuiſſet Regem Saulem occidiſſe. Non ergò illi licuit, quamuis Saul eſſet malus & reprobatus à Domino, ne regnaret. Tertiò, Prouerb. 30. dicitur: *per tria mouetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere. Primum eſt per ſeruum, cum regnauerit*, hoc autẽ fieret, ſi ſubditi vellent defectus ſuperio-

Suprà propoſitione 4.

Aug. contra Fauſtum Manichæum li. 2. cap. 82. To. 6.

2. Reg. 1.

Prouerb. 30.

ſuperiorum publicos per iuſtitiam vindicare. Quoniam vero orbis perturbatio mala eſt, hoc non licet. Quartò, Pſalm. 71. dicit Propheta: *Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis.* Ibi iudicium iuſtitiæ committi precatur Propheta, non cuilibet, ſed Regi, aut filio Regis, vel his, qui iuſtè aliis præſunt. Iterum Prouerb. 19. Sapiens ait: *Non decent ſtultum deliciæ, nec ſeruũ dominari Principibus.* Ex illis patet ſubditos non debere ſuperiorum peccata per iuſtitiam corrigere, caſtigare aut punire. Item Iſa. 10. dicit Spiritus ſanctus: *Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea, aut exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur? Quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem ſe, & exaltetur baculus, qui vtiq; lignum eſt*, licet autem hoc dictum ſit contra præuaricatores diuinorum mandatorũ, quod patet ex pronunciatione pœnæ diuinitus cõminatę, Rationabiliter tamẽ poteſt exponi de inſurgentib. in ſuperiores, delicta eorũ cupiẽtes ſub titulo iuſtitię vindicare. Rurſus, vt allegatũ fuit, inobediens ſacerdotis Imperio moriebatur in lege. Ex quo verbo hoc morale accipiendũ eſt, ꝙ ſacerdotibus euangelicis, in his quę bene præcipiunt, populus tenetur obedire, nõ ergo habet populus eorum peccata perſonalia, per iuſtitiæ poteſtatem corrigere. Si dicatur, ꝙ hoc verum eſt de bonis. Nam malos presbyteros puerulus Daniel iudicauit, vt patet Daniel. 13. Reſpondebo, quod ita fecit, ſed hoc fuit accepta à Domino ſuper hoc ſpeciali poteſtate, quæ innoteſcit hominibus, aut per miracula, aut per teſtimonium ſacrarum ſcripturarum, hæc autem, de qua hîc inſpiratio diuina ex ſcriptura manifeſtatur. Nam dicitur: *Suſcitauit Deus ſpiritum pueri iunioris, cui nomen Daniel.* Præterea eodẽ modo videtur dicendum, quod ſubditi poſſunt peccata principũ ſecularium publica, auctoritate iuſtitiæ punire

Pſalm. 71.

Prouerb. 19.

Iſaiæ 10.

Daniel. 13.

& corripere & hoc eſſet ſeditioſum & ſubuerſio omnis principatus temporalis. Amplius: ſuperiores nõ habent ab inferioribus puniri, propter eorum negligentias in iuſtitia miniſtranda aut regimine; & ſpecialiter Eccleſiaſtici à laicis. Illorum enim defectus Dominus iudicabit & non populus terræ. Quod patet Iſa. 3. vbi dicitur: *Stat ad iudicandum Dominus.* quod ad prælatos aut ad ſacerdotes hoc dictum ſit, patet. Nam paulò poſt dicitur: *vos depaſti eſtis vineam meam, & rapina pauperis in domo veſtra,* ſic enim ad hoc propoſitum allegat Alexander illam auctoritatem. Idem patet Ezechielis 33. de ſpeculatore enim dicitur: *Niſi inſonuerit buccina, cum viderit gladium venientem, ſanguinem pereuntis de manu ſua requiram,* non populus terræ, ſed ego, ſupple, Dominus. Hęc enim ſunt verba Domini. Non habet ergò negligentias exigere populus ex auctoritate, de manibus pręlatorum aut presbyterorum; ſed Dominus, quamuis poſſit pro defectibus & negligentiis in officio, querimoniam ſuperioribus ipſorum Eccleſiaſticorum deficientium, porrigere, ac pro peccatis perſonalibus eos monere fraternaliter, modo dicto in præcedenti concluſione.

Eſaiæ 3.

Ezech. 33.

Deinde probatur concluſio teſtimoniis noui teſtamenti, & primo Matth. 26. dicit Saluator: *omnis, qui gladium acceperit, gladio peribit.* Ille verò dicitur gladium accipere, qui ꝓpria auctoritate iuſtitiæ pœnas exercet. Vnde Aug. *Ille gladiũ accipit, qui nulla ſuperiori aut legitima poteſtate vel iubente vel concedente in ſanguinem alicuius armatur,* ergò ſoli tales, non qui gladium accipiunt, quoniam gladio peribunt, ſed quibus gladius à Deo Datus eſt, habent peccata publica auctoritate iuſtitiæ vindicare. Secundò Apoſtolus Roman. 13. dicit: *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nam qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.*

Matth. 26.

Aug. lib. 22. contra Fauſtũ Manichæum. cap. 70. To. 6.

Roman. 13.

Digitized by Google

reſiſtit. Poſt pauca ſubdit, *non ſine cauſa gladium portat; Dei enim miniſter eſt vindex in iram, ei, qui malè agit.* Ex his patet quod inferiores ſubdi debẽt poteſtatibus ſublimioribus, & ſic non habent de illis poteſtatibus iuſtitiam facere. nõ enim habent gladium datum à Domino, ſed princeps, qui Dei miniſter eſt, contra operantes malum. Si de facto faciunt, gladium accipiunt, & gladio peribunt, vt dicit Dominus. Tertiò, Apoſtolus reprehendit eos, qui iudicant non ſibi ſubditos. Dicit enim ad Rom. 14. *Tu* Roman. 14. *quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat aut cadit.* Nec poteſt dici, quod propter peccatum domini efficiantur ſubditi, dum tamen illud peccatum ſit tantum perſonale, & non ſit in fide, aut contra rempublicã, ad cuius cuſtodiam, & fidei defenſionem, ordinatum eſt dominium, ſicut probatum eſt ſuprà. Quartò, 1. Petri 2. Petrus Apoſtolus: *Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter De-* 1. Petri 2. *um,* ſpecificando autem cui, ſubiungit, *ſiue Regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus quaſi ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, quia ſic eſt voluntas Dei.* Si dicatur, quod bonis parendum eſt, non malis. Contradicit illud 1. Petri 2. *Serui ſubditi eſtote in omni timore Dominis veſtris, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.*

Conſequenter ex praxi Chriſti, Apoſtolorum & primitiuæ Eccleſiæ. ſic ex praxi Chriſti. Chriſtus vni tantum, non omnibus dixit, ſcilicet Petro: *Paſce oues meas,* Ioh. 21. Ioh. vltimo. Dans vni, non pluribus, vniuerſalem auctoritatem corripiendi peccata ſubditorum, & in virtutibus eos nutriendi. Item ex praxi Apoſtolorum. Petrus ſo- Actor. 5. lus tanquam caput aliorum, diuinam ſententiam in Ananiam & Saphiram promulgat, quia defraudauerant de pretio agri, mentiti Spiritui ſancto, vt habetur Actuum quinto. in quo patet, quod ſuperior habet

Digitized by Google

ferre iudicium aut promulgare. Cæterum cùm Symon Magus offerret pecuniam Apoſtolis, vt haberet poteſtatem dandi Spiritum ſanctum, per impoſitionẽ manuum, ſolus Petrus, vt aliorum princeps, legitur eum corripuiſſe imperioſè dicens: *pecunia tua tecum ſit in perditionẽ*, Act. 8. Pręterea cùm Paulus percuſſus iuſſu Ananię ſummi ſacerdotis Iudæorum, dixiſſet: *percutiet te Deus paries dealbate*. Et quidam aſtantiũ ei appoſuiſſet, *ſic ſummum ſacerdotem Dei maledicis?* Reſpondit: *neſciebam fratres, quia princeps eſt ſacerdotum*, per hoc ſe excuſans de maledicti pronunciatione, oſtendens, quod ſuperioribus non ſunt maledicta inferenda, & multo minus corporales pœnæ per inferiores: De his Apoſtoli verbis habetur Actuum 23. Nec valet, quod Paulus reſtitit Petro in faciẽ: Nam habetur Gal. 2. *Cum veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat*, quia cum ſuperior peccat in facto fidei, fit inferior in hac parte. Et ſubditi non lapſi, fient ſuperiores, vt Thom. in 4. diſt. 19. vel magis gloſſam ſequẽdo dico, quod in defenſione fidei Paulus fuit par Petro. dicit enim gloſſa ſuper illo *Reſtiti enim in faciem, vt par*, ita dicit Richardus de media villa in quarto, diſt. 19. In vna reſponſione tangit aliam, quæ Thomæ videtur conformari in quarto, quod vbi imminet periculum fidei, inferior poteſt ſuperiorem etiam publicè arguere, vt etiam dicit Thomas in 2. ſecun. immediatè ſuprà, ſicut antè in fine quinti Corrolarij dictum eſt. Et hoc maximè dico verum eſſe, quando periculum eſt in mora, nec dilationem recurrendi ad ſuperiorem periculum patitur. Ita dicit de paritate Petri & Pauli in defenſione fidei Auguſtinus de Ancona, lib. de poteſtate Eccleſiaſtica. q. 7. art. 2. ad primum, vbi oſtendit, quod Paulus fuit minor Petro, maior, & æqualis. Minor quidem

Actor. 8.

Actor. 23.

Gal. 2.

Suprà Corollario 5. 4. diſt. 19.

Tho. 2. 2. q. 33. art. 7.

Auguſt. de Ancona.

quidem poteſtate prælationis, quia ſolus Petrus fuit Cephas, id eſt Caput totius Eccleſiæ. Maior autem prærogatiua electionis, quia electus fuit à Chriſto poſt reſurrectionem & poſt glorificationem. Vnde in Bulla Papæ, Paulus ponitur ad dextrã. Æqualis in officio prædicationis, & fidei defenſionis. In hac autem reprehenſione fides defenſionis tangebatur, quantum ad ceſſationem legalium, vnde ad Gal. 2. poſt verba aſſumpta ſequitur de Petro, *Non enim ambulabat ad veritatem Euangelij.*

Allego vltrà praxim Apoſtolicam, praxim, vt ſic dicam Angelicam Michaelis Archangeli, qui dum cum diabolo de corpore Moyſis altercaretur, noluit imperare, ſed Domino imperandum reſeruauit. De hoc enim habetur in epiſt. Iudæ: *Cum Michael Archangelus altercaretur cum diabolo de corpore Moyſis, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemia, ſed dixit, imperet tibi Dominus.* ſi punitionem noluit Archangelus in diabolum ſine auctoritate ſuperioris, ſcilicet Dei, exercere, ſed Domino reſeruauit; cum homines non ſint meliores Angelis, nec delinquentes peiores diabolo, vindictam malorum non debent exercere, ſed ſuperioribus reſeruare.

Poſſet ex praxi primitiuæ Eccleſiæ ſatis facile, idem deduci per multa. Sufficiant autem duo exempla, quæ ſi non ſunt de prima primitiua Eccleſia, ſunt tamen de Eccleſia ſatis primitiua. Vnum eſt Conſtantini Magni, de quo in 3. lib. hiſtoriæ tripartitæ dicitur, quod Epiſcopis inter ſe diſſidentibus & libellos famoſos contra ſe inuicem Conſtantino offerentibus, ipſe ait: *Dominus conſtituit vos ſacerdotes; & poteſtatem dedit vobis de nobis iudicandi, ideò nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non poteſtis iudicari ab hominibus, propter quod inter vos Dei ſolius expectate iudicium, & veſtra iurgia, quæcunque ſunt, ad illud diuinum reſeruen-*

Conſtantinus.

Pſalm. 81.

** m: ſ. alteri Iudæorum.*

*tur examen, vos eſtis nobis dati Dij, & inconueniens eſt, vt homo iudicet Deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt Pſalm. 81. Deus ſtetit in ſynagoga * deorum, in medio autem Deus diiudicat.* Aliud eſt exemplum de obedientia Theodoſij erga B. Ambroſium. ex quibus apparet principes ſeculares Chriſtianiſſimos iudicibus Eccleſiaſticis paruiſſe, quanquam aliqui eorum mali eſſent, ſicut patuit in primo exemplo.

Clemens Papa epiſt. 1.

Euariſtus ep. 2 habetur 2. q. 7. cap. non eſt. 1.

Alexander Pontifex ep. 1.

Matth. 16.

De for. compe. cap. nullus. 1.

Ex his autem, quæ in lib. conciliorum Iſidori habentur, probatur concluſio. In epiſtola Clementis Papæ ad Iacobum fratrem Domini de morte S. Petri dicitur: *Epiſcopos à ſolo Domino iudicandos aut remouendos, & non ab aliis eſſe dicebat, quia ſui ſunt & non alterius. Et quis eſt, qui alterius iudicet ſeruum? Nam ſi ita non patiuntur homines, nec Deus Deorum, nec Dominus Dominantium, hoc nullatenus patitur.* Item Euariſtus Papa, vt eodem lib. conciliorum Iſidorus narrat, decreto ſuo nono, ait: *non eſt itaq; à plebe aut à vulgaribus hominibus arguendus Epiſcopus vel accuſandus, licet ſit inordinatus, quia pro meritis ſubditorum diſponitur à Deo vita iſtorũ,* & tranſſumptione habetur 2. q. 7. nõ eſt. Item ex decreto Alexandri primi in eo lib. conciliorum Iſidori dicitur: *Relatum inſuper eſt ad huius ſanctæ & Apoſtolicæ Sedis apicem, cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & omnia negocia Eccleſiarum, ab ipſo Domino tradita ſunt, quaſi ad caput, ipſo dicente principi Apoſtolorum Petro: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Quod quidem æmuli Chriſti eiuſq; ſanctæ Eccleſiæ inſidiatores, ſacerdotes Dei ad iudices publicos accuſare præſumant, cum magis Apoſtolus Chriſtianorum cauſas ad Eccleſias deferri, & ibidẽ terminari præcipiat. Taliter præuaricantes præuaricati ſunt in Deum ſuum, & non obediunt præceptis eius.* Amplius in concilio generali Pariſien. & habetur in cap. nullus iudicum, de for. compe. ſic fuit diffinitum: *Nullus iudi-*

Digitized by Google

iudicum neq; presbyterum neq; diaconum, aut clericum vllum, aut minores Eccleſiæ ſine permiſſu Pontificis, per ſe diſtringere aut cōdemnare præſumat. quod ſi fecerit, ab Eccleſia Dei, cui iniuriam irrogare dignoſcitur, tam diu ſit ſequeſtratus, quouſq; reatum ſuum recognoſcat, & emendet. Sunt tamē caſus ſpeciales, in quib. iudex ſecularis poteſt eſſe iudex clerici, quæ notantur per Hoſtienſem & alios doctores in dicto capitulo, Nullus, de for. comp. Rurſus, quod dignitas Epiſcopalis ſit maior Imperiali, exceptis temporalibus, quæ Epiſcopus ab eó recipit, declarat Innocentius tertius illuſtri Imperatori Conſtantino, in cap. ſolicitæ, de maioritate & obed.

Hoſtienſ. de foro comp. cap. prædicto.

De maioritate & obedientia cap. 6.

ITem ex decretis SS. Patrum apparet concluſio. *Pri*mò, in decreto diſt. 10. dicit B. Gregorius Nazianzenus Imperatoribus Conſtantinopolitanis, quod etiam poteſtas tribunalium Regiorum, lege Chriſti ſubiecta eſt poteſtati Eccleſiaſticę. Ideò non debent regulariter Eccleſiaſticorum delicta à principibus ſecularibus puniri. Et multò minus à populo vel aliis Chriſti fidelibus. Item 2. q. 7. cap. laicos, dicitur: *Laicos nō accuſaſſe Epiſcopos, hactenus obſeruatū & conſtitutum eſt, quia non ſunt eiuſdem cōuerſationis. & oppido quidē eis infeſti exiſtunt.* Iterū 23. q. 5. c. Non fruſtra, dicitur ab Auguſt. ad Macedonium: *Non fruſtra inſtituta ſunt poteſtas Regis, ius cognitoris, vngula carnificis arma militis, diſciplina dominantis, ſeueritas etiam boni patris. habent omnia iſta modos ſuos, cauſas, vtilitates, rationes. hæc cum timentur, & mali coërcentur, & boni quieti inter malos viuunt.* In hoc patet, quod ad ſolam auctoritatem publicam pertinet peccata publica per iuſtitiam punire.

Gregor. Nazian. in oratione ad ciues Nazianzenos. di. 10. cap 6.

2. q. 7. cap. laicos.

23. q. 5. c. 18. Nō fruſtra. Aug. ep. 14. ad Macedon.

POſtremò auctoritatibus SS. Doctorum in lege diuina veraciter ſe fundantiū, probatur concluſio per Aug. primò de Ciu. Dei, & recitat Thom. in gloſ. ſup Mat. 5. c.

Digitized by Google

Auguſt. lib. de Ciuitate Dei. cap. 21.

Auguſt. vbi ſuprà.

Aug. in quæſt. Euangel. lib. 1. c. 20. Tom. 4.

Deut. 23. Greg.

Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, Non occides, qui autem occidit, reus erit iudicio, dicit enim ſic. *Nequaquam contra hoc præceptum fecerunt, qui autore Deo bella geſſerunt, ac perſonam gerentes publicæ poteſtatis, iuſtiſſimæ rationis Imperio, ſceleratos morte puniuerunt. Et Abraham non ſolum non eſt culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus eſt nomine pietatis, quod voluit filium, nequaquam ſceleratè, ſed obedienter occidere, hi ergò excipiuntur, quos Deus occidi iuberet ſiue lege lata, ſiue ad perſonam pro tempore, expreſſa iuſſione, non autem ipſe occidit, qui miniſterium dat iubenti, ſicut adminiculũ gladius eſt vtenti*: hæc Auguſt. Ex quo patet, quod ſolum ad habentem auctoritatem, ſiue à lege, ſiue ſpeciali iuſſu Dei, pertinet pœnam per iuſtitiam inferre. Item idem ſuper Matth. eodem cap. dicit: *Non prohibetur vindicta, quæ fit per correctionem, nec hæc ei conceditur, niſi ei, cui poteſtas ex ordine data eſt.* Rurſus idem primo de ciuitate Dei ait: *qui ſine aliqua publica adminiſtratione maleficũ interfecerit, velut homicida reputabitur.* Iterum idem ſuper Matth. v. ca. *officia vindictæ poſſunt bono animo impleri, quomodo iudex, & quomodo lex.* Præterea Greg. ſuper Deuter. 23. *Si intraueris ſegetem proximi tui, franges ſpicas, & manu conteres, falce autem non metes,* dicit, *falcem iudicij mittere non poteſt quis in eam rem, quæ alterius videtur eſſe ſubiecta.* Ex his patet probata concluſio, quod ſoli habentes auctoritatem à lege, aut à diuina voluntate per inſpirationem ſeu reuelationem cognita, aut ab aliquo illorum cõmiſſi poſſunt licitè in quolibet ſtatu corrigere iudicialiter ſubditorum ſuorum peccata mortalia publica. Ex quo patet, quod peccata puniri non poſſunt, niſi adſit iuriſdictio, & quia iudicium humanum procedere debet ex manifeſtis, oportet, quod adſit conuictio, oportet etiam, vt in primo puncto deductum fuit, quod fiat abſq; turbatione boni communis, Ideò oportet,

tet, quod ſit pax ſalua. His igitur tribus concurrentibus, ex primo puncto, & exiſto declaratis, ſcilicet iuriſdictione, conuictione, pace ſalua, peccata publica ſunt punienda, aliàs non, niſi vbi maius ſcandalum oriretur ex diſſimulatione punitionis peccati, quàm ex turbatione pacis Eccleſiæ, aut boni communis, ſicut etiam dictum fuit in primo puncto.

primum Corollarium, Peccata publica perſonarum Eccleſiaſticarum à laicis nō ſunt punienda, exceptis quibuſdam caſibus.

EX hac concluſione infero primò, quod peccata publica perſonalia prælatorum, ſacerdotum, & aliorum Eccleſiaſticorum Chriſti fidelium, per laicos non ſunt punienda, etiam ſecundum dictamen legis diuinæ, per cohibitionem pœnę, exceptis caſibus, etiam paucis infrà dicendis, in quibus nec eis liceret, niſi eſſet ab Eccleſia ſpecialiter conceſſum. hoc probatum erit, ſi fuerit oſtenſum, quod non ſunt laicis, quo ad ea, ſubditi, hoc autem ſic patet. Primò ante legem ſcriptam, ſecundò in lege, tertiò ſub Euangelio. Ante legem in regno Ægypti ſub Pharaone manifeſtum eſt ſacerdotes ab omni regali exactione fuiſſe liberos. Cùm enim omnes eſſent Pharaonis Imperio ſubiecti, & in ſeruitutem ſubacti, ſola terra ſacerdotum permanſit libera. habetur Geneſ. 47. In lege verò non reperiuntur ſacerdotes populo eſſe ſubiecti, immò è contra. Nam diffinitio quæſtionum ad ſacerdotis pertinebat arbitrium, ei, quòd obediendum lex iubebat ſub pœna mortis. Deuter. enim 17. ſcriptum eſt: *Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari, ſurge, & aſcende ad locum, quem elegit Dominus Deus tuus. Veniensq́; ad ſacerdotes leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit pro illo tempore, quæresq́; ab eis, qui iudicabũt tibi iudicij veritatem, & facies*

Geneſ. 47.

Deuter. 17.

quodcunq; dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus. ſequitur paucis interpoſitis: *Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis Imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille.* ſub Euangelio autem ſacerdotiũ liberum eſt ab omni poteſtate ſeculari, quantum ad eorum perſonas, maximè probatur, per id Matt. 17. vbi Chriſtus interrogauit Petrum, *à quibus Reges accipiunt tributum, an à filiis, an ab alienis?* Reſpondit Petrus: *ab alienis:* Et Dominus, *ergò filij ſunt liberi.* per hoc intelligens Apoſtolos, diſcipulos, & eorum ſucceſſores eſſe liberos à ſubiectione temporali, vnde quod ſoluit tributum, fuit ne ſcandalizaret exactores tributorum, ideò dicit, *ne ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcendet, tolle, & aperto ore eius, inuenies ſtaterem, illum ſumens, da eis pro me & pro te.* Ecce patet Eccleſiaſticas perſonas liberas eſſe à tributis, & aliis oneribus principum terrenorum. Auguſt. autem, vt recitat Thomas in gloſ. ſuper Matth. 17. cap. ſuper illo verbo. *Ergò filij ſunt liberi.* ſic ait, *dicit Chriſtus in omni regno filios eſſe liberos, id eſt nõ eſſe vectigales, multo magis liberi eſſe debẽt in quolibet regno terreno, ſcilicet filij regni ipſius ſub quo ſunt omnia regna terræ.* Hieron. verò in eadem gloſ. dicit ſic. *Dominus autem noſter, & ſecundum carnem, & ſecundum ſpiritum filius erat Regis, vel ex Dauid ſtirpe generatus, vel omnipotentis patris verbum, ergò tributa quaſi Regum filius non debebat.* Origenes autem ibidem ſic ait: *Vide Chriſti prudentiam, qualiter nec renuit tributum, nec ſimpliciter iubet dare, ſed prius oſtendit ſe non eſſe obnoxium, & tunc dat, quorum vnum fecit, ſcilicet dare tributum, vt illi ſcilicet exactores, non ſcandalizarentur. Hoc autem, quod oſtendit ſe liberum, vt non ſcandalizentur diſcipuli.* Hæc Origenes. Ita ego dico Eccleſiaſticos liberos à ſubiectione populari, & omnium laicorum, quoad perſonas

Matth.17.

Matth.17.
Auguſt. de quæſt. Euang. lib.1.cap.23.

Hiero. in c.17. Matth.

Hæc habet Chryſoſt. hom. 59. in cap. Matth.17.

& actus eorum perſonales, præterquam in certis caſibus in reſpondendo exprimendis, vt prius dictum eſt, & vt non ſcandalizem diſcipulorum Domini ſucceſſores, ſi putarem aliquos dicere velle ſacerdotes Dei, quia reuera ſunt medij inter Deum & populum: Ex quo fit, vt dicantur os Dei, & os populi. Os Dei pro eo, quod mandata Dei populo exponunt. Os populi, quia preces offerunt & ſacrificia, pro populo: ſubiectos eſſe quoad iudiciariam punitionem cuilibet fideli Chriſtiano, laborarem auctoritates multiplicare, ſed quia hoc eſſe falſum iudicandũ puto, ſuperſedeo. Vile namq; & captiuũ eſſet ſacerdotium, ſi indiſciplinatis & conuerſis ad terrã laicis eſſet ſubiectum, nec aliud ſibi quàm dolendum eſſet ſuper flumina Babylonicæ confuſionis. Igitur ex quo ſubditi non ſunt laicis modo dicto, non ſunt ab eis taliter puniendi.

Corollarium ſecundum. Licet Chriſti fideles poſſent iudicare Eccleſiaſticas perſonas iudicio diſcretionis, non tamen damnationis.

INfero ſecundò, quod licet quilibet Chriſti fidelis poſſet iudicare iudicio diſcretionis, de peccatis publicis ſacerdotum, & aliorum Eccleſiaſticorum, tamen nullus eorum poteſt iudicare iudicio condemnationis & diffinitionis, vt eſt actus iuſtitiæ de peccatis publicis perſonalibus eorundem, modo nuper expreſſo. Prima pars à proponente videtur concedenda, & eſt nota ſatis. Nam tale iudicium non prohibetur de proximo, aut de ſuperiori. Secunda pars patet ex hoc, quod tale iudicium non debet fieri, niſi de inferioribus. oſtenſum eſt autem, quod ſacerdotes non ſunt inferiores Chriſti fidelibus laicis, igitur, &c. Audite, quid dicat Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth. in opere imperfecto, Homilia 43. Et loquitur popularibus, Homilia quippe eſt ſermo ad populum: *Vos*, inquit, *qui ſedetis in Eccleſia quaſi ſacerdotum iudices, & non auditores, aliena diſcutientes, & propria non conſiderantes,*

Ioan. Chryſoſt. in opere imperfecto in Matth. ho. 43.

Digitized by Google

rantes, ex vobis ipſis iudicate de ſacerdotibus, ſicut vos omnes auditis, & non omnes facitis, quod auditis, ſic ſacerdotes omnes docent, & non faciunt, quod docent. Nam in hominibus dignitas quædam diuerſa eſt, omnium autem natura vna eſt, homines enim ab initio creati ſunt propter ſe, poſtea autem ſacerdotes ordinati ſunt propter vos, propterea natura eorum, ipſorum eſt, Ordinatio autem eorum, veſtra. vnde, ſi benè vixerint, lucrum eſt eorum, ſi benè docuerint, veſtrũ. Accipite ergò, quod veſtrum eſt, & nolite diſcutere, quod alienum eſt. Sicut enim ſacerdotes etiam infideles, docent propter fideles, melius iudicantes, propter bonos etiam malos fouere, quàm propter malos etiam bonos negligere: Sic ergò vos, propter bonos ſacerdotes, etiã malos honorate, nec etiam propter malos, bonos contemnatis. Melius eſt enim iuſta præſtare malis, quàm bonis iuſta ſubtrahere, frequenter enim & de malo homine bona doctrina procedit. Ecce enim & vilis terra precioſum aurum producit. Nunquid propter vilem terram precioſum aurũ contemnitur? Non. Sed ſicut aurum eligitur, & terra relinquitur, Sic & vos ſuſcipite doctrinam, & mores relinquite. hæc Chryſoſt. Apparet ex iſta auctoritate, quod de moribus non habent iudicare. Nam propter peccata perſonalia ſacerdos non redditur par aut inferior laicis.

Chryſoſt. in Io. hom. 85.

Cęterum idem Chryſoſt. ſuper Ioan. Morali ſeu Homelia 85. sic inquit: *Nunc non eſt dicere, ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, ſed ſuper Cathedram Chriſti ſederunt ſacerdotes, Eius enim acceperunt doctrinam. Idcircò Apoſtolus ait: pro Chriſto legatione fungimur: Non videtis in his qua foris ſunt principibus, vniuerſos curuantes, & genere meliores exiſtentes, multotiens etiam vita & prudentia, his, qui iudicant eos, ſed tamen propter eum, qui dedit iudices, nihil horum excogitant, ſed venerantur ſententiam Regis, & ſiquicunq; abiectus fuerit, qui acceperit principatum. demum ſi, vbi homo inthronizauit, tantus eſt timor, vt inthronizato obediamus, inthroniſante Domino contemne-*

2. Cor. 5.

temnemus eum, qui inthroniſatus eſt, & conuiciabimur, & decem millibus opprobriis laniabimus, & fratres noſtros prohibiti iudicare, aduerſus ſacerdotes linguã exacuemus? Ecce arguit Chryſoſt. à maiori: populares Chriſtianos non debere iudicare magiſtros, qui prohibiti ſunt iudicare fratres ſibi pares. Quoniam dicit Dominus, Matth. 7. *Nolite iudicare, vt non iudicabimini*: de quo autem iudicio intelligat, patet ex ſequentibus, quia ſubiungit, *Nolite condemnare, & non condemnabimini*, vnde improperando tale iudicium præſumptum vel vſurpatum à populo, quod ei non conuenit de ſacerdotibus, dicit idem Chryſoſt. ſuper 2. epiſt. ad Timoth. Hom. 2. & ait: *Si debemus examinare vitas principantium, ipſi debemus eſſe inthronizatores magiſtrorum, & quæ ſurſum, inferius fient, ſurſum pedes, inferius caput.* Et idem 3. Dialogorum, *& quidem*, inquit, *ſacerdotes in veteri teſtamento habebant poteſtatem nõ curandi, ſed oſtendendi tantum eos, quos conſtabat fuiſſe mundatos, & noſti quantum ibi imminebat labor: at hi ſcilicet in nouo teſtamento non corporis lepram, ſed immunditiam mentium, non ex parte probandi, ſed omnifariam mundandi obtinent poteſtatem, propter quod, qui deſpiciunt, magis mihi rei, quàm Dathan & Abyron videntur, digniq; maiori ſupplicio, quàm illi.* Nec valet, quod diceret aliquis, Dominus Maieſtatis Chriſtus Ieſus conceſſit populo Iudæorum iudicare de vita & operibus eius: dicit enim Ioan. 10. *Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere.* quomodo ergò non potuerunt Chriſti fideles de ſuis miniſtris iudicare, quibus de Domino hoc licuit? Hoc, inquit, non valet, Nam Dominus non dixit: Si non facio opera patris mei, iudicate me, ſed dixit, *nolite mihi credere*, hæc opera erant miracula, quæ ſunt teſtimonia veritatis, prædicationis & doctrinæ. Conceſſit ergò Chriſtus, vt propter miracula mundi crederent, non vt vitã cum operibus iudicarent:

Matth. 7.

Chryſ. hom. 2. in epi. ad Tim. 2. circa mediũ.

Rurſus Chryſ. de ſacerdotio. lib. 3.

Ioan. 10.

Greg in paſto. par. 3. cap. 5.

Propterea B. Gregor. in paſtorali lib. 3. cap. 5. ait: *Admonendi ſunt ſubditi, ne præpoſitorum ſuorum vitam temere iudicent, ſi quid fortaſſe eos agere reprehenſibiliter vident, ne vnde rectè mala redarguunt, inde per elationis impulſum in profundiora mergantur. admonendi ſunt, ne cum culpas præpoſitorum conſiderant, contra eos audaciores fiant, ſed ſi qua valde ſunt eorum praua apud ſemetipſum diiudicent, vt tantum diuino conſtricti amore, ferri ſub eis iugum reuerentiæ non recuſent. quod melius oſtendimus, ſi Dauid factum, ad medium deducamus: Saul quippe perſecutor, cum ad purgandum ventrem ſpeluncam fuiſſet ingreſſus, illic cum viris ſuis Dauid inerat, qui iam longo tempore perſecutionis eius mala tolerabat, cumq́; viri ſui ad feriendum eum accederent, fregit eos * rationibus, dicens: Quia manũ in Chriſtum Domini mittere non auderet. qui tamen occultè ſurrexit, oramq́; chlamydis eius abſcidit. Quid per Saul, niſi mali rectores, quid per Dauid, niſi boni ſubditi deſignantur?* Poſt multa dicitur: *Poſt hoc, Dauid percuſſit cor ſuum, eo, quod abſcidiſſet oram chlamydis Saul facta quippe præpoſitorum oris gladio ferienda non ſunt, etiam cũ ratione reprehendenda iudicantur: Et ſi quando contra eos, vel in minimis lingua labitur, neceſſe vt per afflictiones pœnitentiæ cor prematur:* Ecce quod etſi iudicio diſcretionis de manifeſtis iudicare poſſint inferiores, non tamen iudicio condemnationis aut diffinitionis, quæ eſt actus iuſtitiæ. Et hoc eſt, quod dicitur 25. Moral. cap. 21. ſuper illo Iob: *Qui regnare facit hominem hypocritam, quia, inquit, rectores habent iudicem ſuum, magna cautela ſubditorum eſt, non temerè vitam iudicare regentium, neque enim fruſtra per ſemetipſum Dominus æs nummulariorum fudit, & Cathedras vendentium columbas euertit, nimirum ſignificans, quia per magiſtros quidem iudicabat vitam plebium, ſed per ſemetipſum facta iudicat & examinat magiſtrorum.*

* pro rationibus, exemplaria impreſſa habent, reſponſionibus.

Greg 25. mor. cap. 21.

TErtiò infero, quod propter malitiam nonnullorum, ſiue Eccleſiaſticorum, ſiue laicorum, non poteſt licitè ſe aliqua natio ab vnitate totius reſidui orbis Chriſtiani ſeparare, putans ſe Eccleſiã eſſe. Hîc duo dicuntur, Primum, quod non eſt putandum, ꝗ Eccleſia Catholica ſit in vnica Regione. Secundum, quod vna natio ſe ab aliis diuidere non debet, propter multorum peccata publica. Primũ patet ſic. Arguit B. Auguſt. primo lib. contra epiſtol. Parmeniani, dixit enim Dominus Abrahæ: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ*, & Iſaac: *in ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ, pro eo, quod audiuit Abraham pater tuus vocem meam.* ad Iacob dixit: *Ego ſum Deus Abrahæ patris tui, & Deus Iſaac, ne timeas, terram enim, in qua dormis, tibi dabo & ſemini tuo, & erit ſemen tuum tanquam arena maris, & replebitur in mare, & in Affricã, & in Aquilonem, & in Orientem, & benedicentur in te omnes tribus terræ in ſemine tuo.* Et ne de Iudæis dictum putetur, quod ſit ſemen Abrahæ, in quo benedicendæ ſunt omnes gentes, Apoſtolus exponit, dicens: *Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones & ſemini eius, non dicit, & ſeminibus, tanquam in multis, ſed tantum in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus.* In Chriſto ergo omnes gentes benedictionem habituras, tanta auctoritate promiſſum eſt, tanta exhibita veritate, & non pudebit dicere ad pugillum orbis illam diebus his eſſe coarctatã? hęc Auguſt. Porrò, ſicut Auguſt. arguit, Dominus in parabola zizaniorum ait, quod paterfamilias ſeminat bonum ſemen in agro, Exponens autem illam, ipſe ait: *Qui ſeminauit bonum ſemen, eſt filius hominis, Ager eſt mundus, Bonum ſemen hi ſunt filij regni, zizania verò ſunt filij nequam.* Ergò Chriſtus filius regni poſuit illud in agro, id eſt, mundo, nõ in aliqua portiuncula terræ, aut in Affrica, vt arguit Auguſt. in fin. primi lib. contra epiſtolã Parmeniani: ſed in

Corollarium 3. Propter malitiam Eccleſiaſticorum ſiue laicorum non poteſt quis licitè ab vnitate Eccleſiæ recedere.

Aug contra epiſt. Parm. lib. 1 cap. 2.

Gen. 22.

Gen. 26.

Gen. 28.

Gal. 3.

Eodem lib. cap. vlt.

Digitized by Google

toto orbe ab ortu ſolis vſq; ad occaſum: hoc Dominus veritatis declarat, Matth. 24. *Si quis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus*, id eſt in iſta parte mundi, *aut illic*, ſupple, eſt fides Catholica. *nolite credere. ſi dixerint vobis; ecce in deſerto eſt*, hoc eſt, in dogmate Philoſophorum, *nolite exire*, ſcilicet à fide Eccleſiæ, *ſi dixerint, in penetralibus eſt*, id eſt, in doctrinis occultorum hæreticorum, *nolite credere*. Eſt ergò fides Catholica poſt eius publicationē ſicut fulgur, quod patet ab oriente in occidentem. Sic enim exponit B. Auguſt. de quæſtionibus Euangeliſtarum, dicens: quod orientis & occidentis nomine, totũ orbem voluit ſignificare per quem futura erat Eccleſia. Iſidorus lib. de ſummo bono, 16. cap. dicit: *Sancta Eccleſia ideò dicitur Catholica, quod vniuerſaliter per omnem mundum ſit diffuſa, Hæreticorum enim Eccleſiæ in partibus mundi coarctãtur, hæc verò in toto orbe diffuſa expanditur*. Idem 8. lib. Etymolog. *Eccleſia græcè dicitur conuocatio, latinè Catholica dicitur vniuerſalis.* Eandem ſententiam habet Honorius ſuper illo, Cant. 4. *Duo vbera tua ſunt duo capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis.* Eandem Auguſt. de fide ad Petrum. Patet ergò prima pars Corollarij. Secunda, quod natio nõ ſe debet diuidere à reliqua parte orbis ꝓpter peccata publica multorũ, ſatis fuit in primo puncto deducta. Et hoc propter peccata particularia, & non fidem cõcernentia. vnde quamuis ſine periculo ſchiſmatis boni à malis recedere non poſſint corporaliter, debent corporali præſentia manere, recedere verò ſpiritu, ne ſcilicet peccatis malorum cõſentiant. Sic enim Apoſtolus dicit ad Philip. 2. *Omnia facite ſine murmurationibus & hæſitationibus, vt ſitis ſine querela, & ſimplices filij Dei, ſine reprehenſione in medio nationis prauæ atq; peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo verbum vitæ cõtinentes.* Aug. ſuper verbo Ioan. & habetur 23. q. 4.

dicit:

Matth. 24.

Aug. de quæ. Euangel. lib. 1. cap. 38.

S. Hieron. hæc verba. prout etiã recitat S. Thom. in gloſ. ſuper caput 20 Matth.

Iſidorus de ſummo bono cap. 26.

Iſidorus lib. 8. cap. 1.

Honorius.

Aug. de fide ad Petrum cap. 3. 37. 45.

Philip. 2.

Aug. tract. 50. in Ioan. habetur 23. q. 4. c. 3. Quid.

Digitized by Google

dicit: *Quid ergò vult Dominus noſter Ieſus Chriſtus, fratres mei, admonere Eccleſiam ſuam, quando vnum perditum, ſcilicet Iudam, inter duodecim habere voluit, niſi vt malos toleremus, ne corpus Domini diuidamus? Ecce inter Sanctos ſuos eſt Iudas, ecce fur Iudas, & ne contemnas, fur ſacrilegus, non qualiſcunq; fur, ſed loculorum Dominicorum, ſed ſacrorum.*

Corollariũ 4. Eccleſia militans non eſt pro cõmuni ſtatu, abſq; mixtura malorum cum bonis.

INfero quartò, quod Eccleſia militans non eſt pro cõmuni ſtatu, abſq; mixtura malorum cum bonis, ſed hoc proprium eſt Eccleſiæ triumphanti, quod tamen ſentire videntur, qui tam rigidè, non ſaluo ordine iuris, nec pace præpoſita, omnia mala publica volunt de cõmunitatibus Chriſtianorum, & in quolibet ſtatu, propellere. Patet corollarium per Auguſtinum, 3. lib. contra epiſtol. Parmeniani, dicentem: *Inter omnia, quibus eorum ſacrilegus tumor apparet, nullo ſe loco magis aperuit, quàm in eo, quod auſus eſt etiam illud Ieremiæ Prophetæ ponere, vt perſuaderet hominibus communionem Donatiſtarum non ſolum Eccleſiam veram eſſe, ſed etiam talem iam hoc tempore, qualis poſt vltimam ventilationem Eccleſia ſancta futura eſt.* Verum illud Ieremiæ fuit, *quid paleis ad triticum?* dicit ſic Auguſtinus de Parmeniano & complicibus *conſiderent, ſi in eis ineſt qualiſcunq; ſenſus humanus, nunquid in agro dici poteſt quid paleis ad triticum? quando in eadem radice portantur? nunquid in area, vbi pariter triturantur? ſed vtiq; in horreo, quid paleis ad triticum? veniet ille paterfamilias ferens ventilabrum in manu ſua, & mundabit aream ſuam, frumenta recondet in horreum, paleam verò comburet igne inextinguibili. Nam per aliam ſimilitudinem omne triticum ouium nomine, & omnis palea hædorum nomine ſignificatur, quæ duorum pecorum genera ſub vno paſtore paſcuntur. ſed veniet filius hominis cum Angelis ſuis, & cõgregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicẽ, ſicut paſtor ſeparat oues ab hædis, &c.*

Auguſt. lib. 3. contra epiſtol. Parm. cap. 2.

Hierem. 23.

Matth. 25.

tunc implebitur Prophetia, quid paleis ad triticum? quando non poterunt paſcua eſſe communia hædis & ouibus: Ipſe etiam idē Auguſtinus Donatiſtis ita reſpondit ad propoſitum in tractatu Pſalm. *Suſpicamini quid vultis de nobis. ſi boni ſumus, in Eccleſia Chriſti, frumēta ſumus, Si mali ſumus in Eccleſia Chriſti, palea ſumus, tamen ab area non recedimus, tu qui vento tentationis foras volaſti, quid es? triticum? non id tolleret ventus ex area. Ecce ergò, vbi es, agnoſce quid es.* Et infrà: *quid autem ſimus, ille nouit, ad quem gemimus, de malis tamen dictū eſt, illud: ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, nolite facere. Vides, quod in Cathedra Moyſi, cui ſucceſſit Cathedra Chriſti, ſedent & mali, & tamē dicendò bona, non obſunt auditoribus, quare tu propter malos iſtam Cathedram dimiſiſti? Redi ad pacem, redi ad concordiam, quæ te non offendit. ſi bona loquor, & bona facio, ſequere me: ſi autem non facio, quod dico, habes conſilium Domini, quod dico fac, quod autem facio, noli facere, tamen à Cathedra Catholica noli diſcedere.* hæc Auguſt. Non niſi in Eccleſia eſt ſalus, quod teſtatur Remigius ſuper illo Matth. 21. *Acceſſerunt ad eum*, ſcilicet Chriſtum, *cæci & claudi in templo, & ſanauit eos*, dicens: *Quod in templo ſanantur, ſignificat, quod homines non niſi in Eccleſia ſanari poſſunt, cui data eſt poteſtas ligandi atq; ſoluendi, tamen in Eccleſia ſunt cæci & claudi.* Vbi Origenes: *In templo enim Dei, id eſt, in Eccleſia non ſunt omnes videntes, neq; rectè ambulantes. Sed alij quidam ſunt cæci, alij autem claudi, Qui ex eo, quod intelligunt propriam cæcitatem, & ſcientes, quia nullius eſt opus, niſi Chriſti Ieſu, vt ſanentur, accedentes ad verbum Dei ſanantur.* hæc ille. Et habentur in gloſ. Thomæ, Matth. 21. vbi ſuprà: hæc dicta ſunt, vt oſtendatur veritas tenenda circa propoſitum articulum, de punitione peccatorum publicorum, & falſitas reſpuatur, vt appareat æquiuocatio, & multiplicitas compoſitionis & diuiſionis in illa, &

Pſalm. 36.

Matth. 23.

In Catena S. Thomæ, Matth. 21.

Origenes tractatu 15. in Matth. 21.

euolutio harum volutionum. Articulus enim fuit iſte. *Peccata mortalia publica, & quantum rationabiliter fieri poteſt priuata, aliaq́; deordinationes legi Dei contrariæ, in communitatibus Chriſtianorum, & quolibet ſtatu eorum, debita iuxta dictamen diuinæ legis, per Chriſti fideles, tam ſpirituales, quàm ſeculares, prout congruit vtriſq; ſunt cohibenda, corripienda, caſtiganda, & pro poſſe ab eiſdem propellenda.* Primò enim id complexum, *quantum rationabiliter fieri poteſt*, poteſt determinare cohibitionem, correctionem, &c. peccatorum publicorum & priuatorum, vt ſit ſenſus, peccata publica & priuata, aliæq́; deordinationes legi Dei contrariæ ſunt cohibenda, corrigenda, caſtiganda, &c. quantum rationabiliter fieri poteſt. Certè iſte ſenſus iudicio meo eſſet verus. Vel poteſt determinare cohibitionē, correctionem, caſtigationem, &c. peccatorum priuatorum, vt ſit ſenſus, quod publica ſunt cohibenda, corrigenda, & peccata priuata ſunt etiam cohibenda, quantum rationabiliter fieri poteſt, &c. & iſte eſt falſus, quantum ad peccata publica, quia ponit omnia eſſe cohibenda, corripienda, &c. ſimpliciter, & ſine reſtrictione. in moralibus enim indiffinitæ vniuerſalibus equiualent. ſimpliciter autem & ſine reſtrictione dicere, omnia peccata publica eſſe cohibenda, corrigenda, corripienda, &c. oſtenſum eſt in primo puncto, eſſe falſum, ſi de cohibitione, correctione, &c. loquatur, quæ fit auctoritate iuſtitiæ. Si verò de cohibitione, correctione, &c. fraterna loquimur, ſic priuata, dum tamē ad notitiā alicuius venerint, ſunt corripienda, &c. ſicut & publica ſpecialiter perſonalia, nec oportuit apponere illam reſtrictionem, *quantum rationabiliter fieri poteſt*, ad peccata priuata magis, quàm ad publica. Secundùm iſtam variam determinationem poteſt eſſe compoſitio aut diuiſio, vt ſciunt Logici. *Præ* terea circa hoc, quod dicitur, *iuxta dictamen diuinæ legis,* immorandum aliqualiter, quare omittitur mentio legum humanarum, quę ſunt licitæ, & regulant hominem * iudicem, quaſi regula homogenia, & propterea. nullus enim, qui veritatem agnoſcit, ambigit, quin lex humana habeat vim obligatiuam à lege Dei, ſed quare omittitur ſermo de lege humana, non benè video, niſi quod proponens intendat tam ſpirituales, quàm ſeculares, omnia per ſolam legem diuinam, recturos eſſe, & diſpoſituros. quantum concernit punitionem vitiorum, & leges humanas, quantum ad hoc, non eſſe neceſſarias aut vtiles, falſum eſſe monſtratum eſt, & tamen viſum eſt, quomodo punienda ſunt peccata publica, lege diuina, in primo puncto. Item in articulo; hoc cōplexum, *prout congruit vtriſq;.* licet in ſuperficie rationabiliter poſitum videatur, eſt tamen obſcurum: per hoc enim neſcitur, quomodo aut ſeculares, aut ſpirituales habeant peccata corrigere, arguere, cohibere, per prædicta tamen ſatis arbitror oſtendiſſe veritatem. Deniq; circa illud, quod dicitur, *ſunt cohibenda, corripienda, caſtigandu, & pro poſſe ab eiſdem propellenda,* latet æquiuocatio. Nam cohibitio, correctio, caſtigatio, & propulſio poſſunt dicere actus correptionis fraternæ vel iudiciariæ. Item ly *pro poſſe,* poteſt determinare omnia iſta quatuor participia, *cohibenda, corrigenda, caſtiganda, & propellenda.* Aut ſolum vltimum, ſcilicet *propellenda.* & hoc magis propriè, quia in eadem cathegorica ponitur. Si dicāt, actus correctionis fraternæ, ſiue hoc, quod dicitur, *pro poſſe,* determinet omnia quatuor participia, ſiue ſolum vltimum, videretur ſenſus, quo ad hoc eſſe verus, niſi fortè fieret vis de peccatis infidelitatis, aut aliter rem publicam directè turbantibus, & populum Chriſtianum, ſicut patuit in prima concluſione, ſecundi

* *Alterum exemplar pro, indicem, habet, indirectè*

cundi puncti. Si dicant, actus correctionis iudiciariæ, & ly *pro poſſe*, determinet omnia quatuor participia, ſic non benè video, quomodo poſſit articulus habere veritatem, quô ad hoc, cum ſeculares nihil habeant iuriſdictionis in Eccleſiaſticas perſonas. Si determinet vltimum ſolum participium, *propellenda*, ſimpliciter falſus eſt articulus, quo ad priuata participia *cohibenda, corrigenda, caſtiganda*. Nam falſum eſt, vt oſtenſum eſt in ſecunda concluſione primi puncti, ſeculares ſeu laicos habere auctoritatem iudiciariam, cohibendi, arguendi & caſtigandi peccata publica ſacerdotum, ſpecialiter perſonalia. Secundùm iſta patet, quomodo verus eſt, & quomodo falſus erit articulus propoſitus.

Patet etiam circa primum corrollarium eadem ambiguitas, quantum ad ſecundam partem, vbi dicit *per ſpirituales & ſeculares rectores in eorum officiis, modis ipſis congruentibus, in communitatibus Chriſtianorum, & quolibet ſtatu eorum, ſunt cohibenda, corripienda, caſtiganda, & pro poſſe ab eiſdem propellenda.* Pro prima parte eſt verum, in qua dicitur, deordinationes & peccata mortalia, antedicta, cum ſint prohibita ſub pœna damnationis æternæ, propter nulla lucra mundi ſunt defendenda & fouenda. abſit autem à piis fidelium mentibus, vt aliqua mortalia foueant aut defendant, licet tolerent aliqua, vel permittant per cohibitionem pœnæ impunita.

Secundum corrollarium, quia expreſsè de cohibitione, correctione, caſtigatione, & propulſione fraterna, quæ fit ex lege caritatis, loquitur, verum eſt, niſi de peccato infidelitatis, aut alio Eccleſiam aut rempublicam cōturbante, fieret exceptio. Et in caſu, vbi mora eſſet facienda, quia in tali caſu omiſſa ſecreta admonitione, eſſet ad publicam denunciationem procedendum, ad vitandum periculum, vt determinatum eſt in ſecundo puncto. Eſt enim corrollarium hoc in forma: *dicta peccata & deordinationes in cõmunitatibus Chriſtianorum, & quolibet ſtatu eorundem, non ſolum per rectores prædictos, ſed per omnes generaliter Chriſti fideles, tam ſpirituales quàm ſeculares, debitè modis ipſis congruentibus, ex zelo caritatis ſunt corrigenda, corripienda, caſtiganda, & pro poſſe ab eiſdem propellenda, & nullo modo defendenda aut facienda.*

Tertium corrollarium eſt in forma: *Peccantibus rectoribus tam ſpiritualibus, quàm ſecularibus, vel aliis cum ſuis ſtatus ſuperioribus, ſubditi fideles licitè poſſunt illos, vel malitiam eorum caritatiuè arguere, hypocriſim eorum detegere, & eorum manifeſtis ſceleribus, etiam coram aliis publicè contraire.* Iſtud quo ad primam partem, quæ loquitur de reprehenſione fraterna ſuperiorum, eſt verum, ſed quantum ad ſecundam partem, quod hypocriſim eorum poſſint ſubditi detegere, & eorum manifeſtis ſceleribus contraire coram aliis. Si intelligitur coram ſuis ſuperioribus, verum adhuc eſt, ſed ſi intelligitur coram non ſuperioribus, ſicut magis apparet ex aliquibus ſequentibus, eſt falſum, & oſtenſa eſt falſitas in ſecundo puncto. Inferior enim non habet peccatum ſui ſuperioris denunciare, niſi ſuperiori illius, vt cum ſecreta monitio non ſufficit, per medium denunciationis veniatur de correctione fraterna ad paternam. ſed nec habet ſuum ſuperiorem accuſare, niſi coram iudice ſuo, nec ideò hoc debet facere, id eſt, dicere peccata ſuperioris coram populo, vt ille verecundiam habeat, & reſipiſcat à malo. Nam ipſum infamare eſt malum, & non ſunt facienda mala, vt bona eueniant, dicit Apoſtolus. etiam, quia per hunc modum citius tolleretur ab eo verecundia, ex quo enim eſſet infamatus, perdita eſſet verecundia, quæ ſecundùm Ariſtotelem,

Roman. 3.

eſt ti-

Digitized by Google

eſt timor ingloriationis. De hac materia ſatis extenſè dictum eſt, videtur etiam ſeditionem iuducere, &c.

Ariſt. lib. 4. Eth. cap. 9.

Quartum corrollarium in forma: *quanta mala ſunt in communitatibus, & rectores, Domini temporales, Scabini, iudices, ſiue paſtores, conſequenter & omnes generaliter Chriſti fideles, tam ſpirituales, quàm ſeculares, talia totis conatibus mediis ipſorum concernentibus neglexerint arguere & prohibere, pro peccatis delinquentium grauiſſimam reddent rationem.* Iſtud corrollariũ eſt valdè multiplex. ſi intelligatur de rectoribus & paſtoribus, quo ad ſuos ſubditos, referendo ſingula ſingulis, credo corrollarium eſſe verum. Si fiat permutatio ſubditorũ, vt per hoc intelligatur Scabinos & iudices ſeculares, quia non cohibuerunt, correxerunt, &c. poteſtate iudiciaria, Eccleſiaſticos, falſum eſt, vt patuit in ſecundo puncto. Si intelligatur de cohibitione etiam fraterna, eſt verum, ſi tamẽ neglexerint corrigere illo modo, tempore, quo correctio fraterna obligat, quo ad fideles non iudices, ſi de iudiciaria poteſtatis neglectione loquatur Corrollarium, falſum eſt, quod ſi de fraternæ correctionis neglectu intelligitur, verum eſt, modo, vt ſtatim dicam. Hæc de ſecundo puncto.

Corollarium quartum. Grauem reddent rationem negligentes correptionem quouis modo.

QVantum ad tertium punctum, vt vno ordine reſpondeam ad rationes proponentis, veritas ipſa oſtendenda eſt contraria aliquibus dictis ipſius. Primum dictum eſt eius, etſi non in forma, tamen in effectu & ſententia. *Abſolutiones à pœna & à culpa ficta ſunt, & per Papam fiunt venales, & indulgentiæ non ſunt in lege Dei fundatæ.* Pauca dicenda ſunt de abſolutionibus à pœna & à culpa: ex iſto, quod iſte non eſt communis modus concedendi abſolutiones à Summo Pontifice. & ſi aliquæ Bullæ ſub tali forma dentur ſurreptitiæ creduntur impetratæ ideò,

Digitized by Google

quia curia Romana hunc ſtilum cõmuniter non habet: dicunt enim cõmuniter omnes Doctores, Magiſter ſententiarum 18. diſt. 4. Guillermus Altiſiodorenſis, in ſumma. Doctor S. ſcilicet Thomas, Bonauentura, Scotus & Richardus de media villa, ꝙ ſolus Deus culpam remittat principaliter. Sacerdos autẽ vi clauium ſolum ad hoc agit, aut per modum inſtrumenti animati, ad hoc gratiam non attingendo, ſed ad eam diſponẽdo, vt dicunt aliqui, aut ex pacto diuino, vt alij loquuntur, Et ideò non poteſt Sũmus Pontifex à culpa abſoluere, vi clauiũ, niſi ſicut cęteri ſacerdotes ſubditos ſuos, hoc eſt ad hanc remiſſionẽ per applicationem clauiũ diſponere, illam oſtendere eſſe à Deo factam, partẽ pœnæ temporalis remittere, &c, vt habent Doctores. Sed interdum Summus Pontifex concedit ex rationabili cauſa plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, aut relaxationem alicuius partis iniunctarum pœnitentiarum, & ad hoc, quantũ ad plenariam peccatorum Indulgentiã, intelligo, ſaluo iudicio meliori, Indulgentiam pœnarum pro peccatis debitarum. Ad hunc enim ſenſum dicitur, quod ſacerdos dimittat peccata, & etiã eo modo, de quo dictum eſt. De venalitate autem, & aliis exceſſibus factis, nõ eſt opus aliquid dicere, niſi quod tollendæ ſunt.

Quantum verò ad Indulgentias, oſtendo, quod ſunt fundatæ in lege Dei, ad quod deducendum, ſupponendum eſt, quod Indulgentia dicit relaxationem pœnę debitę, ſed quia oportet, vt ſaluetur diuina iuſtitia, & ꝗ peccauit, quia debitor eſt, ſoluat, & vt alius ſatisfaciat pro eo, per Indulgentiam pœna peccatorum relaxatur, ex hoc, quod merita alterius iſti applicantur: Ergò pro Catholico dicere oportet in Eccleſia eſſe theſaurum meritorũ Chriſti, & Eccleſiæ & Sanctorũ. Chriſtus enim per ſuam paſſionem non tantum ſatisfecit pro culpa primi parentis, ſed etiam ſibi meruit exaltationẽ, non in ſe, ſed in hominũ fide & deuotione, & ꝓprij corporis glorificatione, & nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ, iuxta verbũ Apoſtoli ad Philip. 2. *Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortem, propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomẽ, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium & infernorum.* Secundùm quod Doctores declarant in 3. ſententiarum pulcherrimè. meruit etiam nobis ianuæ cœleſtis apertionẽ. Paſſio enim eius, quia à diuino ſuppoſito fuit exhibita, & à voluntate eius accepta, fuit infinitè bona. Ideò exceſſit debitum, quo Adam erat obligatus pro peccato ſuo. Illud verò, quod vltra debitum ſolutum eſt, remanet in theſauro Eccleſię. Ecce principaliter radicẽ theſauri ex abundanti merito paſſionis Chriſti, de quo ſcriptum eſt 1. Ioan. 2. *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrẽ Ieſum Chriſtum iuſtum, ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed pro totius mundi.* Fides etiã Eccleſiæ & caritas eius, merentur multũ. Sancti præterea, qui ſupererogauerunt his meritis, cumulauerũt & merita, & hi omnes in Gazophylacio ſpirituali Eccleſię repoſuerũt. ex his ergò cõſtat meritorum Eccleſiæ theſaurus, ſecundũ quod ſcriptum eſt Eccleſ. 1. *Sapientia & diſciplina, timor Domini, & quod beneplacitũ eſt illi, fides & manſuetudo, adimplebit theſauros illius.* Iam in paucis videtis id, vnde fit Indulgentia, etiã in lege Dei veraciter fundatum. Rationẽ autem cur fieri debeat Indulgentia, audite. In cõmunitatibꝰ humanis & policiis theſaurus publicus ꝓpter duo ſolet erogari. Primum eſt, propter principis gloriam & honorem, vt faciunt reges curiales, & fecit Rex Aſſuerus, Heſt. 1. Secundum propter cõmunitatis neceſſitatem, vel vtilitatem. Nam

Philip. 2.

1. Ioan. 2.

Eccleſ. 1.

Indulgentiæ.

Heſter 1.

quando læditur cõmunitas, ſtipendia & donatiua proferuntur militibus pro ea pugnaturis, Simili modo theſaurus Eccleſię ab his, qui habent eũ diſpenſare, duplici cauſa debet erogari, primo propter Dei gloriã & honorem, qui per multa relucet in Sanctis eius, honorantur autem Sancti in conſtructione Baſilicarum, & cõmemoratione virtutum ſuarũ, per ſermones & prædicationẽ ſanctam. Secunda cauſa propter communem vtilitatem Eccleſię, vt eſt defenſio terræ ſanctæ, defenſio fidei, & ſimilia. pro iſtis cauſis in genere theſaurus Eccleſiæ per indulgẽtias communicatur. Verùm non à quocunq;, nec cuicunq;, nec pro quacunq; cauſa diſtribui poteſt, aut debet. Sed ſub tribus conditionibus communiter à Doctoribus aſ-
Conditiones Indulgentiis annexæ, ſignatis. Prima, quod ſit in conferente auctoritas. ſecunda, quod ſit in ſuſcipiente caritas. Tertia, quod ſit in cauſa pietas. non reſtat nunc aliud oſtendere, quàm quod auctoritas conferendi ſit in lege Dei fundata. auctoritas illa competit vniuerſaliter Summo Pontifici, ſiue ſit bonus, ſiue malus, dum tamen ab Eccleſia toleretur. Nam non ex vitę merito cõfert Indulgentias, ſed ex poteſtate. Aliis, quibus datum eſt, conceditur ſpecialiter huiuſmodi diſtribuere Indulgentias. Dico igitur, quod poteſtas Summo Pontifici conueniens generaliter, & inferioribus particulariter, fundatur in hoc paſſu ſcripturę Matt. 16. vbi Dominus loquitur Petro illam glorioſam confeſſionem facienti, cum dicit: *Tu es Chriſtus filius Dei viui.*
Matth. 16. Cui dixit Dominus: *Tibi dabo claues regni cælorum*, dum ſubdit, *quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis. & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.* Si intelligere vellet aliquis ſolùm de abſolutione peccatorũ, & ligatione pœnæ ſatisfactoriæ, hoc improbatur à Magiſtro ſententiarum in quarto, & ab omnibus Doctori-

bus

Digitized by Google

bus, & etiam à proponente hunc articulum, quoniã auctoritas vindicandi, excommunicandi, competit prælatis Eccleſiæ. nec hoc negat proponens, licet multos exceſſus narrauerit, & illa auctoritas ſpecialiter ibi fundatur, vt dicunt Magiſtri & doctores. oſtendo tamen, quod illud, *quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunq; ſolueris, &c.* non ſolum ad poteſtatem clauium in foro conſcientiæ aut contentioſo, ſed ad multa alia extendatur. Primò Eccleſia Bibliam pro canonica & ſancta Scriptura acceptauit, & talem declarauit. quatuor Euangelia ſecundùm Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem autenticauit, non aliorum Apoſtolorum, aut diſcipulorum, vt Nicodemi. Item Bibliam innouatam per Eſdram ſcribam ipſa Eccleſia recepit, ab eadẽ tranſlatio Hieronymi, aliis prætermiſſis acceptata eſt. Eâdem Auctore gloſſa ord. ſuper Bibliam, libri etiam beatorum Auguſtini, Hieronymi, Gregorij, Ambroſij, auctoritatẽ ſumpſerunt, vbi collata fuit ei hæc auctoritas in canone, non alibi quàm hîc: *Tibi dabo claues regni cælorum, quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatũ, &c.* Petrus Apoſtolus formam Baptiſmi à Chriſto traditam, mutauit in iſtam: *Ego te baptiſo in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,* & hoc fecit, vt nomen Chriſti prius odioſum, fieret amabile. Poſt notitiam nominis Domini Ieſu Chriſti in cordibus fidelium, Eccleſia hac forma dimiſſa, rediit ad inſtitutã à Domino formã, vbi data fuit hæc poteſtas mutandi formam à Saluatore inſtitutam? Et vbi Eccleſia habuit poteſtatem formam à Petro datam mutare? Cæterum Dominus ſeptimum diem, completis ſex dierũ operibus, ſanctificauit, Geneſ. 2. pòſt, hanc diem ſabbati ſanctiſſimè *Geneſ. 2.* in lege præcepit, ita, vt colligentẽ ligna in ſabbato man-

Digitized by Google

Num. 15.
Matth. 19.

dauerit lapidari, Num. 15. Et hoc Chriſtus in Euangelio, cum aliis præceptis decalogi approbauit, Matth. 19. hoc Apoſtoli & Eccleſia Catholica diu poſt obſeruauit, tamē poſtea Eccleſia hanc obſeruantiā mutauit, in obſeruationem diei Dñicę, ſcilicet octauę. Item Dñs præcepit celebrare Paſcha 14. die menſis primi, à veſpera in veſperam, tanquam legitimum ſempiternū, Exod. 12. & ſic diu Eccleſia obſeruauit, tamen poſtea dies Paſchæ ſemper Dominica celebranda inſtituta eſt. Rurſus Leuitici 17. & Deutero. 12. prohibitum fuit, & Apoſtoli in ſuo Concilio celebrato approbauerūt, vt patet Actuum 15. comedere immolatū ſimulacris, ſanguinem ſuffocatum, atq; fornicari; poſtmodum Eccleſia ſeruatis primo & quarto, mutauit ſecundum & tertium. Apparet quomodo multa mutauit Eccleſia, quæ à Deo, Chriſto & primitiua Eccleſia, erant præcepta & obſeruata. Præterea Sacramentum Matrimonij, quod teſte Apoſtolo magnum eſt ratione ſuæ ſignificationis, ſcilicet coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ, in ſtatu innocentiæ inſtitutū, & in Paradiſo deliciarū, in principio admiſit vterinos, & germanos ſimul poſſe matrimonialiter copulari, ſcilicet maſculum & fœminam, poſtea denegatum eſt de prima linea cōſanguinitatis; Poſt hæc multiplicato genere humano, Eccleſia porhibuit vſq; ad quartam lineā conſanguinitatis incluſiuè. Item in lege veteri, mortuo viro ſine liberis, frater ducebat vxorem fratris defuncti, vt ſuſcitaret eius ſemen & hoc obſeruatum eſt diu in lege noua, deinde introducta publicæ honeſtatis iuſtitia prohibitum eſt virum contrahere cum aliqua conſanguinea ſuæ ſponſæ, vſque ad quintum gradum excluſiuè, ac per hoc fratrem cum defuncti ſponſa fratris.

Exod. 12.
Leuit. 17.
Deut. 12.
Actor. 15.

Digitized by Google

Circa Sacramentum Euchariſtiæ Eccleſia aliqua mutauit. Præſens enim forma conſecrationis ſanguinis, eſt alia, ab ea, quam in Euangeliſtis reperimus, licet ſubſtantia ſit eadem. Addidit etiam in conſecratione corporis illam coniunctionem *enim*. Rurſus Leo Papa ait, quod aliquo tempore, propter errorem de obſeruatione legalium, conficiebatur in fermentato. Nunc non licet. Similiter in Eccleſia primitiua erant tantum duo ordines ſacri, ſcilicet diaconatus & ſacerdotium. Et ſecundùm Hieronymum, idem erat Epiſcopus & ſacerdos, ſaltem dico ego, eodem nomine appellabantur. hæc ſunt nunc mutata.

In Sacramento Pœnitentiæ, quod vſque ad finem duraturum eſt, ab initio lapſus humani facta eſt mutatio. In lege enim naturæ ſufficiebat confeſſio mentalis ſoli Deo, in lege veteri obligabantur homines ad confeſſionem cæremonialem, ita quod aliquo ſacrificio homines oſtenderent ſe peccaſſe hoc vel illo peccato. Sacerdotes verò illi, manibus poſitis ſuper cornu hirci confitebantur peccata filiorum Iſrael, & nunc in lege gratiæ, quia ſacerdotibus conuenit remittere peccata, modo prædicto, vt peccator ſine ſcandalo ſua peccata confiteatur ſecretè ſacerdoti, & ſic abſoluat, inſtituit Eccleſia. Videtis, quomodo ferè in omnibus Sacramentis multa mutauit Eccleſia. Si nõ potuit, nec valuit, quod fecit, nec nunc eſſet obſeruandum, quod tamen abſurdum ab omnibus iudicatur: Si potuit, vbi in Scriptura ſacra ſibi data eſt, & lege Dei illa poteſtas? & nõ reperitur ſpecialius ad iſta eſſe conceſſum, quàm per illud dictum Petro, & ſucceſſoribus eius, *Quodcunque ligaueris ſuper terram. &c.* Nam non dixit Dominus: Quodcunque ligaueris aut ſolueris abſoluendo, pœnitentiam iniungendo, excommunimunicando, ab ea ſoluendo, ſed, *quodcunque ligaueris ſuper terram, &c.* nec dixit, quodcunq; ligaueris erga hominem, ſed vt vniuerſalem poteſtatem ei conceſſam neceſſariam ad ſalutem humani generis oſtenderet, dixit vniuerſaliter, & ſine reſtrictione, *quodcunq; ligaueris*, ſcilicet claue non errante, *ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.* Ecce ibi fundata eſt poteſtas Indulgentias conferendi. Vt autem intentionem proponentis omninò euacuem, oſtendo, quod, eſto, quod in lege Dei, hoc eſt, in Scriptura veteris & noui teſtamenti, non poſſet reperiri fundata auctoritas ſpecialis, & expreſſa, ad huiuſmodi Indulgentias diſtribuendas vel conferendas, ſufficeret ſola Eccleſiæ auctoritas, quæ reuera in Scriptura Euangelica fundatur. patet Ioan. 14. vbi Dominus dicit: *Paraclitus autẽ Spiritus, quẽ mittet pater in nomine meo, ille vos docebit oĩa, quæcunq; dixero vobis.* Et ne putetur hoc dictũ ſolis Apoſtolis, ibi dicitur toti Eccleſiæ: *Ego rogabo patrẽ, & alium Paraclitũ dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus nõ poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum.* vnde oſtendo, quod Eccleſia multa facere poteſt, & fecit, tamen non habetur ex Canone ſuper his ſpecialis & expreſſa auctoritas. Eccleſia numerat inter fideles paruulos baptiſatos, numerat, inquam, ſub pœna hæreſis. Vnde Auguſt. de baptiſmo paruulorum: *Vbi ponis paruulos baptiſatos? profectò in numero credentiũ*, non niſi ex conſuetudine Eccleſiæ antiquæ canonica fundatiſſima. Et infrà: *Inter credentes baptiſatos paruulos numerabis, nec iudicare aliter vllo modo audebis, ſi non vis apertus eſſe hæreticus.* Eccleſia etiam inſtituit, vt compatres in Baptiſmo, fidem paruuli pro eo reſpondeant. Et ſic Eccleſiæ auctoritas ordinauit, vt paruuli per aliorũ pedes ad fidem veniant, per aliorum corda credant, per aliorum linguas in Baptiſmo reſponde-

Ioan. 14.

Serm. 14. de verbis Apoſt. Tom. 10. vide in reſponſione M. Ioan. à Raguſio pro finali confirmatione, quid poßit Eccleſia circa hæc.

ſpondeant,& fidem fateantur. Item Eccleſia in Nicęno Concilio ſecundum Symbolum edidit, poſt Symbolum Apoſtolorum,auctorizauit etiam Symbolum Athanaſij. Item in toto Canone non habetur,quod Pater in diuinis aut Filius,aut Spiritus ſanctus,nominetur, Perſona, ſed ab Eccleſia habetur: Etenim in illo, quod *Tres ſunt,qui teſtimoniũ dant in cælo,&c.* Cum quęrerent hæretici,qui tres? non habens Eccleſia, quid ex Canone reſponderet,importunitati hæreticorum ſatisfaciens, inuenit hoc nomẽ *Perſona*, & dixit, Tres perſonæ. Præterea etſi Canon Bibliæ dicat,beatam Virginem eſſe matrem Chriſti ,tamen non reperitur in eo, quod dicatur mater Dei, ſed hoc Eccleſia determinauit, vt dicatur non ſolùm Chriſtotocos,ſed etiam Theotocos,id eſt, non ſolùm Chriſti mater,ſed & Dei mater. Deniq; non habetur ex Canone,vt illa ſignacula,quę in perficiendis Sacramentis,modò fiunt, ſint facienda; nihil de benedictione fontium baptiſmalium, aquæ benedictæ, exequiarum defunctorum,& aliorum multorum , quæ ne tædium generem,omittam,quæ tamen Eccleſia ſancta obſeruanda inſtituit. Videtis,quanta ſit auctoritas ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, de qua Auguſtinus contra Fauſtum hæreticum auctoritatis Eccleſiæ impugnatorẽ dicit,& habetur 11. diſt. q.3. Vides in hac re, quantum valet Eccleſiæ auctoritas, quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum , vſq; ad hodiernam diem , ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſu firmatur. Et Chryſoſtomus dicit, vt refert Auguſtinus de Ancona, de poteſtate Eccleſiaſtica,q. 29. quod homini mortali omnium, quæ in cœlo & in terra ſunt,poteſtatem commiſit Deus,& validiorem cœlo Eccleſiam eſſe monſtrauit. Huic nempè B. Hieronymus omnia dicta ſua, & fidem ſubmiſit,& ha-

Aug. in lib. 11 contra Fauſtũ Manichæum cap. 2. & citatur diſt. 11. c. 9. palam.

Aug. de Ancona de Eccleſ. poteſt. q. 29. art. 1.

Chryſ. Tom. 3. homil. Cum de ipſius expulſione ageretur in Tom. 5. hom. de Spiritu S.

Hieron. ad Damaſum in expoſitione Symboli. 24. q. 1. ca. 14 Hæc eſt fides.

Auguſtinus.

Illud (NON) in altero exemplari non habetur.

betur 24. q. 1. *Hæc eſt fides Papa beatiſsime*, vnde dato, quod in Scriptura ſacra non reperiretur ſpecialiter & expreſsè fundata poteſtas conferendi Indulgentias, adhuc auctoritate *E*cclesiæ, quæ Spiritu ſancto regitur, infallibiliter in his, quæ pertinent ad ſalutem, potuit tam pretioſi theſauri apertio demonſtrari, & de nouo aliquando inſtitui, ſicut & illa, quæ prius memorata ſunt. niſi dicatur, quod auctoritas modernę *E*cclesię eſt minor, quàm primitiuę, quod falſum eſt, cum auctoritas mutandi ſtatuta *E*ccleſiæ, & inſtituendi, non ſequatur ſanctitatem vitæ, ſed officium & dignitatem, quæ æquales ſunt nunc & tunc, nec alias claues habet modò, quàm tunc. vnde Auguſtinus ſermon. 38. ait: *Nemo dicat Eccleſiæ primitiuæ tempora præualere iſti Eccleſiæ, quia tunc Chriſtus & Apoſtoli fecerunt miracula, & non modò, quia tunc fiebant ſanitates corporum, non modò animarum.* Debent ergò ſufficere putantibus Indulgentias non eſſe in lege Dei fundatas, quæ dicta ſunt, nec præponant vltra ſenſum ſuum, dictis & ſcriptis Doctorum Theologorum, Magiſtri ſententiarum, Guillermi, Altiſiodorenſis, Alberti Magni, Thomæ, & aliorum, quorum tanta eſt in Eccleſia reuerentia, vt non liceat oppoſitum aſſerere huius, quod omnes cómuni conſenſu determinant.

De peregrinationibus.

Aliud dictum proponéntis, *peregrinationes per homines inuentæ*, vt dicit proponens, *ſuperſtitioſæ ſunt idololatriam ſapientes, & cleri auaritiam nutrientes*, quod oſtendo non eſſe verum, ſuppoſito, quid nominis peregrinationis: Eſt enim peregrinatio de manſo ſuo longior receſſus, vt acutiori deuotione, Deus adoretur. Quod illæ ſint in lege Dei fundatæ, & non per homines inuentæ, vt dicit proponens, & aliquibus auctoritatibus nititur colorare,

probo:

Deut. 16. Lucæ 2.

probo: Scriptum eſt Deuteronom. 16. *tribus vicibus per annum, apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei tui, in loco, quem elegerit, in ſolemnitate azimorum, & in ſolemnitate hebdomadarum, & in ſolemnitate tabernaculorum.* Ecce, quod ex lege Dei ter habebãt peregrinari in Hieruſalem filij Iſrael quolibet anno, & quod aliquid deberent offerri in templo, patet. Nam dicitur ibi, *non apparebit ante Dominum vacuus, ſed offerat vnuſquiſque, ſecundùm quod habuerit iuxta benedictionem Domini Dei ſui, quam dederit ei.* Iuxta hanc regulam legis Dei aſcendit Ieſus cum parentibus ſuis ad idem feſtum Paſchæ, vt habetur Lucę 2. vbi Beda: *Euangeliſta Dominum poſt Natiuitatem, continuò cum hoſtia transfert ad templum,* ſupple, eundum illô ſingulis annis cum parentibus, *ducit & duodennem, in templo Doctorum choris inſerit.*

Zachar. 14. Ioan. 12. Actor. 8.

Item, quod non fuerit ſolùm cæremonia, pro Iudæis, ſed pro Gentibus, patet, nam Zachariæ vltimo ſcriptum eſt. *Et omnes, qui reliqui fuerint, de vniuerſis Gentibus, qui venerunt contra Hieruſalem, aſcendent ab anno in annum, vt adorent Dominum Regem exercituum, & celebrent feſtiuitatem tabernaculorum, & erit, qui non aſcenderit de familiis terræ ad Hieruſalem, vt adorent Regem Dominum exercituum, non erit ſuper eos imber.* Secundùm quam Prophetiam Gentiles quidam aſcenderant citò poſt ſuſcitationem Lazari, vt adorarent in die feſto, Ioan. 12. Et vir Æthiops Candacis Reginæ Æthiopum, Eunuchus venit adorare in Hieruſalem, Actuum 8.

De cuius iuſtitia dicit venerabilis Beda ſuper iſto paſſu, *pro virtute, & integritate mentis vir appellatur, nec immerito, qui tantum ſtudij in Scripturis habebat, vt eas etiam in via legere, non ceſſaret, tantumque amoris,* in re-

in religione gerebat, vt aula regia derelicta, de vltimis mundi partibus, veniret ad templum Domini, vnde iuſta mercede, dum quæreret interpretem lectionis, Chriſtum, quē quærebat, inuenit. Præterea paſtores venerunt peregrè ad Saluatoris ortum, & tres Magi peregrè profecti ſunt adorare Regem Iudæorum à ſolis ortu. De quibus ait Auguſtinus in ſecunda parte ſermonum ſerm. 31. *in his terris de longinquo iſti peregrini puerum iſtum nondum verba promentem adorauerunt, vbi ciues illi iuuenem miracula facientē crucifixerunt. Iſti in membris paruis Deum adorauerunt, illi in factis magnis nec tanquam homini pepercerunt*: hæc Auguſtinus. Dictum eſt de peregrinis in ortu Saluatoris, quos Herodes impius non inculpauit. Iam de peregrinis mulieribus Chriſtum in ſepulchro viſitantibus ſubſequetur auctoritas. dicit Euangeliſta: *Veſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati,* venit Maria Magdalena, & altera Maria, videre ſepulchrū. Matth. 28. ſuper quo Hieron. in commentario. *quod diuerſa tempora iſtarum mulierum in Euangeliis deſcribuntur, non mendacij ſignū, vt impij obiiciunt, ſed ſedulæ viſitationis officium, dum crebro adeunt, & recedunt, & non patiuntur à ſepulchro Domini diu abeſſe vel longius*: hæc ille.

Lucæ 2.

Matth. 2.

Aug. de tem. ſerm 30. qui eſt 2. de Epiph.

Matth. 28.
Hieron. in 28. ca. Matth.

Adeſt alia auctoritas de Nicodemo, qui venit peregrè viſitare ſepulchrum Domini, cum mixtura myrrhæ & aloes, quaſi librarum centum. De Ioſeph ſimiliter ab Arimathia notabili viro, qui inuoluit ſyndone munda Dominicum corpus. hi tamen in Euangelio laudantur. ipſe etiam Dominus non dedignatus eſt ſe peregrinū oſtēdere diſcipulis euntibus in Emaus. Item Hieronymus oſtēdit, quomodo Virgo Maria mater Dei viſitabat poſt aſcenſionem eius loca paſſionis. Et hoc facit in ſermone de Aſſumpſione B. Mariæ, ad Paulum, *Chriſtus*, inquit, *ab omnibus eſt amandus, ex toto corde, ex tota anima, atq; ex tota*

virtute

Ioan. 19.
Matth. 28.

Lucæ 24.
Tom. 9 epi. 10. ex iis, quæ tribuūtur S Hieronymo ex editione Mariani Victorij, vlta medium.

virtute quærendus, maximè tamen ab ea Ardentius, cuius & dominus erat & filius. fortaſſè ergò præ nimio amore, in loco, quo ſepultus dicitur, interdum habitaſſe eam credimus, quatenus piis paſceretur internus amor obtutibus. Sic namque locus medius eſt hinc inde conſtitutus, vt adire poſſet Aſcenſionis veſtigia, & locum ſepulturæ ac reſurrectionis, & omnia, in quibus paſſus eſt, loca inuiſere, non quod iam viuentem quæreret cum mortuis, ſed vt ſuis cōſolaretur aſpectibus. Hoc quippe habet impatiēs amor, vt quæ deſiderat, inuenire ſe credat, ignorat ſiquidem iudicium, multotiens ratione caret, modum neſcit, nec aliud cogitare poteſt, quàm quod diligit. amor non capit de impoſſibilitate ſolatium, neq; ex difficultate remedium; hæc Hieronymus.

EX quibus apparet, cum quali deuotione, & in quanto honore à fidelibus habitum ſit ſepulchrum Domini, vt ſic impleta ſit hæc Prophetia Iſaiæ 11. cap. de illo loquens, cum ait: *Et erit ſepulchrum eius glorioſum.* De cruce autem Dñi loquitur B. Auguſt. lib. de viſitatione infirmorum cap. 3. oſtendens, quod in magna reuerentia habeatur à Chriſtianis, & dicit ſic: *Habent ſiquidem Chriſtianorum arcana, illius Dominicæ crucis quoddam venerabile monumentum, quod de crucis ipſius imaginatione crucem cognominant, quod & nos omni veneratione digniſſimum fatemur, & ad recordationem crucifixi noſtri veneramur. Adiicitur etiam ſuper crucem quædam hominis inibi patientis imago, per quod ſalutifera Ieſu nobis renouatur paſſio. hanc complectere humiliter, venerare ſuppliciter, cùm hoc ad memoriam tibi ipſum reducat crucifixum.* hæc ille. Poſt hoc immediatè ſequitur notabilis proceſſus de confeſſione vocali facienda. Præterea peregrinatio magna commemoratur ad locum, vbi Dominus cœlos aſcendit, de quo Sulpitius ita loquitur: *Illud autem mirum eſt, quia locus ille, in quo poſtremo inſtiterant diuina veſtigia,*

Eſaiæ 11.

Aug. de viſitatione infirmorum lib. 2. cap. 3. & 4.

Sulpitius in ſacra hiſtoria lib. 2. vltra medium.

cum in cœlum Dominus nube ſublatus eſt, continuari pauimento cum reliqua ſtratorum parte non potuit, ſiquidem quæcunq; applicabantur, inſolens humana ſuſcipere, terra reſpueret excußis in ora apponentium ſæpè marmoribus, quin etiam calcati à Deo pulueris adeò documentum perenne eſt, vt veſtigia impreſſa cernantur. Et cum quotidie confluentium fides certatim Domino calcata diripiat, damnum tamen area non ſentit, & eandem adhuc ſui ſpeciem, velut impreßis ſigna veſtigiis terra cuſtodit. Prorſus de peregrinatione ad ſepulchrum Domini legitur 12. lib. hiſtoriæ tripartitæ, capit. 15. de qua dicit Caſſiodorus: *Theodoſius Imperator pro beneficiis ſibi à Deo collatis, gratias referebat, pluribus honoribus Chriſto ſua vota compenſans, coniugemq; ſuam Eudociam, ad Hieroſolymam deſtinauit, hæc enim & ipſa votum habuerat, ſi filiam videret nuptam, quæ tam Hieroſolymis Eccleſias cõſtitutas, quàm per ſingulas ciuitates poſitas, honorauit, & cum pergeret, & cum denuò remearet.* hæc ille. Proinde B. Hieronymus epiſt. contra errorem Arrianæ & Eunomianę perfidiæ circa peregrinationem, ad loca ſancta, ad Ruſticum, ipſum peregrè proficiſcendum ad loca ſancta inuitat. Dicit enim ſic: *Narrauit mihi vxor quondam tua, nunc ſoror, atq; conſerua, quod iuxta præceptum Apoſtoli, ex conſenſu, abſtinueritis vos ab opere nuptiarum vt vacaretis orationi.* Et infrà: *Cumq; vos rabies Barbarorum, & imminens captiuitas ſepararet, ſub iuriſiurandi teſtificatione pollicitum, vt ad ſancta tranſeuntem loca vel ſtatim vel poſtea ſequereris, & ſeruares animam tuam, quam viſus fueras negligentia perdidiſſe, Redde ergò, quod præſente Deo ſpopondiſti. Incerta eſt vita mortalium, ne ante rapiaris, quàm impleas ſponſionem Imitare eam, quam docere debueras.* ſequitur pòſt: *tu vagaris in patria, imo non in patria, quia patriam perdidiſti? Iſta pro te in locis venerabilibus reſurrectionis & crucis, & cunabulorum Domini Saluatoris, in quibus paruulus vagit, tui nominis recordatur, teque ad ſe*

oratio-

Socrates lib 7. cap. 46.

Hiero. Tom. 1. epiſt. 46. ad Ruſticum.

orationibus trahit, vt ſi non tuo merito, ſaltem huius ſalueris fide. hæc Hiero. Deinde Auguſt. lib. de diffinitionbus rectæ fidei, cap. 40. ſic inquit: *Sanctorum corpora, & maximè beatorum Martyrum reliquias, ac ſi Chriſti membra, ſinceriſsimè honaranda, & Baſilicas eorum nominibus appellatas, velut loca ſancta, & diuino cultui mancipata affectu piiſsimo, & deuotione fideliſsima adeundas credimus. Si quis contra hanc ſententiam venerit, non Chriſtianus, ſed Eunomianus & Vigilantianus credatur.* hæc ille. In Gangrenſi etiam Concilio ſtatutum legitur in hunc modum: *Si quis per ſuperbiam, tanquã perfectum ſe exiſtimans, conuentus, qui per loca & Baſilicas Martyrum fiunt, vel accuſauerit, vel oblationes, quæ ibi celebrantur, ſpernendas eſſe crediderit, memoriasque Sanctorum contemnendas, Anathema ſit.* Rurſus Auguſtinus contra Fauſtum, lib. 20. *Populus,* inquit, *Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur, atq; orationibus adiuuetur.* Et infrà: *quod offertur Deo, qui Martyres coronauit, & apud memorias eorum, quos coronauit, vt ex ipſorũ locorũ admonitione maior affectus exurgat, ad acuendam caritatem, & in illos, quos imitari poſſumus, & in illum, quo adiuuante poſſumus:* hæc ille. Dicit Auguſtinus, quod licitum & caritatiuum eſt, viſitare Martyrum memorias, in locis illis oblationes facere. Peregrinationum veritatem teſtantur Stationes Romæ, quas ferunt B. inſtituiſſe Gregoriũ. Quàm plurima dicta Sanctorũ tranſeo, contentus ſufficienter probaſſe, peregrinationes fundamentum habere in diuina Scriptura, & firmamentum in ſanctis Doctoribus, profectò ſe in diuina lege fundantibus. Ac per hoc nec eſſe inuentiones hominum, nec ſuperſtitioſas, nec idololatriam ſapientes, nec per ſe cleri auaritiam nutrientes. Nam oblata, DEO, vt dicit ſanctus Auguſtinus, offeruntur, in ve-

Aug. de dogmatibus Eccleſiaſtica. cap. 73 Tom. 3.

Conciliũ Gan. Can. 20.

Aug. contra Fauſtum l. 20. cap. 21. To. 6.

in veteri etiam lege præcipiuntur, nec oblatorum clerus eſt proprietarius, ſed poſſeſſor vſufructuarius, miniſter, & diſpenſator. Si per accidens auaritia cleri ſe immergat, hoc malum eſt, hoc per eos, ad quos ſpectat ſuperiores ſcilicet cum iuſtitia puniendum, per alios caritatiuè arguendum, modis tamen ſuprà dictis.

Circa multa, quæ in veneratione reliquiarum contingunt peccata, vt narrauit proponens, vt ſunt expoſitiones earum venalitate ficta, ſpoliatio pauperum peccatorum, horrenda continuatio auaritiæ ſacerdotum, & ſimulata ſpes ponendi aliquid numinis in eiſdem, &c. hoc vnum dico, quod veneratio ſanctarum reliquiarum Sanctorum & ſanctarum non eſt improbanda. Etenim de ſe honeſta eſt licita & ſancta. Verùm non pluri honore aut maiori ſunt venerandæ reliquiæ, quàm Sancti, quorum ſunt. Supponendum eſt enim ex Doctoribus, triplicem eſſe adorationem, ſcilicet latriæ, hyperduliæ & duliæ. Latriæ, quæ Deo; hyperduliæ, quæ creaturæ ſub ratione magnæ excellẽtiæ, vt virgini Marię, in quantum eſt mater Dei; duliæ, quæ cæteris creaturis ratione excellentiæ exhibetur. Et quidem pro nunc non *eſt loquendum* de dulia, quæ debetur ſuperioribus ratione dominij. Nam ſic etiam debetur non modò bonis, ſed & malis, ſed de ea, quæ exhibetur Sanctis, ratione ſanctitatis, hæc debitè Sanctorum reliquiis exhibetur, non quaſi in iſtis numinis aliquid vel ſanctitatis exiſtat, *ſed* propter ordinem, quem habuerunt ad Sanctos, quorum ſunt reliquiæ. Habent etiam Doctores, in 3. quomodo cultus ſeu adoratio debetur alicui per ſe, in quo conſiderandum, quid adoretur, & ratio, cur adoretur. Quod adoratur, ſuppoſitum eſt vel perſona. Cur adoratur, vt nunc loquimur, eſt virtus vel ſanctitas. debetur autem alicui

Latria.

per accidens nomine habitudinis ad eum, cui per ſe debetur, vt cruci Chriſti, imagini eius, & Sanctorum, & hoc modo reliquiæ adorantur, nec hoc eſt idololatrare, quoniam cultus latriæ nullis Sanctorum, qui fuerunt puræ creaturæ, exhibendus eſt. Idololatria enim dicitur latria exhibita idolo, ſiue puræ creaturæ: Quod autem ratione habitudinis ad aliquem, honor ſit exhibendus, vt veſti regiæ, propter Regẽ, probatur ex eo, quòd 1. Reg. 24. dicitur, cum præcidiſſet Dauid oram chlamydis Saul, percuſſit cor Dauid, dicens: *Propitius ſit mihi Deus, ne faciam hanc rem domino meo Chriſto Domini*, tamen Regem nõ tetigerat, ſed Chlamydem. Præterea inter diuinas contumelias Chriſtus propheticè commemorat, quod crucifixores eius diuiſerunt veſtimenta, & veſtem ſorti expoſuerunt, dicens: *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* Quam certè veſtem venerabilem, imò * adorabilem, Ioannes in Apocal. 19. dicit eſſe conſperſam ſanguine, & in eo, & in femore ipſius Domini ſcriptum erat: *Rex Regum, Dominus dominantium.* Præterea B. Hieronymus ad Ruffinum, lib. 3. ſcribit, ſe adoraſſe præſepe, & ſancta cunabula Saluatoris. *Contendi*, inquit, *Ægyptum, luſtraui monaſteria Nitriæ, & inter Sanctorum choros aſpides latere perſpexi, protinus concito gradu Bethlehem meam reuerſus ſum, vbi adoraui præſepe, & in cunabula Saluatoris.* Idem de ſancta Paula in eius Epitaphio, ſic ait, *perrexit Bethlehem*, ſcilicet ſancta Paula, *& in dextera parte itineris ſtetit ad ſepulchrum Rachel, atq; inde ſpecum Saluatoris ingrediens, poſtquam vidit ſacrum virginis diuerſorium, & in ſtabulum, in quo agnouit, bos poſſeſſorem ſuum, &c.* Poſt pauca, *iurabat, ſe cernere fidei oculis infantem pannis inuolutum, vagientem in præſepe Dominũ, Magos adorantes.* Et multa ibi de ſublimibus conſolationibus ponit, quas ſancta Paula merebatur.

Adoratio.

1. *Reg.* 24.

Ioan. 19.

* *alterũ exemplar habet honorabilem.*

Apoc. 19.

Hieron. aduerſus Ruffinum lib. 3. cap. 7.

Hieron. ep. 27. Tom. 1.

Eſaiæ 1.

Vide Damaſc lib. 4. ortho. fidei c. 17. & in orationibus de imaginibus.

Digitized by Google

batur. De adoratione autem crucis Chriſti, loquitur Damaſcenus 4. lib. ſententiarum, cap. 3. dicens: *Adorandum ſignum Chriſti, vbi vtiq; fuerit ſignum, illic & ipſe erit.* Sequitur: *Omnia ergò, quæ Deo adiacēt, adoramus, vt ipſi venerationum offerentes.* Quoniam autem non puto, proponentem detrahere venerationi, aut adorationi ſanctarum reliquiarum propter habitudinem quam ad Sanctos, cuius ſunt, habuerunt, ſcilicet fortè, quia ſunt oſſa, veſtes, aut alia artificialia, aut naturalia, multa dicenda de hac materia prætereo. Abuſus autem per ante narratos vitupero, & reprehenſione dignos iudico.

Literas confraternitatum & confeſſionales proponens vituperat, & reuera non dubium, quin multa mala ſub hac ſpecie pietatis parātur, puta queſtus illiciti, deordinati fauores, audacia peccādi, & multa ſimilia. Verùm non ſunt de ſe illicitæ cōfraternitates, ipſæ imò honeſtatis titulum habent & parere poſſunt fructum. Nam *frater, qui iuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma*, Prou. 18. Licet enim ſuffragia Eccleſiæ proſint omnibus, in vnitate eius exiſtentibus, ex parte caritatis, quæ nō quærit, quæ ſua ſunt, ſed facit omnia communia, vt dicit Apoſtolus, tamen ex parte intentionis, his, quibus applicantur, proſunt magis, quàm aliis. Et per hoc inſtitutæ, conceſſæ, vel permiſſæ ſunt fraternitates ipſæ. Oſtendo, quod hæc in Scriptura ſunt fundatæ. Nam vt habetur Exod. 8. Impius Pharao vocans Moyſen & Aaron, ait: *Adorate Dominum, vt auferat ranas à me, & populo meo, & dimittam populum, vt ſacrificet Domino.* Et in eodem cap. ait: *Ego dimittam vos, vt ſacrificetis Domino, rogate pro me.* Ecce principem paganum, qui orationes poſtulat, quomodo ergò precibus ſe communicare negabit fidelis? Item apparet de Heliodoro, cuius amici rogauerunt Oniam ſummum ſacerdotem,

Confraternitates.

Prouerb. 18.

1. Cor. 13.

Exod. 8.

Digitized by Google

vt oraret pro illo, vt habetur 2. Machab. 3. Rurſus probo, quod Apoſtoli fecerunt homines participes ſuorum ſuffragiorum. *Primò* ſic Apoſtolus Epheſios per literam ſuam facit eſſe participes ſuarum orationum, nam ſic eis ſcribit in primo cap. *Propterea ego audiens fidem veſtram, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dilectionem in omnes Sanctos, non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis.* Nec tantum Paulus commemorat orationes, ſed alia meritoria opera offert facere pro Philippenſibus. Nam in primo cap. dicit: *Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri, ſemper in cunctis orationibus meis, pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens. ſuper communicatione veſtra, in Euangelio Chriſti, à prima die vſq; nunc.* Qui ergò dicit, *in cunctis orationibus meis*, nihil minus dicit implicitè, quàm literæ, quæ Vigilias, Miſſas, prædicationes, ieiunia, & ſimilia concedunt Chriſti fidelibus, eas facientibus eſſe communes. Item idem ad Colloſſenſes primo ſcribit: *Nunc gaudeo in paßionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt paßioni Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia,* nulla litera fraternitatis modò talia promittit, quanta fecit Apoſtolus pro Colloſſenſibus. Præterea Chryſ. ſuper Matth. in opere imperfecto homilia 14. ait: *Libenter audit Deus, quando Chriſtianus nõ ſolùm pro ſe, ſed etiam pro aliis orat, pro ſe enim orare naturæ eſt. pro altero autẽ gratiæ, pro ſe orare neceßitas rei cogit, pro altero autẽ caritas fraternitatis hortatur, dulcior eſt autẽ oratio ante Deum, non quam neceßitas rei tranſmittit, ſed quam caritas fraternitatis cõmendat.* Ex qua fraternitas cõmendatur, & Deo acceptabilis oſtenditur: Itẽ Augu. *pro ſe oratione impetrat, qui ſe precibus Eccleſiæ, Virginũ, Confeſſorum, in domo Iulianæ inſeri poſtulat,* libro de ſancta Viduitate in fine dicens: *Obſecro vos per illum, à quo donum hoc accepiſtis, & huius doni præmia ſperatis, vt me quoq; orationibus veſtris memineritis inſerere, cum tota domeſtica veſtra Eccleſia.*

2. Machab. 3.

Epheſ. 1.

Ad Phil. 1.

Ad Coloſ. 1.

Chryſ. in opere imperfecto, in Matth. homil. 14.

Aug. de dono Viduitatis, cap. 23. To. 4

Digitized by Google

Aug. epiſt. 33. Tom. 2.

Et inter epiſtolas Auguſtini in epiſtola 36. quæ eſt Paulini ad Auguſtinum, ait Paulinus: *Omnes in Chriſto Sanctos, quales tibi cohærere non eſt dubium, à nobis ſaluta, cõmenda nos omnibus Sanctis, vt tecum pro nobis orare dignentur:* hæc ille.

Aug. epi. 149. Tom. 2.

Et Auguſtinus epiſt. 74. quæ eſt ad Profuturum, dicit: *Cõmendamus Sanctis orationibus tuis & dies & noctes noſtras, vt oretis pro nobis, ne diebus intemperanter vtamur, vt noctes æquo animo toleremus, vt etiam ſi ambulemus in medio vmbræ mortis, nobiſcum ſit Dominus, ne timeamus mala.* hæc Auguſtinus. Reperiuntur & multa opera B. Gregorij, in quibus petit ſociari precibus Sanctorum. Item Ambroſij, Anſelmi, Iuonis Carnotenſis. Tales auctoritates valdè multas, amore breuitatis, omitto, vnde non ſophiſmata ſunt literę fraternitatum, ſed Chriſtianis vtilia ſubſidia, tamen abuſum vitupero, turpes queſtus perhorreſco.

Literæ confeſſionales.

Confeſſionales etiam literas concedere, ex cauſa rationabili iuſtum eſt. Nam & priuilegia de confeſſionibus audiendis, nullus Doctor notabilium reprobat, imò approbat. Data enim ſunt non in fauorem Confeſſorum, aut odium alicuius, ſed in fauorem Pœnitentium.

Excommunicationes.

AD rationes per proponentẽ factas cum aliis reſpondebo, De ſententia excommunicationis dicit, quod feruntur ex liuore vindictę aut odio. *Si fiunt*, inquit, *ob veritatem, & in hominem in gratia permanentem, ſunt irrita & inanes.* Si velit dicere, quod ſentẽtia lata à iudice ex odio aut inuidia, aut propter vindictam, nullo caſu teneat, huius oppoſitum dico, cum Doctoribus:

S. Thom. diſt. 18. q. 2. art. 1. ad 4.

B. Thomas in 4. diſt. 18. ſic dicit in forma. *Excommunicatio*, inquit, *poteſt dici iniuſta dupliciter. Primò, ex parte excommunicantis, quia ex odio vel ira excommunicat, & tunc excommunicatio nihilominus habet effectum ſuum, quamuis ille, qui exercet, peccet, quia ille iuſtè patitur,*

patitur, quamuis iſte iniuſtè ferat. Alio modo ex parte ipſius excommunicationis, vel quia cauſa excommunicationis eſt indebita, vel quia fertur ſententia iuris ordine prætermiſſo. Et tunc ſi ſit talis error ex parte ſententiæ, quæ ſententiam nullam faciat eſſe, non habet effectum, quia non eſt excõmunicatio. Si autem ſententiam non annullet, habet effectum ſuum, & debet excommunicatus humiliter obedire, & erit ei ad meritum, vel ſolutionem petere ab excommunicante, vel ad ſuperiorem iudicem recurrere. Si autem contemneret, eo ipſo mortaliter peccaret. Contingit autem quandoq; quod eſt debita cauſa ex parte excommunicationis, quæ non eſt debita ex parte excommunicati, ſicut cum quis pro falſo crimine in iudicio probato excommunicatur, & tunc ſi humiliter ſuſtinet, humilitatis meritum recompenſat excommunicationis damnum. Ex quo ſequitur, quod excommunicatus pro falſo crimine, tamen probato in iudicio, licet per falſos teſtes, vel confeſſato, cenſetur verè excommunicatus in foro exteriori Eccleſiæ militantis, tamẽ eſt in gratia. Nam dicit, quod humilitatis meritum recompenſat excommunicationis damnum. Igitur talis incurrit damnum excommunications, & ſic patet, quod in caſu reputatur verè excommunicatus, qui eſt in gratia, nec iudex peccat, ſi nihil prætermittat de contingentibus, ſecundùm ordinem iuris, & maximè, dum ſibi non conſtat de innocentia rei.

AD rationes autem factas, pro vno notabili, quo probare videtur, quod non ſit per legem humanam inferendum alicui mortis ſupplicium. Primò reſpondendum eſt, & primò ad illam de Circumcellionibus, quæ eſt Auguſtini ad Marcellinum comitem dico, cum Alexandro de Halis, quamuis pro illis ſceleratis Auguſtinus ſupplicando ſpatium vitæ eis reſeruare popoſcerit, non

Alex. ab Aleſ. parte 3. q. 34. art. 3.

legum ſeueritatem, quą tales morte plectuntur, non ſeruandã eſſe docuit. Vnde noto ibi quatuor: primò, quod *Aug. ep. 159. ad Marcellinũ tribunũ. To. 2,* Auguſtinus dat intelligere, quod ſecundùm ſeueritatem legũ erãt grauiora paſſuri, quàm poſcebat. Et quia poſcebat vitam eis ſeruari, ſequitur, quod erant vitam iuxta legum ſanctiones, amiſſuri. Et hoc ibi, *ne fortè ſublimitas tua cenſeat eos tanta legũ ſeueritate eſſe plectendos, vt qualia fecerunt, talia patiantur.* Et quoniam occiderunt aliquos presbyteros Catholicos, erant enim iſti occidentes Donatiſtæ, digni erant morte. Secundò, quod ſupplicat pro miſericordia, vt ſcilicet miſericorditer cum eis agatur. Nam ibi dicitur, *ideòq; his literis obteſtor fidem tuam quam habes in Chriſto, per ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti miſericordiam, vt hoc non facias.* ideò de miſericordia hoc petit, non de iuſtitia. Tertiò dicit, quod diſſimulare poſſet, quia non per ſuos ** Notoria habet textus impreſſus.* delati erant ad Comitem, ſed per * Notarios, ad quos tuendæ pacis vigilantia pertinebat. Ex quo duo implicitè dantur intelligi, primum, quod poterat diſſimulare, ideò quod faciebat, erat opus ſupererogationis. Et ſic ſi Comes nõ acquieſcebat, ſed iuſtitiam faciebat, non peccabat. Secundum, quod Notarij, id eſt, Officiarij habent vigilantiam de ſaluanda pace Reipublicę, & ſic obſiſtere & denunciare poſſunt reos iudici ſeculari, qui poteſt facere iuſtitiam. Et hoc patet per illud, quod ſequitur: *Nõ quod ſceleratis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri*, ait Auguſtinus, & illud ſecundum hîc notatum eſt. Quartò, quod ex capitulo elicitur, & breuiter conſideranti totum illud capitulum apparet, quod Auguſtinus flectit ad miſericordiam, vt ſeueritatem legum per hoc auertat, & maximè, quia iſti Circũcelliones erant clerici, licet eſſent Donatiſtæ. nec ex hoc habetur, quod peccaſſet ille Comes, ſi eos occidiſſet, ſed admonetur, vt agat miſericorditer.

Ad rationes huius, quod tangit Chryſoſt. ſuper* Ieremiam, dico, quod duplices ſunt modi peccantium, quidam ex infirmitate, aut ignorantia, alij ex conſuetudine vel malitia. Item quidam animo verecundi ſunt, alij ſine verecundia. Cum primis mitius eſt agendum, cum ſecundis durius, de iſtis ſecundis verò non loquitur Chryſ. ſed de primis. Ad illud Prouer. 30. *qui nimis emungit*. Item ad illud, *iuſtitia vel miſericordia multum diſcutitur*, ad illa duo vno verbo dico, ꝙ in omni virtuoſo actu oportet, quod prudentia habeat ducatum, eſt enim origo virtutum, vt omnes morales virtutes in ea connectuntur, 6. Ethicor. Prudentiæ vni exiſtenti, oẽs ſimul inerunt, & ita oportet eſſe directionem omnium mediorum ad finem, vt nihil minus fiat. hoc dicit Sapiens Prouer. 30. hoc quod dicit illud decretum allegatum, vt miſericordia temperet ſeueritatem iuſtitiæ, & iuſtitia erigat remiſſionem miſericordiæ.

** fortè ſuper Ioannem.*

Prouerb. 30.

Ariſt. Ethic. lib. 6. c. 13.

Ad illam Chryſoſto. ſuper illo Matth. 13. *Sinite vtraq; creſcere, &c.* dico, quod ſi bene verba eius conſiderentur, ſunt pro me. nã loquitur de occiſione hæreticorũ, ex quã ſequeretur ſchiſma, aut turbatio Eccleſiæ. Et ego conceſſi, quod in tali caſu non oportet ſecundùm iudicium vindicare. dixi enim, peccata eſſe punienda, tribus concurrentibus, ſcilicet iuriſdictione, conuictione, & pace ſalua. Et hoc nõ eſſet in propoſito, ſed vbi pace ſalua fieri poſſet, erunt occidendi, nec oppoſitum dicit Chryſoſt.

Chryſ. hom. 47 in Matt. To. 2.

IAM accedendum eſt ad principales rationes proponentis, primò ad illas, per quas viſus eſt probare articulum. Ad primam, vbi dicit, quod Deus præcepit Deuteronomij 13. vt filij Iſrael auferant malum de medio ſui, dico, cùm Deus præcipiat hominibus,

Deut. 13.

non præcipit, niſi quod poſſibile eſt huiuſmodi, vt ſcilicet auferat malum de medio populi, iuriſdictione, conuictione, & pace ſalua concurrentibus, vt dictum eſt. Item dico ſecundùm Auguſtinum, in libro contra epiſtolam Parmeniani tractantem id verbum Apoſtoli: *Auferte malum ex vobis*, quod vbi mali, ſalua pacis vnitate, ſeparari poſſunt, à bonis, ſeparandi ſunt corporaliter; vbi hoc fieri non poteſt, eſt faciendum ſpiritualiter ſcilicet, non conſentiendo peccatis illorum, vnde ſic malum auferant ex eis, & ſi non poſſint malos ſeparare à congregatione ſua. Ibi enim dicit Auguſtinus in forma: *Videamus, ſi fortè non fruſtra non dixerit Apoſtolus: Auferte malos à congregatione veſtra, ſed auferte malum ex vobis ipſis, quia cum quiſq; impeditur ab Eccleſiæ congregatione malos homines ſeparare, ſi à ſe ipſo auferat malum, non eis corde miſcetur, atq; ita ſpiritualiter non ſolùm coniungitur bonis, ſed ſeparatur à malis.* Vel ſecundùm eundem Auguſtinum, lib. de decem Chordis, dicendum, quod quidam ſunt flagitioſi, qui non nocent aliis, quidam facinoroſi, qui nocent aliis: propter iſtos leges poſitæ ſunt, vt ſatis in poſitione dictũ eſt. Ideò iſti tollendi ſunt de medio populi, proſcribendo, incarcerando, aut aliter, aut mortis ſupplicio, ſaluis tribus prædictis, iuriſdictione, conuictione, & pace ſalua. Et ad hoc oſtendendũ, dum dicit Dominus: *Auferant malum*, addidit, *de medio ſui*, & Apoſtolus, cum dixiſſet, *Auferte malum*, ſubiunxit, *de medio veſtri*.

Aug. Tom. 7. lib. 3. cont. Parmen. cap. 1. & ſeq.

Aug. de decem Chordis.

Leuit. 19.

Ad ſecundam Leuitici 19. dico, cum de lira, quod intelligitur, *non oderis fratrem tuum*, ex rancore & odio, diſſimulans peccatum ſuum, donec poſſis eum deſtruere, *ſed publicè argue eum*, hoc eſt, voce expreſſa. Iuxta illud Matt. 18. *Si peccauerit in te frater tuus.* Non autem dicit, *publicè*, id eſt, corã omnibus corripe eum correctione fraterna.

Matth. 18.

Si autem per ly *publicè* intelligatur correctio facta in publico ſeu iudicio, tunc eſt intelligendum de peccatis, quæ poſſunt probari. Et tunc talis correctio pertinet ad iudicem exequendo, ad accuſantem denunciando, ad teſtes probando. *Et* ſic patet, quod non omnia peccata, &c. poſſunt puniri, ſed ſolùm concurrentibus tribus iam dictis.

Ad tertiam 23. Deuter. de prohibitione meretricij dico, quod lege diuina, & olim, & nunc meretricium eſt prohibitum in illo præcepto morali, Non mœchaberis. verùm, quod in lege veteri vltra hoc præceptum decalogi, erat datum iudiciale de prohibitione meretricij. Nunc verò non prohibetur ab homine per iudicium ciuile legis humanæ, ſed nec poteſt conuenienter legem diuinam prohibentem homo executioni demandare, non enim ſubeſt ei potentia huic legi adæquata. Nec eſt Omnipotens, vt ſciat ex malo elicere bonum, vt Deus, ideò ne deterius contingat, tolerat, & permittit. Cur autem in lege veteri prohibebatur iudicialiter hoc peccatum, non nunc lege humana, Ratio eſt ſecundùm aliquos Doctores, quia tunc permittebatur *I*udæis repudiare vxores, & hoc, quia proni erant ad odiendum ex duritia cordis ſui, & occidendum eos. Ideò ſi improhibitè fornicari potuiſſent, magnum fomentum odij habuiſſent. Nunc autem non licet, nec permittitur vxorem repudiare, nec ſunt ita faciliter odioſi in vxores viri.

Deut. 23.

Ad quartam, de deſtructione idolorum, &c. Reſpõdeo primò cum B. Auguſtino contra Donatiſtas, quod ex ſenſu myſtico non ſumitur conueniens Argumentũ. Nam & magnus Areopagita dicit, quod Theologia ſymbolica non eſt argumentatiua. vnde ſi ad literam de deſtructione idolorum, eiectione leproſorum, & extermi-

Aug. ep. 48. Tom. 2. non procul à medio
Diony. Areop. in epiſtol. ad Titum.

natione

natione ſeptem Gentium, ratio literalis quæritur, plana eſt ſolutio, quia idola erant Iudæis incitamentum idololatriæ, ad quam erant proniſſimi. Præterea lepra eſt morbus infectiuus, ideò pelli debet leproſus de cœtu ſanorũ. Septem iſtę nationes ideò exterminari iubẽtur, ꝙ idololatriam ſuaſiſſent. Ex ſenſu allegorico rationem factã ſic ſoluo. Nomine idolorũ peccata infidelitatis accipio, nomine lepræ peccatũ hæreſis. Ita exponit venerabilis Beda in Homilia ſuper illud Lucæ 17. *Dum ingrederetur*, ſcilicet Ieſus, *in quoddã caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi*, inquit, *hæretici non abſurdè intelligi poſſunt, quia ſcientiam veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris, non enim vel abſcondunt imperitiam ſuam, ſed pro ſumma peritia proferunt in lucem*, & reliqua vt ibi. Poteſt etiam per lepram intelligi mala doctrina in moribus. Talia peccata ſunt nõ modò fraterna correctione arguenda & caſtiganda, ſed ſi publica ſint, etiam per iuſtitiam cohibenda & punienda. De talibus poſſunt inferiores publicè ſuperiores arguere, quia iam ſpecialiter per peccatum infidelitatis deſinunt eſſe ſuperiores, quo ad hoc. & iſta dicta ſunt in poſitione. Ratio autẽ huius, quod peccata infidelitatis & hæreſis, ſimiliter & malæ doctrinæ nimis contagioſa ſunt. Illorum enim puta infidelium, aut hæreticorum ſermo, vt cancer ſerpit, dicit Apoſtolus 2. Tim. 2. Quod in ſeptẽ Gentibus, quas præcepit Dñs exterminari, ſeptem peccata mortalia intelliguntur, non eſt ad propoſitum arguentis, ſed oppoſitum eſt, & ad propoſitum meum, imò verò eſt de Scriptura ſacra ſumptum. dicitur enim Iudicum primo, quod filij Beniamin habitabant in Hieruſalẽ, nec deleuerunt Iebuſæos habitatores vrbis. Item ꝙ Cananæus cœpit habitare cum tribu Manaſſe, quod tribus Effraim nõ interfecit Cananęum, qui habitabat in Gaſer.

S. Aug. lib. 2. c. 4. quæſtionũ Euang. To. 4.

2. Tim. 2.

Iudic. 1.

Et plura talia. In ſecundo capitulo dicitur: *Iratusq́; eſt furor Domini in Iſrael, & ait: Quia irritum fecit Gens iſta pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorũ, & vocem meam audire contempſit, Et ego non delebo Gentes, quas dimiſit Ioſue, & mortuus eſt, vt in ipſis experiar Iſrael, vtrum cuſtodiant viam Domini, & ambulent in ea, ſicut cuſtodierunt patres eorum.* An non apparet, quod permiſit Dominus iſtas Gẽtes ad exercitium, ex quo experimentum accipitur? Ex quo apparet, quod mali multi ſunt permittẽdi inter bonos ad probationem bonorum, vel exercitium, ſecundùm quod dicit Apoſtolus prima ad Corinth. 11. *Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant,* vel vt ipſi mali ſic permiſſi per diuinam patientiam expectentur ad pœnitentiam, aut vt impœnitẽtes theſaurizent ſibi iram Domini in die furoris eius, vel alia cauſa nota diuinæ diſpoſitioni. vnde ratio ſecunda eſt ad propoſitum meum, & oppoſitum eius. probat enim, quod boni tolerant ſecum malos, quia filij Iſrael non deleuerunt Iebuſæos, per quos ſecundùm proponẽtem peccata, vel peccatores intelliguntur, ſicut per filios Iſrael boni. Item ſimili modo dicerem, quod cùm permitterentur eſſe in populo cæci & claudi, grandi aut paruo naſo, per quæ peccata, vt exponunt Doctores, ſignantur, mali inter bonos ſunt permittendi, ſi tamen pace ſalua eiici non poſſint. nam & grex porcorum iuxta homines fuiſſe legitur Matth. 8. vbi per porcos gloſſ. carnaliter viuẽtes intelligit; & per homines, rationabiles, à quibus dęmones, id eſt, peccatum mortale, expelluntur; & permittuntur à Deo intrare porcos, hoc eſt, vitam pecudum eligentes.

Iud. 2.

1. Cor. 11.

Matth. 8.

Ad quartam de comminationibus diuinis Leuit. 26. & Deuter. 28. concedo eas, & per hoc oſtenditur, quod Dñs ipſe omnia mortalia poteſt punire, ſicut & ꝓhibet. Propterea lex Dñi immaculata eſt, ait Propheta: Non ſic homo,

Leuit. 26.
Deut. 28.
Pſalm. 78.

homo, qui interiora non iudicat, quia homo videt ea, quæ parent, primo Regum 16. Nec omnia exteriora rectificat propter defectum potentiæ executiuæ, nam non poteſt, vt Deus, de lapidibus, id eſt obſtinatis ſuſcitare filios Abrahæ, ſcilicet facere fideliter credentes, & ſanctè viuentes.

Ad ſextam, Deuterono: 21. Dominus dedit præceptum, *Si gemuerit homo, &c.* dico, quod illud eſt verum, & ad literam, filius contumax, nolens patris aut matris obedire præceptis, lapidabatur. Sed ſecundùm ſenſum literalem non accipit opponens: quia non vult leges humanas mortis ſupplicium inferre, licet oppoſitum probatũ ſit. Gloſſam tamen non nego, imò recipio, ſciens quid dicat Origenes ſuper Leuitico circa principium 24. cap. comparans innitentem ſenſui literali, Ægyptio, & innitentem ſenſui ſpirituali, Iſraelitæ. & quod qui literam tenet, & ſenſum literalem grammaticalem, Ægyptius eſt, matrem habens Iſraelitam, quia literam Scripturæ, ſed patrem Ægyptium, quia ſenſum carnalem. Qui verò literam tenet, & ſenſum ſpiritualem, ex toto eſt Iſraelita ex matre propter literam, ex patre propter ſpiritualem ſenſum. Et quomodo Ægyptius cadit, quia litera occidit, Iſraelita ſtat, quia ſpiritus viuificat, hoc dictum totum eſt, vt pateat, quod Scriptura non eſt intelligenda ſemper ſecundùm ſenſum Grammaticalem, ſed ſecundùm ſenſum literalem, quem primò per verba intelligit Spiritus ſanctus, & ſecundùm ſenſus myſticos. Placet ergò, quod filius contumax puniebatur, quia contumacia illa erat graue peccatum, & ianua omnium malorum propter abiectionem diſciplinæ. Propterea hoc morale hîc inſerendum eſt: Magna cura Eccleſiæ eſſe debet, & huic ſanctæ Synodo, vt iuuenes ſub virga diſciplinæ arceantur, nec

Digitized by Google

nec Magiſtri auctoritas ſit remiſſa, nec torpeat diſciplina deturq́; per loca talis ſcolarũ ordo, vt à puero amor Dei & timor, virtutum honeſtas, & fœditas vitiorum primũ, poſtea literæ doceantur. Nec nego, peccata publica eſſe punienda, ſi tamen aſſint prædicta. Quantum ad punitionem iuſtitiæ, ſcilicet iuriſdictio, cõuictio, pax ſalua, cum aliis debitis circumſtantiis.

Hierem. 1.

Ad auctoritatem, Hieremiæ primo: *Ecce dedi verba mea in ore tuo, &c.* concedo illam, & quod Prædicator habet euellere, diſſipare, diſperdere, & deſtruere verbo prædicationis vitia, plantare & ædificare virtutes, ſed quia actus prædicationis eſt actus virtutis, dirigi debet prudentia, & debet habere circumſtãtias tactas, ibi, *quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando*, ne quando populum inſtruere molitur, ſcandalizet.

Ezechiel. 34.

Ad auctoritatem Iſaiæ etiam concedo ſimpliciter, & etiam auctoritatem Ezechielis 34. vbi Dominus comminatur paſtoribus, qui, quod infirmum fuit, non conſolidauerunt, ibi enim arguitur negligentia paſtorum, dum quod poterant ſanare, non ſanauerunt, & infirma non confortauerunt, & ſic de aliis. Item abuſus bonorum ſibi ad vſum conceſſorum ſub diuinæ maledictionis obteſtatione prohibetur.

Matth. 18.

Ad rationes de nouo teſtamento, Matth. 18. præcipitur. *Si peccauerit in te frater tuus.* iſtam omninò concedo, & eſt pro me, ſicut pro opponente, loquitur enim de correctione fraterna, de qua cõceſſum eſt in prima concluſione ſecundi puncti, quod eſt exercenda, & quomodo ibi viſum eſt.

2. Timoth. 4.

Ad illam de Apoſtolis, 2. Timoth. 4, illam concedo, nam inſtruit Timotheum Apoſtolus in regimine populi, tam in correctione fraterna, quàm paterna.

Digitized by Google

Ad illam Apoſtoli prima Timoth. 5. *Peccantem coram omnibus, &c.* dico, quod illa auctoritas intelligitur, de correctione paterna, ſecundùm quam iudex ſubditum poteſt corripere, arguere, caſtigare, vel punire publicè de peccato publico.

1. Cor. 5. Ad rationem 1. Corinth. 5. *Omninò auditur inter vos talis fornicatio, &c.* dico illam auctoritatem eſſe pro me. nam conceſſum eſt publica peccata mortalia punienda, modo ibi dicto, & maximè grauia multum ſcandalizantia Eccleſiam, & turbantia populum, quale erat peccatum Corinthij, de quo loquitur auctoritas, quia habebat vxorem patris ſui. Et vt textus habet, & de lyra etiam dixit, talis fornicatio nunquam licita fuit iudicata etiam inter Gentes. Nam ab initio mundi, ait de lyra, fuit hoc excluſum, tanquam illicitum. propter reuerentiã enim naturalem, quæ debet haberi ad patrem & matrem, iſtæ duæ perſonæ à matrimonio ſemper fuerunt excluſæ, tanquã à dictamine legis naturalis. Hunc ergò fornicatorẽ tam abominabilem, coram Corinthiis puniuit Apoſtolus, quia auctoritatem habebat à Domino. Et peccatum erat publicum & ſcandaloſum, neq; ex hoc vllum ſequebatur periculum ſchiſmatis in Eccleſia, quod dedit eius corpus vexandum Sathanæ, vt ſpiritus eius ſaluus eſſet.

1. Theſ. 5. Ad rationem primæ Theſſalonicenſ. vlt. Corripite, &c. concedo eam ſimpliciter: loquitur enim Apoſtolus de fraterna correctione.

Epheſ. 6. Ad auctoritatem Apoſtoli, Epheſ 6. *Et vos patres nolite ad iracundiam, &c.* Iſta ratio eſt de diſciplina patrisfamilias. & concedo eam penitus, nec probat ex hoc, quod omnia peccata ſunt punienda, cùm patres ſolùm ſuper liberos & familiã habeant regimen œconomicum, & ſuper extraneos non. & aliqua poſſibilia peccata ſuæ familiæ ſufficienter punire non poſſunt.

Digitized by Google

Ad rationem, Matth. 18. *Quiſcandalizauerit, &c.* poteſt dici, quod illud intelligitur de ſcandalo in fide, quod fit peccato infidelitatis. Nam non tantũ dixit Dominus, *Qui ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis,* ſed adiunxit, *qui in me credunt,* quaſi diceret: Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, propter fidem, qua in me credunt. Alio modo, ꝙ intelligitur de ſcandalo actiuo generaliter. Et ſic ſecundùm Gregor. in paſtorali, & Nicolaũ de Gorra, ſenſus eſt, qui ſanctitatis ſpecie, verbo, vel exemplo, cęteros deſtruit, melius (id eſt minus malũ) eſſet, vt eum ſub exteriori habitu ad mortẽ terrena * pœna cõſtringeret, quam propter ſacra officia, in culpa cæteris imitabilẽ, ſe oſtẽderet, quia ſi ſolus caderet, tolerabilior eum pœna cruciaret. Qui enim peccat in habitu religioſo, multos lædit malo exemplo. Et ſic illud eſt de ſpeciali peccato, ſcilicet hypocriſis, ex quo non poteſt inferri vniuerſalis concluſio, de propulſione peccatorũ. Chryſoſtomus conformiter innuit, quod de ſpeciali peccato hoc intelligitur. Nam dicit: *Si autem conuitium ſcandalum vocat, ne mireris, multi enim puſillanimes ex eo, quod deſpiciuntur, ſcandalizati ſunt.*

Matth. 18.

Gloſſa ordinaria in cap. 18. Matth.

** textus impreſſus habet acta.*

Chryſoſt. in idem cap.

Ad illud, Lucæ 19. *Et ingreſſus in templum, &c,* dico, quod iſta ratio eſt contra facientẽ. Apparet enim, quod Dominus peccata ſacerdotum per ſe ipſum punire voluit, quæ erant in pecuniæ mutatione, & venditione columbarum. Hæc enim fiebant ad vtilitatem eorum, & ipſorum ordinationem. Propterea dicit Gregorius 25. Moralium: *Neque enim fruſtra per ſemetipſum Dominus æs nummulariorum fudit, & cathedras vendentium columbas euertit, nimirum ſignificans, quia per Magiſtros quidem, iudicat vitam plebium, ſed per ſemetipſum, facta examinat Magiſtrorum,* vt dictum fuit. Non ergò per inferiores fideles, ſunt prælati puniendi, per cohibitionem pœnæ, nec per

Lucæ 19. Matth. 21.

Greg. lib. 25. moral. cap. 21.

eos coram aliis reprehendendi, vt dixit proponens, niſi de peccatis infidelitatis, ſchiſmatis, aut malæ doctrinæ directè vergentibus, in nocumentum aliorum fidelium.

Lucæ 18.

Ad illam, Lucæ 18. *Deus autem non faciet, &c.* dico ꝙ illa non probat propoſitum ſuum, quod à quolibet fideli omnia peccata ſunt corrigenda, caſtigãda, &c. Sed quod à Deo, quod concedo. ibi enim, ſecundùm Albertum, iſto paſſu, & etiam Nicolaum de Gorra, oſtenditur peminentia diuinæ iuſtitiæ, ad iudicem iniquum, qui, vt parabola habet, Viduæ diu iuſtitiam diſtulerat, & adhuc, non amore iuſtitiæ, ſed cauſa moleſtiæ vitandæ, tardè reddiderat. Non ſic verò Deus ſcilicet faciet, &c. & ſic nihil concludit.

Albertus in idem caput.

1. Ioan. 3.

Ad illam primæ, Ioan. 3. *Scitis, quia ille apparuit, &c.* dico cum Ægidio de Roma in hoc paſſu, quod tollere peccatum tripliciter eſt. Primò diminuendo facta, Ioan. primo. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Secundò, adiuuando, ne fiant. Tertiò, ducendo ad vitam, vbi omninò fieri non poſſunt. Et in omnibus his modis Chriſtus tollit peccata mundi. Ex duobus primis modis apparet magis oppoſitum proponentis, quàm propoſitum. ex tertio non arguitur ad propoſitum, quia eſt de Eccleſia triumphante. Item dico, quod tollit peccata, quia precium pro peccato humani generis ſoluit in cruce, abſtulit peccata, quia legem immaculatã, omne mortale prohibentem inſtituit, tamen manifeſtum eſt, quod peccata aliqua permiſit, manſerunt etiam peccata Iudæorum, remanſerunt & Gentium, crucem putantibus Iudæis ſcandalum, & Gentibus ſtultitiam, vt dicit Apoſtolus 1. Corinth. 1. Similem intellectum habet illud: *In hoc apparet filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli.*

1. Corinth. 1.
1. Ioan. 3

Ad illam de epiſtola Iudę, *Ecce venit Dominus, &c.* dico, quod iſtud allegatum loquitur de aduentu Domini ad iudicium, in quo omnia mala tunc punientur. *Et* hoc ſonat, quod adhortatiuè ſubditur, *hos quidem arguite, illos verò ſaluate de igne rapientes*, hoc eſt, eripientes de igne inferni, in quo ſunt impœnitentes & incorrigibiles. Iterum hoc accipitur ex gloſſ. de lyra in hoc paſſu.

2. Cor. 10. Ad illam, 2. Cor. 10. *In promptu, &c.* dico cum Petro de Tharantaſio poſt modum Innocentio quarto, quod illud, *vlciſci omnes inobedientiam*, facit diſtributionem pro generibus ſingulorum, ita vt in omni ſtatu minorum ſcilicet & maiorum, & mediocrium inobedientia in promptu vindicetur, aut in omni modo, ſcilicet cordis, oris, & operis, ſed non habet opponens, quod faciat diſtributionem pro ſingulis generum.

2. Tim. 3. Ad illam, 2. Timoth. 3. *Omnis Scriptura diuinitus, &c.* dico vno modo, quod hæc ratio arguit de correctione in verbo prædicationis, quæ fit per modum exhortationis, declamationis, aut exprobrationis, quę quamuis modum correctionis fraternæ excedat, quia fit publicè, tamen ex caritate procedit, aut procedere debet, nec per eam puniuntur in ſpeciali peccata, nec propriè puniuntur, ſed reprobantur, & inſtruuntur auditores, vt perfecti ſint ad omne opus bonum. Alio modo, quod loquitur indiſtinctè, de omni vtilitate Scripturæ diuinitus inſpiratæ, & ſic habet gloſ. ord. cum dicit: *Vtilis eſt ad docendum neſcientes, ad arguendum & conuincendum de malo, negligentes ad corripiendum id eſt increpandũ duriter in malo perſiſtentes ad erudiendum pænitentes & incipientes diſcere.* Nec hæc expoſitio aliquid arguit contra dicta.

Tit. 1. Ad illam, ad Titum primo. *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, &c.* ſequitur, *Sunt enim multi vaniloqui, ſeductores*

Digitized by Google

maximè, qui ex circumciſione ſunt, &c. dico, quod ſecundùm gloſſam decreti diſt. 25. *Nunc autem.* crimen quadrupliciter accipitur, Primo modo largè pro omni delicto, ſiue mortali ſiue veniali, ſiue ex deliberatione, ſiue non, ſicut dicitur in Catone: *Nemo ſine crimine viuit.* Secũdo modo, ſtrictè pro omni culpa, ſiue veniali, ſiue mortali, ex deliberatione procedente. Tertio modo ſtrictius pro omni culpa mortali, quæ eſt criminalis infamia, de hoc dicit textus: *Crimen eſt querela*, id eſt, *peccatum accuſatione & damnatione dignum*, hoc modo accipitur in textu allegato, Titi primo, *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe.* Quale autem ſit, declaratur diſt. 81. cap. Apoſtolus Paulus, *Si quis*, ait textus, *eſt ſine crimine, vt eſt homicidium*, *adulterium, & aliqua immunditia fornicationis*, *furtum*, *fraus*, *ſacrilegium.* Quarto modo ſumitur ſtrictiſſimè, prout eſt graue peccatum accuſatione, & damnatione digniſſimum. Sumendo igitur tertio modo, dico, quod omne crimen eſt peccatum mortale, ſed non è contra, ſed ſolum mortale capitale dicitur crimen. Doctores autem aliqui enumerant XI. ſpecies talium, ſcilicet peccatũ infidelitatis, peccatum contra naturam, homicidium, crimen læſæ Maieſtatis, ſacrilegium, inceſtus, conſpiratio, adulterium, falſum teſtimonium, ſimonia, vſura. Dicuntur autem iſta eſſe capitalia, quia ſecundùm Doctores inducunt ad damnationem, exilium, vel aliam pœnam, ſecundùm leges ciuiles, vel excommunicationem, depoſitionẽ, vel aliam pœnam, ſecundùm leges canonicas, & iura. S. Thomas 2.2. quæſt. 108. art. 3. recitat ſecundùm Auguſtinum ſequentem Tullium, octo pœnas, quas infligere ſolet lex ciuilis, & ſunt mors, verbera, talio, ſeruitus, vincula, exilium, damnum, ignominia. Et accipiuntur iſtæ octo pœnæ, ſecundùm octo, quæ homo maximè diligit, & in hoc,

quod

Gloſſa decreti diſt. 25. poſt cap. tert.

Diſt. 81. c. Apoſtolus P.

Criminalia peccata XI.

Pœnæ 8.
S. Thom. 2. 2. q. 108. art. 3.
Aug. 12. de ciuit. Dei, c. 11.

Digitized by Google

quod quælibet pœna eſt alicuius horum priuatiua. Quæ octo ſunt vita, iocunditas, integritas, libertas, expedita operatio, patria, bona temporalia, fama. Mors eſt contra vitam, verbera contra iocunditatem, talio, puta oculum, pedem, &c. contra integritatē, ſeruitus contra libertatē, vincula contra expeditam operationem, exilium contra patriam, damnum contra temporalia bona, ignominia contra famam. Sex verò cōmuniter aſſignantur in genere pœnæ iuris canonici, ſuſpenſio, excommunicatio, depoſitio, intruſio, carceratio, verberatio. hęc per diſgreſſionem dicta ſunt. Dico igitur ad propoſitum, quod auctoritas Apoſtoli vera eſt, *oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe*, ſumendo crimen tertio modo. Quantū ad illud: *ſunt enim multi inobedientes, &c.* dico, ꝙ textus ſoluit ſeipſum. Crimē enim ſeductionis & ſubuerſionis eſt valdè graue, & maximè, ſi ſit in fide, vnde nō eſt neceſsè in talibus præcedere ſecretam monitionem, ſed ſi periculum eſt in mora, proceditur ad denunciationem corā ſuperiori. Et vbi imminet citò periculū, vt dictum eſt, poteſt argui, quo ad talia coram omnibus. quia omnes tangit, & maximè in infidelitatis crimine. Ex quo, qui erat ſuperior, deſinit, quo ad hoc eſſe ſuperior. De iſtis loquitur Apoſtolus, verum adhuc ſolùm loquitur Tito, ibi Epiſcopo cui ex officio incumbit. Sic ergò nec de crimine omni, nec omni homine loquuntur allegata.

Ad rationes, Rom. 13. *Si malè feceris time, non enim ſine cauſa princeps gladium portat, &c.* Et infrà, prima Petri 2. *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ, propter Deum, ſiue Regi, quaſi præcedenti, ſiue ducibus, quaſi ab eo miſſis, &c.* ad Hebr. 12. *Quis enim filius, quem non corripit pater? &c.* concedo iſtas omninò. Duæ primæ loquuntur de punitione iuſtitiæ ab hōie, vt Dei miniſtro, 3. de ipſa diuina iuſtitia, qua nūc, vt

Rom. 13.
1. Petri 2.
Hebr. 12.

pater filios caſtigat. Nam iuxta Prophetam, Pſalm. 44. *Virga directionis, virga regni tui.* Quod verò allegat Gregorium dicentem, quod per hoc, quod Dominus eiecit dæmonia, & quod conceſſit Diſcipulis hoc facere, ſignat, &c. hoc etiam concedo, ſed eſt ad oppoſitum, & non propoſitum proponentis, quia non omnia dęmonia Diſcipuli eiicere potuerunt, patet Matth. 17. Mar. 9. vbi apparet, quod Diſcipuli dæmonia lunatica non potuerunt eiicere. Nam & Dominus dicit hoc genus dæmoniorum non eiici, niſi in oratione & ieiunio, per quod iuxta multos Doctores, ſignatur peccatum luxuriæ, ꝙ reuera ſine oratione & ieiunio, vel moderata abſtinentia, difficile comprimitur. *E*t quia populus communiter pro magna parte non inſtat orationi & ieiunio, & hoc rector homo cognoſcit, non punit ſimplex meretricium, ſed tolerat ad maius malum vitandum.

Ad rationes de praxi Chriſti Apoſtolorum, & primitiuæ Eccleſiæ. Ad iſtam de praxi Chriſti, qui durè clerum & alios arguit, dico, quod Chriſtus clerum arguebat propter crimen infidelitatis, quia legem veritatis intelligere nolebat. Vnde proſtrauit Paulum, & cæcauit, quia perſecutor erat veritatis, quamuis pro crimine infidelitatis, quilibet poſſit ſuperiorem, ſcilicet, qui fuit ſuperior, arguere publicè, vbi tale periculum imminet, quod non patitur dilationem, non tamen pro peccatis publicis perſonalibus punire per iudicium iuſtitiæ & auctoritatis, licet poſſet fraterna correctione ſecretè arguere, ſuperiori ſcilicet, ſi opus fuerit, denunciando. Dico vltrà, quod non omnia opera Chriſti imitari tenemur. vt declarat Alexãder de Hales, in 4. Sunt nempè tria genera operũ Chriſti, quædam potentiæ, vt miracula, quædam ſapientiæ, vt inſtitutio *E*uangelicæ legis, & ſimilia. Quædam bonitatis,& hæc duplicia ſunt, quędam pietatis, quædam iuſtitiæ punitiuæ. In operibus potentiæ non vult Deus imitari à nobis, imò Angelus in hoc, quod in potentia Dominum imitari voluit, peccauit. Nec in ſecundis, nam in hoc Adam peccauit. In tertiis verò vult, quantùm ad opera pietatis, Matth. 5. *Eſtote miſericordes, ſicut pater veſter miſericors eſt.* Non autem, quo ad opera iuſtitiæ punitiuæ, niſi quibus commiſſa eſt auctoritas à lege, vel inſpiratione probata per ſacram Scripturam, vel miracula. Ratio autem, cur niſi habens auctoritatem, debet exercere actus iuſtitiæ, quia gubernatio eſt opus Dei. Ideò illi ſoli competit gubernare, cui Deus commiſit: hoc autem tantum per legem, aut voluntatē per reuelationem conſueuit committere. Summæ ergò religionis eſt imitari, quem columus Chriſtum, vt dicit Auguſtinus, quo *Auguſtinus.* ad opera bonitatis & pietatis, quo ad omnes; & iuſtitiæ, quo ad habentes auctoritatem. In hoc, quod allegat opponens, Chriſtum puniuiſſe per temporalium ſubtractionem aliquos, neſcio, ad quem finem hoc facit. ſi per hoc inducere vellet, quod principes poſſent temporalia ſubtrahere ab Eccleſiaſticis, malè illis vtentibus, hoc eſſet inſuſtinibile, quia nullam habent iuriſdictionem in illos, vt ſuprà dictũ eſt, & pulchrè declarabit venerandus Doctor reſponſurus de iſta materia; ſi, quod ſuperior poteſt ſubditum ſuum per ſubtractionem bonorum temporalium interdũ punire, hoc concedo. Concedo quod Chriſtus exprobrauit incredulitatem Diſcipulorum, & duritiam cordis. Concedo etiam, quod Angelis peccantibus non pepercit, ſed tradidit vinculis æternis, &c. vt dicit Iudas Apoſtolus in Canonica ſua. *Iudas in epiſt. Canon.* Praxim Apoſtolicam in punitione peccatorum concedo, vt fuit allegatum *Actor. 5.* de Petro, Actuũ 5. & Paulo, Actuum 13. de Elyma *Actor. 13.*

imago, peccata enim iſta, propter quę puniuerunt, aut punienda declarauerunt, quod dico propter punitionem Ananiæ & Saphiræ, ſecundùm multos, erant grauia & ſcandaloſa, vt patet in litera. Praxim item Ioañis Baptiſtæ, in reprobatione peccatorum per viam prædicationis & Prophetarum. ſed ex hoc non concluditur, omnia 2. Cor. 11. peccata mortalia publica eſſe punienda, nec omnia puniuerũt. Nam erant multi Pſeudoapoſtoli tẽpore Pauli, nec legimus per eũ aut alios Apoſtolos eſſe punitos. *Gal. 3.* Galatæ inſenſati non dicũtur nec leguntur fuiſſe puniti per Apoſtolum pœna iuſtitiæ, ſed tantum per prædicationẽ correpti, ad Galat. 3. Ortum fuit murmur Græcorum aduerſus Iudæos, quod viduæ eorum deſpiciebantur in *Actor. 6.* quotidiano miniſterio, Actuum 6. nec illud legitur punitum. Et facilè multa ſimilia reperirentur impunita propter periculum ſchiſmatis in Eccleſia, aut alia occulta nobis, tamen iuſta ratione. Quod ad praxim primitiuæ Eccleſiæ allegat, quod communitas Corinthi cum ſpiritu Apoſtoli tradidit Corinthium Sathanæ in carnis interitum, per hoc arguens, quod populus poſſit peccata publica punire, dico, quod ex ſerie textus non habetur, quod communitas Corinthiorum hoc fecerit, ſed Apoſtolus. *1. Cor. 5.* Nam dicitur ſic: *Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui, vt præſens, eum, qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, cõgregatis vobis, & meo ſpiritu, cum virtute Domini Ieſu tradere huiuſmodi hominem Sathanæ,* textus dicit: *iudicaui,* non iudicauimus. Et Nicolaus de lyra dicit: *Ego quidem habens auctoritatem ſuper vos,* vbi patet, quod ipſe, qui habebat auctoritatem, iudicauit. Præterea punitio malorum presbyterorum, de qua *Dani. 13.* Daniel 13. oſtenſa & ſententiata eſt per Danielem auctoritate

ritate ſibi à Deo data. Nam ibi dicitur: *Suſcitauit Deus ſpiritum pueri iunioris, cui nomen Daniel.* Executio autem per populum, & in veteri lege, multas executiones per populum legimus in ſpiritualibus caſibus, vt in crimine idololatriæ Leuitici 20. Deuteron. 13. & 18. In blaſphemia Dei, Leuitici 24. Num. 25. pro violatione Sabati in colligente ligna illo die, Num. 25. ꝓ inobedientia contumaci filiorum ad parentes, Deut. 21. pro violatione virginis deſponſatæ, Deuteron. 22. hanc executionem faciebat populus, ſed auctoritate legis & iudicum ſententias ferentium ſecundùm legem. Ita dicit de lyra ſuper illo Deutero. 13. *ſtatim interficies*, *cum*, dicit, *iudicatum fuerit per iudices.* Allegat, quod populus Iudæorum ab alienigenis, &c. Concedo hoc, ſed non ideò hoc fecerunt ſine peccato alienigenæ. Nam in ſubactione iſta duo cōſidera, actionem & intentionem captiuantium. Aliquando enim, vt dicit Alexander in ſumma vtrumq; à Deo excitatum eſt, dum vtrumq; eſt bonum, ſcilicet captiuatio & intentio captiuantis. Aliquando actio à Deo excitatur, & non intentio, Dum actio bona eſt, quia à Deo volita, ſed intentio mala, quia odio vel ira, aut alia mala paſſione excitata: Aliquando ſiquidem puniuntur peccata per ſcientes. Aliquando per neſcientes. Exemplum de ſecundis, vt populus Iudæorum fuit punitus per Senacherib Iſaiæ 10. *væ Aſſur virga furoris mei*, & per Nabuchodonoſor 4. Reg. vltimo, Et etiam per Antiochum, primo Machabęorum primo. Exemplum de primis, vt quod peccata Amorræorum fuerunt punita per filios Iſrael. Iſti enim ſciebāt ſe à Dn̄o excitatos punire peccata harum nationum. Sed Aſſyrij, & Rex Babyloniæ, &c. etſi punirent, neſciebant, ſe ex diuino præcepto punire.

Leuit. 20.
Deut. 13. & 18.
Leuit. 24.
Num. 25.
Deut. 21.
Deut. 22.
Deut. 13.
Alexander ab Ales 3. par. q. 35 num. 2. art. 2.
Eſaie. 10.
4. Reg. 25.
1. Mach. 1.

Nam filij Iſrael mouebantur à Dño, quo ad punitionem & intentionem punientis, quia hoc faciebant ex diuino mandato accepto, & vt voluntatem Domini adimplerent. ſed alienigenæ Aſſyrij, & cæteri, vtiq; Domino mouente ſubigebant populum Iſrael, ſed non vt implerent Domini voluntatem, imò ex odio, cupiditate, aut alia mala intentione hoc faciebant, ideò peccabant. Ita populus vel ciuitas non habens vſum iuriſdictionis, puniendo pœnaliter, peccarent, niſi ſuper hoc acciperent à Domino mandatum ſpeciale, & hoc probaret ſacra Scriptura, aut miraculo, vt ſibi eſſet credendum.

Aug. ſuper epiſt. Ioan. tract. 7. To. 9. 23. q. 5. cap. 36. Non putes. 23. q. 4. cap. 35. Duo iſta.

Ad auctoritates Sanctorum. ad primam Auguſtini, ſuper epiſtolam Ioannis, & 24. quæ. 5. *Non putes, &c.* Reſpondeo cum gloſſ. quod iſtud intelligitur de illis, qui habent aliquam poteſtatem ſuper alios, vel de Canonica denunciatione, ad quam quilibet tenetur: Per Canonicam denunciationẽ intelligit gloſſ. fraternam correctionem. De multis verò modis habendi poteſtatem, habetur ſuper 23. q. 4. *Duo iſta,* vt eſt in Epiſcopo erga plebem ſuam, pauperi regenti domum ſuam, diuiti regenti familiam ſuam, marito erga coniugem ſuam, patri erga prolem, iudici erga prouinciam, Regi erga Gentem.

5. q. 5. cap. 1. Non res iudicans. Aug. epi. 109. Tom. 2. 23. q. 5. cap. 36. Non putes.

Ad illam de Auguſtino, *Non vos iudicetis maleuolos,* de quo 5. q. 5. dico cum gloſſ. quod textus ille de denunciatione loquitur, & de ſecreta correctione, & eſt argumentum, quod quilibet tenetur ad denunciationem, de quo 23. q. 5. *Non putes.* Iſta ſunt verba gloſſæ. Intelligo autem denunciationem hîc, admonitionem fraternã, ad quam quilibet tenetur pro loco, tempore, & aliis circumſtantiis aut denunciationem teſtibus factam, aut Eccleſiæ, ſi ſecreta monitio non ſufficit.

Digitized by Google

Ad illam Auguſtini in ſermone de ſeruo Centurionis, dico, quod Auguſtinus oſtendit magnitudinem mali eorum, qui impunè peccant, nam peccatum eſt pœna magna peccantis. Et quia ex impunitate aſſumunt ſibi auſum peccandi, tamen commodè duobus malis minus malum, ad vitandum maius toleratur, & maius malum eſt malum totius, quàm partis. Permittitur malũ in parte, ne ſit malum in toto. Ideò ad vitandum ſchiſma in Eccleſia, aut turbationem boni communis, aliqua manent ab homine impunita.

Auguſtinus.

Ad illam Auguſtini, *Si ea, de quibus Deus vehementer offenditur, &c.* 23. q. 4. dico, quod illud capitulum loquitur de punitione poteſtatis iudiciariæ, & eſt verum, cùm iudex differt iudicare & punire ea, vnde Deus vehementer offenditur. Nota quod vehementer deſignat grauitatem, ſi tamen ſalua iuriſdictione, & conuictione hoc facere poſſit, Dei patientiam prouocat, ſed non ſi iſtis ſaluis punire non poſſit.

22. q 4. cap. 30. Si ea de quibus

Ad illam Auguſtini ad Chryſoſtomum dico, quod eſt vera iſtis tribus iam concurrentibus, iuriſdictione, conuictione & pace ſalua, ſeu vnitate Eccleſiæ, aut Reipublicæ.

Auguſtinus.

Ad illam Hieronymi 23. q. 5. Regum, vbi dicitur, *Regum eſt proprium, &c.* Iſta auctoritas vera eſt, ſed arguit ab inſufficienti, aſſumit enim auctoritas, quod officium Regum proprium eſt facere iudiciũ, & iuſtitiam, ſcilicet in foro ſuo. Cæteroſq; caſus enumerat, facere iudicium & iuſtitiam, vt liberare vi oppreſſos, de manu calumniantium, peregrino, pupillo, & viduæ præbere auxilium, ſanguinem innocentem non effundere. Iſti ſunt caſus

Hieron. ſuper, Hierem. c. 22, 3. q. 5. c. 133. Regum officiũ eſt proprium.

ſeptem.

** pro ſeptem, alterm. ſ. habet pij. ex ſimilitudine harum literarum & numeri.*

* ſeptem. Concedo, quod in iſtis, & in omnibus ſuæ legi ſubiectis pertinet facere iudicium, ſed ex hoc concludit, quod omnia peccata debet punire, ſi ſint mortalia publica, & hæc inſufficienter. tum, quia lex humana non prohibet omnia, tum quia homo legem diuinam omnia prohibentem mortalia, non ſufficienter poteſt executioni demandare omnia ſcilicet puniendo pœnaliter, vt dictū eſt. Deficit autem argumentum, quia ex hoc, quod diuina lex omnia mortalia prohibet, videtur cōcludere, quod ergò omnia in hoc ſeculo pœnaliter puniat, quod non concedo. Item, quia Eccleſiaſtici non ſubduntur poteſtati ſeculari, quo ad perſonas, ideò, &c. Ad illam Hieronymi in libro Iudicum: *Traduntur autem peccatores, &c.* illam concedo, nec video, quomodo eſt ad propoſitum.

Hieronymi.

Cap. 8.

Ad illam Hieronymi in prologo Bibliæ, *Sancta ruſticitas.* Iſta autem intelligitur de reſiſtendo contra impugnatores fidei maximè, nam hoc modo potiſſimè Eccleſia impugnatur, & de reſiſtentia ei cōpetente, puta, orando, corripiendo, arguendo publicè fidei peruerſores, ſi & quando opus eſt, cum aliis circumſtantiis requiſitis, Bonum autem opus fit vno modo, malum autem multiuario. Quod verò de talibus intelligatur, patet manifeſtè ex ſerie verborum illius capituli.

Greg. lib. 9. in Reg. epiſt. 64. in diſt. 4. ad Brunichildam Reginam.

Ad illam auctoritatem Gregorij in Regiſtro Reginæ Francorum Brunichildæ: *Cum ſcriptum ſit, iuſtitia eleuat Gentem, &c.* Hîc dico, quod in allegatione iſta aperit opponens mentem ſuā manifeſtius, quàm in articulo ſuo, aut primo Corollario. Nam per hoc videtur ſentire, quod principes ſeculares habeant auctoritatem puniendi peccata publica ſacerdotum, & quod debeant hoc facere, ne Dominus manum ad feriendum extentam excutiat.

cutiat. Hoc autem oſtenſum eſt, eſſe falſum, in primo Corollario ſecundæ concluſionis, in ſecundo puncto. Dico igitur, quod auctoritas Gregorij intelligitur de correctione competente ſuæ iuriſdictioni, puta, ſi ſacerdotes ſint publicè mali, vt Regina ſuis ſubditis prohibeat, ne in peccatis ſacerdotum dent auxilium vel fauorem: vt fæminas, cum quibus impudicè peccant, ſicut etiã ſonat auctoritas, proſcribant de ſuis dominiis, aut alio modo licito, non autem in perſona ſacerdotum aut Eccleſiaſticorum aliquem actum iuriſdictionis exercendo. aut intelligitur de correctione fraterna, dum dicit, *de correctione ſceleris ſtudioſiſſimè cogitate.*

Ad illam Gregorij ad Cõſtantiam Reginam Galliç, *Et quia ſummum, &c.* dico, quod hoc de iuſtitia ſectanda accipitur. Allegatur ad caſum particularem, puta, quod quidam prædones villas *E*ccleſiæ Epiſcopi Iuliani ſpoliauerunt, & nocturnis incendiis cremauerunt. Petit igitur Gregorius Papa, vt immunitas violata præſumptio & ſacrilegium, ſicut auctoritate Eccleſiaſtica, ita regia dignitate talem finem accipiant, ne filij nequam, & membra diaboli talia præſumant de cætero attentare.

Gregorius.

Ad illam Gregorij in Regiſtro, *Dum ſcripſimus, &c.* dico, quod illa loquitur de executione ſententiæ Eccleſiaſticæ, Regem monendo, vt illam exequatur, aut iudicibus Eccleſiaſticis aſſiſtat, dicit enim: *veſtris amputari finibus faciatis. quid? carnalia vitia ſacerdotum, & ſimoniacam prauitatem, iam, ſcilicet, damnata, aut vt ſcripſimus per Epiſcopos damnanda & arguenda, illa à veſtris amputari finibus faciatis.*

Greg. in regiſtro lib. 9. c. 53. in diſt. 4. ad Theodoricum Regem Francorum.

Ad il-

Greg. in Reg. lib. 7. in diſt. 1. epiſt. 5. eadem 23. q. 4. ca. 47. Si quos igitur. Deut. 16.

Ad illam Gregorij Brunichindæ, Reginæ Francorum. *Si quos igitur, &c.* Ecce concedo illam, ſed accipiendo, vt hoc iuſtè fiat. Nam non ſufficit iuſtam rem facere, ſed iuſtè, dicente Scriptura, Deut. 16. *Quod iuſtum eſt, iuſtè exequaris.* puta vt ſit iuſtus ordo, iuſta cauſa, iuſtus animus, Si iuſtus ordo, non ergò niſi in ſubditos, & de crimine conuictos. In illos correctio etiam iuſtitiæ fieri poteſt, verùm, vbi magna populorum ſtrages immineret, parcendo multitudini, eſſet ſeueritati detrahendum, vt dicit Auguſtinus Bonifacio, & habetur 23. q. 4. *Ipſa pietas,* & hoc eſt, ꝙ dictum eſt prius. quoniã crimina punienda ſunt, quando ſalua pace Eccleſiæ feriri poſſunt, vt dicit B. Auguſtinus in 2. & 3. lib. contra epiſtolam Parmeniani. & contra Fauſtum, vt habetur 23. q. 4. *Quid faciet?* vbi ſic dicitur: *Ecce quod crimina ſunt punienda, quando ſalua pace Eccleſiæ feriri poſſunt, in quo tamen diſcretio eſt adhibenda, aliquando enim delinquentium multitudo diu per patientiam eſt exſpectanda, aliquando in paucis eſt punienda, vt eorum exemplo cæteri terreantur.*

Aug. epiſt. 50. Tom. 2. 23. q. 4. cap. 24. ipſa pietas. 23. q. 4. cap. 25. Quid faciet. Aug. epi. 167. Tom. 2.

Matth. 18. Chryſ. ho. 6.

Ad auctoritatem Chryſoſto. ſuper illo Matth. 18. *Si oculus tuus ſcandalizat te, &c.* dico, quod illa manifeſtè loquitur de correctione fraterna, & ſic illam concedo.

Chry. in opere imperfecto in cap. Matth. 5.

Ad illam, Chryſoſt. in opere imperfecto ſuper illo Matth. 5. *Qui iraſcitur fratri ſuo, &c. hoc intelligendum eſt;* Illa non eſt ad propoſitum. Ibi enim reprehendit patientiam irrationabilem, quoniam, vt inquit, vitia ſeminat, negligentiam nutrit, bonos inuitat ad malum: non tamen dico ego, vt per ſe agens, ſed vt remouens prohibens, vt puto, quia iram per zelum, qui cauſa eſt correctionis & iuſtitię exercendæ, remouet. verum eſt tamen, ꝙ B. Hieronymus in Homilia ſuper illo, ex ſententia Thomæ ſuper Matth. 5. allegatum ſic ait: *Omnis, qui iraſcitur*

Digitized by Google

Fratri ſuo, in quibuſdam codicibus additur (ſine cauſa) cæterum in veris diffinitiua ſententia eſt, & ira penitùs tollitur, Scriptura dicente: Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Si enim iubemur verberanti alteram præbere maxillam, & inimicos noſtros amare, & orare pro perſequentibus, omnis iræ occaſio tollitur. radendum eſt ergò (ſine cauſa) quia ira viri iuſtitiam Dei non operatur. hæc ille. Poſſet dici, quòd B. Hieronymus non damnat omnem iram, cum aliqua ſit iuſta, ſcilicet, quæ eſt per zelum, ſicut ſcriptum eſt, Ioannis 7. *Zelus domus tuæ comedit me*, ſed tanquam conſilium ſuadet, omnem iram de corde propellere. Ad illam in opere imperfecto ſuper illo Matth. 4. *Vade retro Sathana, exaſperatus eſt, &c.* dico, quòd vera eſt, & intelligitur, vt vnuſquiſq; modo ſibi inconuenienti iniurias Dei, & offenſas, hoc eſt, peccata mortalia, & maximè, quæ ſunt in Deum directè, corrigat, nec patiatur inulta, vt princeps, per inflictionem pœnæ ex iudicio, inferiores ſubditi per correctionem fraternam, & iſta ſunt vera, modo tacto in poſitione.

Ioan. 2.

Chryſ. in opere imperfecto in cap. Matth. 4. hom. 5.

Ad illam Iſidori, de qua 23. q. 5. *Principes ſeculi*, dicit gloſſa ſic, quòd hîc quatuor capitula ad hoc inducuntur, vt principes Eccleſias defendant, & reos non permittant viuere, nec tamen ex iſto capitulo, aut aliis ſequentibus poteſt inferri, quòd principes in perſonas Eccleſiaſticas habeant exercere iudicium, niſi in caſibus, qui in gloſſa exprimuntur. Et adhuc non poteſt illud, niſi ex ordinatione Eccleſiæ, & conceſſione ſpeciali, in ſubſidium Eccleſiaſticæ iuriſdictionis. Primus, cum ſunt incorrigibiles: de quo 22. diſt. *eos, qui*: ibi enim dicitur, quòd, ſi diaconi poſt ſuſceptum ordinem velint vacare vxoribus, à ſacro ordine remoueantur, id eſt, remouendi iudicantur, intelligo hoc, quo ad adminiſtrationem, quia character eſt indebilis; officio atq; beneficio carere decernun-

Iſidor. lib. 3. de ſummo bono, cap. 53.

23. q. 5. ca. 20. Principes ſeculi.

32. diſt. ca. [illegible] Eos, qui.

cernuntur, quod ſi ab Epiſcopo commoniti non ſe correxerint, principibus indulgemus licentiam, vt eorum fæminas mancipent ſeruituti: Ex textu patet, ꝙ non datur licentia, vt in perſonā diaconi iuriſdictio ſecularis exerceatur etiam poſt monitionem Epi, ſed in fęminam eius, & ad id dicit gloſſa, quod hoc eſt verum, cum Epiſcopus eam corripere non potuerit, aut ſuffecerit. Nam primò debet eas in ſeruitutem redigere, ſi poteſt, ſed ſi non ſufficit, tunc itur ad brachium ſęculare, & ſecundùm gloſſam, per punitionem talis fæminæ dicitur exercere brachium ſeculare iudicium in Eccleſia, quia ex quo illa eſt de familia ſacerdotis vel diaconi, poteſt dici, inquit gloſſa, quod eſt de foro Eccleſiæ, ſicut & alij, qui ſunt de familia eius, vt 89. diſt. *Indicatum*, & 12. q. 2. *Eccleſiarū ſeruos.* vel ideò cenſetur talis fæmina de foro Eccleſiæ, quia ratione delicti fit quis de foro alterius, vt 6. q. 7. placuit: de iſtis incorrigibilibus habetur 23. q. 5. de liguribus c. 43. Item 24. q. 3. cap. 18. *Ecce autem.* Secundus caſus eſt propter ambitionem, 79. diſt. *Si quis pecunia.* loquitur, de intruſo in Papatu pecunia vel gratia humana, aut populari vel militari tumultu, &c. licitum eſt, inquit capitulum, *humano auxilio à Sede Apoſtolica pellere.* Tertius caſus eſt, cum fidem moliuntur Eccleſiaſtici peruertere, 17. diſt. *Nec licuit.* vbi in fine dicitur de obſtinatis & contumacibus, eos ab eiſdē Apóſtolicis ſedibus, aut attrahi ad ſalutem, quoquo modo neceſſe eſt, aut ne aliorum perditio eſſe poſſint ſecundùm Canones per ſeculares comprimi poteſtates, de hoc ſatis dictum eſt ſuprà. Quartus caſus, cum clericus eſt falſarius, vt extra de crimine falſi *ad falſariorum.* Quintus caſus, cum Eccleſiaſtici ſchiſma faciunt & contemnunt excommunicationem, vt hîc 23. q. 5. de liguribus. Sextus, vbi poteſtas Eccleſiaſtica de-

ficit,

diſt. 89. c. 5. indicatum eſt. 2. q. 2. c. 59. Eccleſiarum ſeruos. Ex Concilio Toletano 3. 6. q. 3. c. 4. Placuit.

diſt. 79. c. 9. Si quis pecunia.

diſt. 17. cap. 4. Nec licuit.

Item de falſariis ad falſariorum. lib. 5. & 20. c. 7.

ficit, vt in præſenti capitulo, *Principes*. Septimum de tributis tranſeo. extra illos & alios, ſi ſint aliqui à iure determinati, nihil iuriſdictionis habet laicus in clericum, hoc eſt, in perſonam clerici. *Et* quod habet in iſtis, eſt auctoritatis Eccleſiæ, in ſubſidium Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, vt dictum eſt.

Ad illam de Ambroſio 32. q. 1. Cum *annunciatum*, cõcedo illam, nec facit ad propoſitum, ſed oſtendit, quod in iuſtificatione impij, dum culpa recedit, aduenit gratia, & è contra in peruerſione.

32. q. 1. c. 9. Cũ renunciatum.

Ad auctoritates Canonum. Ad primam Pelagij Apoſtolicæ auctoritatis, & 24. q. 3. iſta eſt magis contra opponentem, quàm pro eo. Nam ſi exemplo Apoſtolicę auctoritatis, puta Pauli, tradendi ſunt Sathanæ, id eſt, excommunicandi peccantes, ſequitur, quod non niſi habens auctoritatem, ſicut ille habebat, ſuper Corinth. nec niſi pro crimine ſcandalizante, vt erat illud facinus Corinthi, qui tenebat vxorem patris, aut aliud graue, alteri vel pluribus nociuum, debet ferre iudicium pœnæ, & ſic non pro quolibet peccato mortali etiam publico nec quilibet poteſt per iuſtitiam punire, quod eſt contra eum.

24. q. 3. Apoſtolicæ auctoritatis, cap. 13.

Ad illam de Leone Papa 24. q. 3. illud capitulum intelligitur de tolerantia conuerſationis quorundam Catholicorum cum hæreticis. Tolerare enim hoc graue peccatum eſt, quia nullum magis infectiuum arbitror, & contagioſum peccatum, quàm hæreticam prauitatem, vnde ſacerdotes vel epiſcopi, in illo caſu tacentes, cum tamen innoteſcat, canes muti dicendi ſunt, non valentes latrare, cum lupi rapaces gregẽ inuadunt, vnde tunc eis dici poteſt illud Iſaiæ 22. *Quid tu hic? aut quaſi quis hic?*

24. q. 3. Illud ſane c. 24.

Eſaiæ 22.

Ecce Dominus aſportari te faciet, ſicut gallus gallinaceus aſportatur.

Epiſt. 92. editionis antiquæ, 95. edit. Rom. 86. odio habeantur, cap. 2.

Ad illam Leonis Ruſtico Narbonenſi Epiſcopo, &c. dico, quòd hoc dicit, quia non amore vindictæ, ſed iuſtitiæ; non odio perſonæ, ſed vitij correctio eſt facienda. Et hoc dixi ſæpius in ſecundo puncto, nec aliquo modo cōcludit, quod omnia peccata ſunt punienda.

23. q. 5. adminiſtratores, cap. 26.

Ad illam, Ioannis 8. *Adminiſtratores, &c.* dico, quod loquitur de peccatis aliis nocentibus, vt patet. Nam dicit de rapacibus, de nocentibus pupillis & viduis, & quod querimonias audiant pro Ēporum tuitione illorum, &c. Ex hoc arguit ab inſufficienti, ꝙ ergò oīa peccata mortalia ſint punienda, quia multa ſunt, quæ nocēt directè & per ſe aliis, nec eſt facilè totam multitudinē ab illis abſtinere, & prohibitio talium cum punitione pœnali confuſionem faceret in politia, aut ſchiſma in Eccleſia, aut aliud graue periculum vel peccatum, ſicut dictum eſt.

Ad auctoritates conciliorum: Ad illam de concilio Apoſtolorū, dico, quod à quatuor prohibuerunt abſtinere fideles, ſcilicet ab immolatis, idolis, ſanguine ſuffocato, & fornicatione, placet tamen mihi, quod omnia peccata mortalia ſint diuina lege prohibita. Nam hoc in prima parte cōcluſionis primi puncti dictū eſt, ſed non ſequitur, quod ideò ſint omnia per hominem punienda.

Concil. Turonenſe III. cap. 41. habetur 23. q. 5. inceſtuoſi, cap. 22.

Ad illam ex concilio Turonenſi, *inceſtuoſi, parricidæ.* Illud capitulum loquitur de aliquibus grauibus peccatis puniendis, afflictione pœnæ, quia actores illorum monitis Eccleſiæ noluerunt obedire, ex qua particulari, nullo modo poteſt concludi vniuerſalis: omnia peccata mortalia publica ſunt punienda per cohibitionem pœnæ.

2. Paralip. 30.

Ad illam auctoritatem 2. Paralipomenon 30. qualiter muto concilio, &c. dico, quod apparentiam ad probandum vniuerſalem, omnia peccata, &c. non habet opponens, niſi ex illo textu, *deſtruxerunt altaria, quæ erant in Ieruſalem, atq; vniuerſa, in quibus idolis adolebatur incenſum; ſubuertentes, &c.* tamen ille textus ſolum loquitur de deſtructione idololatrię, & omnium ad eam pertinentium. Ex qua particulari deſtructione malè poteſt concludi omnium peccatorum deſtructio.

Ad illam, 2. Paral. 34. qualiter Ioſias conuocatis vni- *2. Paral. 34.*
uerſis, &c. dico, quod apparentiam accipit opponens ex illo, *Abſtulit Ioſias cunctas abominationes, de vniuerſis regionibus filiorũ Iſrael.* Ad quam dico, quod Scriptura non dixit, omnia peccata, ſed, *cunctas abominationes*, per quas peccata idololatriæ intelliguntur, in multis paſſibus Scripturæ. Et hoc etiam videtur ſonare textus ſequens, cum ſubditur: *Et fecit eos, qui reſidui erant in Iſrael ſeruire Domino Deo ſuo.* Et expreſſius apparet idẽ 4. Reg. 23. tamen ſi per abo- *4. Reg. 23.*
minationes intelligantur peccata mortalia, dicendum videtur, quod ſit diſtributio accommoda, puta, quod maiora peccata abſtulit, vel diſtributio pro generibus ſingulorum, tamen magis ſto in prima ſolutione, quia magis conſonat textui & gloſſæ de lyra.

Ad illa, quæ circa probationem concluſionis ſeu articuli dicuntur, apparet, quod de correctione fraterna aſſumantur: Et ſpecialiter auctoritas Auguſtini, libro *Auguſtinus.*
primo, contra Creſconium Grammaticum, dico, quod loquitur, quod perſequẽda ſunt vitia, amore iuſtitiæ, non libidine vindictæ, ita vt vitia, quia Chriſto inimica puniantur, non homo. & ſic arguit de modo punitionis, non de punitione, vnde ſi ex modo inferat illam, immutat quale in quid, & fit fallacia. In declaratione dicitur vnum bene notandum. nam proponens declarauit, quomodo vnicuiq; congruat corripere peccata mortalia publica.

Nam dicit, quod prædicatoribus prædicando, contemplantibus orando, vel aliter promerendo, ſecularibus iudicibus, aut principibus ſecundùm potentiam coactiuam conſeruando, iuxta legem Euangelicam conuenit corrigere. Et quod omittens, iuxta ſuum officium, peccat in Deum & proximum. & quantũ & quomodo hæc non ſint vera, oſtenſum eſt, niſi vellet ſingula ſingulis referre, ita, vt cum loquitur de poteſtate iudiciaria, intelligat reſpectu ſuorum ſubditorum, ſi de fraterna correctione intelligeretur, correctio aliud eſſet, ſicut monſtratum eſt.

Ad rationes primi Corollarij, concedo rationem, quæ probat, quòd peccata mortalia publica, &c. nõ ſunt fouenda aut defendenda. Hæc fuit prima pars Corollarij. Ad rationes arguentes contra ſecundã partem, quod per rectores ſpirituales & ſeculares, ex eorũ officio modis ipſis congruentibus, in communitatibus Chriſtianorum, & quolibet ſtatu eorum, ſunt cohibenda, corripienda, caſtiganda, & pro poſſe ab eiſdem propellenda. Ad primam Dominus Dominantium, Rex Regum, Deus Omnipotens hoc fecit, & hominibus faciendum iniungit, vt patet ex diſcurſu veteris & noui teſtamenti, ergò rectores hoc facere debẽt. Dico, quod nec omnia peccata mortalia publica Dominus puniuit in lege veteri, nec omnia in lege noua, ſicut latè deductum fuit in concluſione primi puncti, ſed nec omnia punienda mandauit in *Lucæ 6.* lege noua. Imò dicit Lucæ 6. *Eſtote miſericordes, ſicut pater* *Matth. 18.* *veſter cœleſtis miſericors eſt.* Dixit & Matth. 18. cum quæreret Petrus, quotiens fratri in eum peccanti eſſet parcendum: *Non dico tibi vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties.* Et iterum: *Nònne oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? & iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus,*

quo

quoadusq; redderet vniuerſum debitũ, ſic, inquit Saluator, *& pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſerit vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris.* Dixit & Apoſtolus ad Epheſ. 4. *Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.* Et Petrus prima Petri 3. *In fide autem omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, ſed è contrario benedicentes.*

Epheſ. 4.

1. Petri 3.

Proponens allegat, quod Dominus puniuit ſuperbiam in Lucifero & quibuſdam, auaritiam in Achor, & etiam certis perſonis, &c. quæ ad longum non recito, quia concedo ſemper: tamen argumentum ſuum deficit, quia arguit ab inſufficienti. Non enim ſequitur, puniuit peccata in ipſis, ergò in omnibus. Siquidem iudicia ſua, ſunt abyſſus multa, & alta profunditas, & quis inueniet eam? Interdum itaq; ita durè corripuit, vt non ſolum homines peccantes, ſed & irrationabilia propter eos puniuerit, vt apparet in theſauris Iericho, & animalibus Amalechitarum, in pecunia Symonis Magi, in poſſeſſionibus Ægyptiorum, & hoc, ſicut aperuit nobis Alexander Doctor irrefragabilis triplici de cauſa, ſcilicet ratione Sacramẽti, ratione deteſtationis peccati, ratione flagelli. Ratio Sacramenti theſauri Ierieho, Ioſue 6. Et animalia Amalechitarum, 1. Regum 15. puniuntur. Nam Iericho interpretatur luna, & ſignificat mundum, cuius auaritia damnatur, cum theſauro Iericho. Anathematizantur Amalechitæ, qui interpretantur lingentes, ſignificant carnalium deſideriorum voluptates, quæ debent mortificari, quod denotatur in interfectione animalium Amalechitarum. Ratione deteſtationis peccati. Pecunia Symonis Magi damnata eſt pro peccato ſuo, Actuum 8. Ratione flagelli, poſſeſſiones Ægyptiorum traditæ ſunt grandi-

Pſalm. 35.

Ioſ. 6. & 7.

Alexander ab Ales. par 3. q. 41. mem. 4. art. 2. ad 2 & ſequentia.

1. Reg. 15.

Actor. 8

Exod. 9.

Matth. 11.

Ioel 2.

Hier. 2.

grandini, Exod. 9. vt in illis puniantur & flagellentur, in quorum amore ſupra modum delectabantur. Interdum ita pepercit, vt duxerit iuſtos in ſtuporem, dum non contenta fuit clementia ſua crucifixoribus parcere, ſed orabat pro eis. Videtis mirabilem diuinæ diſpoſitionis ſcientiam, & arcanum inſcrutabile confortatum, vt non poſſimus ad eum, vnde nõ debet ſumi argumentum pro punitione ab homine, ex punitione Dei, potius ſumendum eſt exemplũ ignoſcendi aut corripiendi in ſpiritu lenitatis ex benignitate Chriſti, ipſo dicente: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris.* Et per Prophetam Ioel peccatores vocante, cum dicit: *Conuertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia benignus & miſericors eſt, patiens & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia,* Ioel 2. Et cognoſcite, quàm amarũ eſt, dereliquiſſe Deum veſtrum, *derelinquentes fontem aquæ viuæ, & fodientes ſibi ciſternas diſſipatas*, in nimio rigore, ſcilicet punitionis, *quæ non valent continere*, Ierem. 2, *aquas*, ſcilicet miſericordiæ.

Fabianus epiſt. 2. 3. q. 1. Deus ergò. cap. 6.

Ad illam de Fabiano Papa, 3. q. 1. *Deus ergò ad hoc præordinauit vos, &c.* dico, quòd illud capitulum loquitur de pœna infligenda contra facientes calumniam ſacerdotibus, & vim eis inferentibus, quod patet primò ex rubro, patet etiam ex continuatione. Nam in fine capituli præcedentis dicitur: *Dominum crucifigunt, qui eum in ſuis ſacerdotibus perſequuntur*: quia crux à cruciatu dicitur, magnum autem cruciatum ſuſtinet, qui vim patitur. Patet tertiò ex fine capituli, quod opponens obticuit. Nam poſtquam dixerat, *illum verò, qui calumniam vel opprobrium facit, abſcindatis*, ſequitur, quod tacitum fuit, *& Domino in ſuis ſacerdotibus opem feratis*, hoc autem totum concedo, & eſt contra opponentem, qui dicere videtur apertè, per ſeculares ſacerdotes eſſe puniendos.

Adil-

Digitized by Google

Ad illam; *niſi in ſancta communitate Chriſtianorum, &c.* dico, quod iſta ratio deficit, ſi tendat ad hoc, quod fornicatio ſimplex, & omnia mortalia non ſolum correctione fraterna, aut generali correctione prædicationis ſunt corripienda, ſed etiam per ſeculares poteſtates coërcenda, & omninò punienda aut expellenda de communitatibus Chriſtianorum. Iſta, inquam, ratio deficit in duobus, primò in hoc, quod non diſtinguit inter prohibitionem & punitionem, & tamen magna eſt diſtinctio facienda, cum lex Dei prohibeat omne mortale, nec tamen in hoc ſeculo Deus puniuit omne mortale, etiam publicum, vt oſtenſum eſt. Nam arguit Paulum omnes fornicationes prohibuiſſe, & ex hoc concludit, quod omnes ſunt puniendæ. Secundò deficit in hoc, quod nō diſtinguit ſpecies peccatorum in vno genere, aut etiam genera, quia ex punitione fornicationis Corinthij vult arguere punitionē omnis fornicationis, quod fieri non debet, quia illa, quam puniuit, non fuit ſimplex fornicatio, imò fuit inceſtus, & aliquo modo contra naturam, & contra reuerentiam naturalem, quæ debetur patri, & ex hoc vxori eius, quæ eſt cum illo vna caro. Si tendat ratio, quod fornicatio & alia mortalia ſunt correctione fraterna corripienda, non nego, imò concedo, abſit etiam, quod ſint fouenda, ſed dico, quod eſt tolerandum ſimplex meretricium & permittendum propter cauſas ante memoratas. Placet inſuper mihi, quod omnia peccata mortalia ſint Spiritu ſancto dictante prohibita, ſed concilium Apoſtolorum, Actuum 15. non omnia prohibuit, ſed tantùm quatuor, ſcilicet, ab idololatriciis, ſuffocato, ſanguine & fornicatione. Illa verò clauſula, *& ea, quæ vobis fieri non vultis, ne feceritis,* non eſt de Canone ſeu textu, nec eſt apparentia, quod eſſe debeat, quia eſt vnum principium legis naturę omnibus vtentibus ratione notum. talia verò non cadunt ſub conſilio. Si tamē omnia mortalia prohibuiſſet, non ideò omnia eſſent hîc pœnaliter punienda, ſed in tribunali, & foro adæquato diuinæ iuſtitiæ, puta in extremo iudicio, & in foro conſcientiæ de omnibus mortalibus occurrentibus memoriæ.

Ad rationes ſecundi Corollarij editas. ad primam, quæ nititur probare, quod communitates habeant punire peccata. primo ad primam de communitate Corinthiorum aſſumit, quod puniuit Corinthium, dico, quod non ſententiando puniuit, ſed Paulus. quia, vt dictum eſt, dixit: *iudicaui huiuſmodi hominem*, non dicit, iudicauimus, nec iudicaſtis. Eſt verum, quod hoc fecit illis congregatis cum ſuo ſpiritu, in vinculo fidei & caritatis, & etiam ſcientibus. Quod ſi aliquis contendere velit, quod illa iudicauit, tunc diceretur, quod fuit cum Paulo & auctoritate eius. Nā dicit: *Congregatis vobis & meo ſpiritu*: Quod allegat, *corrigite inquietos*, de Theſſalonicenſibus, intelligitur de inſtructione exhortatoria prælatorum, & non communitatis eorum, mox enim, cum eos de obedientia & ſuſtentatione prælatorum docuerat, vt dicit Petrus de Tarantaſia, & ſpecialiter reſpectu curioſorum, & gyrouagorũ, ideò dicitur, *inquietos*. Eſt hæc inſtructio Corinthiorum, quia ſufferebant Pſeudoapoſtolos, quos inſipientes dicit, eoq́; quod in carne gloriabantur, reprehendit, & hoc eſt ſpeciale & graue peccatum, contradictores, ſcilicet verorum prædicatorum, tolerare, non tamen concluditur, quod nulli peccatores ſint tolerandi exiſto.

1. Theſ. 5.

2. Cor. 11.

Ad illam Ambroſij 23. q. 5. *Remittuntur*, dicentis, *puniuntur peccata per homines, &c.* dictum eſt ſuprà de hac materia ſatis. ad præſens tantùm dico, quod ſi communitas puniret,

Ambro. lib. 2: de Cain & Abel cap. 4. 23. q. 5. Remittuntur. ca: 49.

Digitized by Google

puniret, Deo ad punitionem eius, & intentionem mouente, non peccaret, ſic enim haberet auctoritatem: ſed ſi puniret Deo ad actum punitionis mouente, & non ad intẽtionem, peccaret, quia quamuis punitionis actio eſſet bona, non tamen intentio punientis. Præterea eſto, q̄ communitas poſſet aliqua peccata punire ex auctoritate, non tamen ideò punire poſſet peccata clericorum, cum non ſint eis ſubditi, vt palam factum eſt, niſi à Deo vel Eccleſia acciperẽt expreſſam poteſtatem, & tunc fieret Authoritate Dei, aut Eccleſiæ, & magis Deus vel Eccleſia hoc faceret.

Ad illam de Anacleto Papa 24. q. 3. *Tam ſacerdos, quàm reliqui fideles, &c.* dico, quod illud capitulum intelligitur de correctione fraterna, quo ad omnes, & de iudiciaria poteſtate, quo ad ſacerdotes, dum dicitur: *Aut ſi incorrigibiles apparuerint, ab Eccleſia ſeparentur.* Nam gloſſa dicit: *hîc eſt argumentum, quod iſtud, ſi peccauerint, ſpectat ad omnes*: & ſuper illo verbo, *ſeparentur,* dicit, *ergò ſacerdotes habent officium excommunicandi*: Et ita hæc ratio eſt pro me. Ad illam, Ioan. 8. diſt. 86. dicẽte: *Facientis procul dubio, &c.* dico, quòd iſta omnia hîc allegata vera ſunt, de differentibus diſciplinam ex negligentia, aut aliqua inordinata, vel indiſcreta affectione, quaſi aliquid humanum paſſi; Non autem de omittentibus ſeueritatem iuſtitiæ, ex cauſis rationabilibus. præterea vera ſunt de negligentia punitionis peccatorũ turbantium bonam conſiſtentiam politiæ, & eorum, à quibus facilè eſt plebeiam multitudinem abſtinere. Aliorum verò peccatorum punitio omittitur, pro ſalute boni communis, aut ad peiora vitanda, & non negligitur. neglectio enim eſt omiſſio eius, quod quis ſcit & poteſt facere, & ad hoc tenetur. Impotens autẽ humana poteſtas non poteſt omnia peccata

Anacletus epiſt. 3. 24. q. 3. Tam ſacerdotes, cap. 14.

diſt. 86. c. Facientis culpa. c. 3.

cata mortalia punire, nec omnia dirigere rectè. Ex quo fit, quòd cauet maiora & punit ex auctoritate minora, quamuis mortalia, relinquens diuino examini, aut foro conſcientiæ vel finali.

Ad rationes tertij Corollarij. Ad illam, cùm dicitur: *Patet ex lege correctionis fraternæ, &c.* concedo, quòd ſuperiores poſſint ab inferioribus corripi correptione fraterna, ſed non vt opponens intelligit, in deductione, ſcilicet vt denunciatio poſt decretam monitionem fiat coram populo, ſed debet fieri coram ſuo ſuperiori. Et ſi Summus Pontifex peccet peccato perſonali, debet ſecretè cum humilitate & reuerentia moneri. Si autem nolit acquieſcere poſt adhibitionem vnius aut duorum teſtium, poterit denunciari Concilio generali, ſi non, ſic nõ eſt aliter recurſus, res eſt Deo cõmittenda, & pro eo orandum. Ad hoc, quod de Chriſto allegat, dico, quòd ſecundùm *Greg. hom. 18.* Gregorium in homilia, vt Thomas in expoſitione huius paſſus, recitat, non ſubmittit ſe Chriſtus correctioni populi, ſed ex ratione probat ſe peccatorem non eſſe, vnde ait: *Penſate autem manſuetudinem Dei, relaxare peccata venerat, & dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato? non dedignatur ex ratione oſtendere ſe peccatorem non eſſe, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iuſtificare.* Quod dicit de Moyſi, *Exod. 18.* dico, quòd inſtructus fuit Iethro. Nam dicitur in textu: *Audi conſilium meum*, non correctus, quia non peccauit. De Dauid dicendum, quòd illa correctio, quam fecit Nathan, fuit fraterna, & etiam Nathan in ſpiritualibus erat maior Dauid, *2. q. 7. Nos ſi. cap. 41. 2. Reg. 12.* 2. q. 7. *Nos ſi*, quamuis par in parem, & maior in minorem, & è contra poſſit iſtam exercere, debitis ſeruatis circumſtantiis. De reſiſtentia *Pauli* *Gal. 2.* erga *Petrum*, quod fuit publica, iam dictum eſt. Imminebat enim magnum periculũ fidei. Nam Petrus ſimulatione inducebat ad obſeruantiam legalium contra veritatem Euangelij. De Salomone, qui depoſuit Abiathar ſacerdotem, dico primò cum de Lyra, q; fecit diuino inſtinctu, ſeu diuina voluntate, quia conſpirauerat contra ipſum Salomonem, & diuinam ordinationem, atq; Dauid patris eius, & vt impleretur ſermo Domini, quem locutus eſt ſuper domum Hely. ſicut etiam dicitur in textu. Dicerem ſecundò, quòd ſacerdotium euangelicum ſuccedit magis ſacerdotio Melchiſedech, quàm Leuitico, Propheta teſtante, cum ait; *Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.* Non enim hæreditate poſſidetur ſanctuarium Dei modò, vt in lege, ſed diuina vocatione quis ad illud aſſumitur, non parentum fauore, propterea etiam Melchiſedech non legitur habuiſſe patrem aut matrem. Erat enim leuiticum ſacerdotium ſatis ſeruile, & ad illud per Reges aſſumebatur. Ideò non mirum, ſi ab officio potuerit, per Regem Salomonem, Abiathar deponi. Modò Regibus ſacerdotiũ euangelicum nõ eſt obnoxium, ideò nec Reges poſſunt tales inſtituere, vel deſtituere, aut iuridicè punire. Et hęc ipſa, de ſucceſſione ſacerdotij Euangelici, magis ſacerdotio Melchiſedech, probantur ex hoc, quod lex naturæ perficitur per Euangelicam, lex verò Moyſi euacuatur per eam, ſaltem quo ad cærimonialia & iudicialia. moralia vero, quæ manent, pertinent ad legem naturæ. Tranſlatio ergo legis infert tranſlationem ſacerdotij, ſicut è contrà Apoſtolus dicit ad Hebręos 7. *Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat,* Ex quo ergo lex naturæ, in qua fuit ſacerdotium Melchiſedech, non eſt tranſlata, & lex Moyſi tranſlata eſt, ſiue euacuata, in qua erat ſacerdotium Leuiticum, habeo intentum.

3. Reg. 2.

1. Reg. 2.

Pſalm. 109.

Hebr. 7.

Ad illam, Hieremiæ 14. *Dixit totus populus, &c. ſacerdotes noſtri, &c.* dico, ꝙ aliud eſt Deo lacrymoſum querimonium facere propter peccata ſacerdotum; Aliud eſt huiuſmodi peccata coram populo arguere. Primum licet interdum, maximè tamen, dum non habetur ad ſuperiorem hominem recurſus. Secundum non licet pro peccatis perſonalibus prælatorum; primum faciebat populus, non ſecundum.

Ad illam, *Superiores ſæpiùs viuūt illicitè, &c.* dico, quòd inferiores ex hoc, quòd non impugnant iuridicè, ſeu ex poteſtate ſuperiores, quia non poſſunt, nec illos licet pœnaliter punire ſuperiores, non ſunt conſentientes. Ad hoc propoſitum dicit gloſſa interlinearis, ibi, *qui poteſt, debet & habet iuriſdictionem.* Et conformiter dicit ad hoc, *nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, ſi poteſt.* dicit gloſſa. *E*t ſic exponitur de ſent. excom. quantæ. Ad capitulum ergò allegatum poteſt reſponderi, ſicut ad illud: Facientis culpa. diſtinctione 86.

De ſententia excōmunicationis, cap. Quantæ, c. 47.

2. q. 7. Sicut laudabile. c. 46 Greg. lib. 10. epiſt. 37. in ed. Rom. 35.

Ad illam de Gregorio, 2. q. 7. *ſicut*, inquit, *laudabile*, dico, quòd illud capitulum loquitur de correctione ex auctoritate. Nam ibi Gregorius incitat *E*piſcopos in cōcilio Bizantij congregatos, vt Primatem Clementium informatione ſacerdotali præuia puniant aut iudicent, & ſic non facit ad propoſitum proponentis, quod inferiores corrigant per inflictionem pœnæ ſuperiores, & laici Eccleſiaſticos, ſed magis ad propoſitum, quòd talis correctio fit per ſuperiores.

2. q. 7. Nos ſi incompetenter c. 41.

Ad illam de Leone, 2. q. 7. dicente: *Nos ſi incompetenter aliquid agimus, &c.* dico cum Doctoribus, quod hæc

ſubmiſ-

Digitized by Google

ſubmiſſio fuit perfectionis & non debiti. Ad decretum allegatum, quod hoc ſit debitum, quod incipit, Nos ſi *incompetenter aliquid agimus, &c.* vbi inducitur Balaam Propheta reprehenſus ab aſina, in quo per Balaam ſuperior, per aſinam inferior intelligitur, Dico, quòd hoc non oſtendit inferiores ex auctoritate poſſe reprehendere ſuperiores, nec ſuperiores ſe debere ſubiicere inferioribus in illa correctione. Patet in textu ibi ſequenti, vbi dicitur: *Verum eſt, quod per aſinam ſubditi, & per Balaam prælati intelliguntur, non tamen hoc exemplo probantur prælati accuſandi à ſubditis, ſed ſubditis forma tantùm datur humiliter renitendi prælatis, ſi fortè eos ad malum cogere voluerint.* Et poſt pauca ſubditur: *Licet eis in huiuſmodi vocem conqueſtionis prorumpere, & prælatis ſuis dicere: Cur nos verberibus affligitis? Cur nobis iniuſtè iraſcimini? Nunquid vobis inobedientes aliquando fuimus, niſi nunc, cum ad malum cogimur?*

Ad expoſitionem Bedæ dico, quòd licet prima facie videatur ad hoc venire, quòd prælati mali à ſubditis poſſint reprehendi, quòd ſi de fraternali correctione intelligeretur, non negarem, tamen benè conſideranti, loquitur de malis prælatis in fide errantibus, aut ſubditos prædicando ad malū trahentibus, vnde ſic habetur in textu: *Qui etiam*, ſcilicet prælati, *in præcipitium ſuos mergunt auditores, quibus non ſalutaria, quæ corrigant, ſed quæ illos delectant erronea prædicant. de quibus apertè ſubditur*, ſcilicet in ſecunda epiſtola Petri, 2. *Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur, ſed infatuatum, à porcis conculcatur. Et qui dicit: pax vobis, plerumq; non columba, ſed coruus reputatur.* Profectò loquitur, vt apparet diligenter conſideranti de prælatis male docentibus, & *Beda.* *2. Petri 2.*

dictum eſt ſuprà, quòd talibus poſſint ſubditi reſiſtere ad ſuperiorem recurrendo. Et ſi periculum ſit, iſtos publicè reprehendere. Non ſic autem pro peccatis perſonalibus, ſeu pro vita eorum mala.

Aug. in Pſal. 81 23. q. 3 Oſtendit. cap. 11.

Ad illam Auguſtini ſuper Pſalmo 81. & habetur 23. q. 3. *Oſtendit Propheta*, *&c.* dico, quòd differentia eſt inter prohibere & punire, & quòd poteſt quis prohibere ſuperiori, ne peccet modo ſuo, monendo, exhortando, & ſic prohibitio eſt in reſpectu futuri, punitio per pœnæ inflictionem non fit niſi per ſuperiorem, & eſt reſpectu peccati præteriti. Dico ergò, quòd capitulum loquitur de prohibitione prælati, ne peccet, & hoc poteſt fieri per inferiorem, per modum exhortationis, & cum reuerentia, ſed hæc non eſt punitio, quæ eſt actus iuſtitiæ, nec correctionis fraternæ, ſed præſeruatio à periculo, nec popularis multitudo aliud facere poteſt.

Ad illud, quod infert, quod oportet ſuperiorem clericum à laico iudicari, *&c.* ſicut dixi à principio, eſt quadruplex, iudicium aſſeſſionis, comparationis, diſcretionis, & condemnationis ſeu diffamationis, quæ eſt actus iuſtitiæ. Primis tribus iudiciis poteſt inferior de ſuperiori iudicare, & hoc de manifeſtis, aut vbi eſt vehemens ſuſpicio, & hoc probat hîc allegata ſaltem de tertio modo. Quòd verò Chriſtus & Apoſtoli, & alij Sancti voluerunt, vt allegatur, ſe & opera ſua ſubſterni iudicio laicorum: iam de Chriſto dixi, de Apoſtolis & Sanctis dicendum, quòd ſi fecerint, hoc fuit perfectionis, & non neceſſitatis.

8. q 1. Vereor. cap. 22. Hiero. in 1. cap. epiſt. ad Titum.

Ad illud Hieronymi, 8. q. 1. dicentis: *Vereor, quomodo Regina Auſtri, &c.* dico, quod illud capitulum loquitur de iudicio comparationis. Sic enim dicitur: *Regina Auſtri iudicabit homines ſui temporis, & Niniuitæ, qui ad prædica-*

tionem Ionæ, crediderunt, condemnabunt eos, qui maiorem Iona Saluatorem contempſerunt. Hoc eſt dicere, vita hominum temporibus Reginæ & Salomonis comparata vitæ Reginę, erit culpabilis & condemnanda: ſic & de vita Niniuitarum, & eorũ, qui Saluatorem contempſerunt, dicendum. Et tunc illud, quod ſequitur: *Sic plurimi in populis Epiſcopos iudicent*, eſt de eodem iudicio comparationis accipiendum. Nam dicitur: *ſic*, id eſt, ſimili modo plurimi in populis *Epiſcopos iudicent*, ſubtrahendo ſe ab Eccleſiaſtico gradu, ſcilicet quo ad opera, & ea, quæ Ep̄o conueniunt non exercentes. *iudicent* comparatione, hoc eſt, meliores laici comparati ad Epiſcopos malos, oſtendent ex comparatione malam eſſe vitam Epiſcoporum talium.

Ad illam, *Item in die iudicij licebit, &c.* dico, quòd iſta ratio arguit de iudicio aſſeſſionis, aut comparationis, & poſtea transfert ſe in eadem ratione ad iudicium diſcretionis, ex quo ſurgit ſæpius correctio fraterna: De Salomone deponente Abiathar ſacerdotem, de Daniele iudicante duos iniquos ſacerdotes, de Nabuchodonoſor dictum eſt, quia proponens dicit, quod in hoc Nabuchodonoſor non reprobatur, dico, quòd ex textu non laudatur in hoc, ſecundùm Alexandrum in 3. quo ad intentionem, ſed quantum ad actionem, quia cooperabatur Domino, dicitur ſeruus Domini, & licet à Deo dicatur ſeruus eius, hoc eſt, quia ei dedit dominium, & quia Domino, quantum ad actionem, licet non quo ad intentionem, ſeruiuit. De Tito & Veſpaſiano dicendum, quòd iuſto Dei iudicio puniuerunt ſacerdotes & habitatores Ieruſalem, quia occiderunt filium Dei, & vendiderunt iuſtum pro argento, Amos 2. Et vt impleretur verbum Dei, Lucæ 19. dicentis: *Venient & circumdabunt te vallo, &*

Alexander ab Ales, p. 3. q. 35. mem. 2. art. 2. ad. 1.

Item 23. q. 5. c. Remittuntur. 49.

Ambroſ. de Cain & Abel. c. 4.

Amos 2.

Lucæ 19.

coanguſtabunt te vndiq;, & ad terram proſternent te, eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Et præterea lex Moyſi impleta erat, & ſic figura ceſſauerat, quare & ſacerdotium. Erat enim iam Synagoga ducta ad tumulum. De ſancto Ambroſio dicendum, quod erat Arcadio in ſpiritualibus ſuperior. Quod Hieronymus refert de Damaſo, dicendum, quòd iſta accuſatio fuit pia inſinuatio, ſuper fama, aut potius ſuper infamia de lubrico carnis. Et nullus negat, quoniam inferiores poſſint ſuperiores arguere, tamen cum reuerentia fraternaliter, aut eis infamiam clamoroſam inſinuare. Sed negandum eſt, quòd licet eos publicè coram populo, in ſpeciali reprehendere, aut detractoriè infamare. Qualiter verò de illis in prædicatione agendum ſit, eſt in fine concluſionis ſecundi puncti.

Ezech. 3. & 33. Ad rationes quarti Corollarij, Primò ad rationes de Rectoribus in ſpiritualibus, &c. Ad illam Ezech. 3. & 33. capitulis. *Speculatorem, &c.* Iſta probat cõminationem factam à Deo, contra negligentiam Rectorum ſpiritualiũ, in officio prædicationis, ſi veritatem vitæ & iuſtitiæ non docuerũt ſuos ſubditos. Et hoc etiã manifeſtè innuit auctoritas primæ ad Timoth. 5. *Si quis ſuorũ & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.* & hoc nihil facit ad propoſitum de punitione per viam iuſtitiæ ſuperiorum per inferiores, & Eccleſiaſticorum per laicos, Scabinos, aut iudices, aut communitates. *1 Tim. 5.*

Orig. hom. 7. in 6. cap. Ioſue. Ad illam Origenis homilia 7. ſuper Ioſue dicentis. *Quando ſacerdos, &c.* Iſtam omninò concedo, arguit enim negligentiam ſuperiorum in officio & prædicatione & punitione inferiorum. Sed vt ſæpè dictum eſt, non eſt negligere, omittere corrigere, quod quis rationabiliter emendare non poſſet, vnde Rector ſpiritualis peccata

publica

Digitized by Google

publica gladio verbi, & auctoritate iuſtitię tenetur corrigere, prout poteſt. Quæ verò per inflictionem pœnæ non poteſt caſtigare, verbo Dei deteſtatur.

Ad illam de Rectoribus ſecularibus, Nume. 25. vbi tangitur periculum eorum, ſi mala in communitatibus eorum non cohibuerunt. Et ad Origenem, ibi, *populus peccat, & prinicipes oſtentantur.* Dico, quod pro peccato populi, principes interdum puniuntur, quia propter negligentiã correctionis populi multitudo licentior fit ad malum & prochuior. Quoniam autem curam populi princeps ſuſcepit, ſi culpabili omiſſione peccata permiſerit impunita, reus erit inſolentiæ eius. Tales autem fortaſsè fuêre principes populi, qui cùm viderent filias Moab miſſas ex conſilio Balaam, ad caſtra filiorum Iſrael, vt propter eos populus peccaret & vinceretur, qui ab eodem maledici non poterat, non cohibuerunt populum ad eos accedere, cum vnus Zambri ſcilicet, coram filiis Iſrael legatur acceſſiſſe ad Cozbi Madianitidem filiam Ducis, & cum ea peccare non erubuerit. Et nihilominus reperímus vnum pro alio puniri interdum, abſq; peccato, tribus cauſis, vt dicit Alexander: Prima eſt excitatio ſollicitudinis caritatis, vt non tantùm quiſq; ſe obſeruet à peccato, pro ſe, ſed etiam aliȷ diligentiam adhibeant ad cuſtodiam vnius, ne & ipſi pro illo puniantur. Secũda cauſa eſt oſtenſio vnitatis, quæ debet eſſe quantum ad vinculum ſocietatis. Nam propter peccatum Achaz, vt dictum eſt, peccauit populus. Tertia cauſa eſt deteſtatio peccati, & oſtenſiò magnitudinis eius, vt videatur quantũ peccaret multitudo, hoc vel illud faciendo, quoniã vnus ſic agendo peccauit tantum. Thomas verò 2. 2. q. c. 8. art. 3. ad primum, oſtendit, quòd tribus modis vnus aliquando pro alio punitur. Primò, quia eſt aliquo

Orig. in cap. 25 Num. hom. 20

Alexander ab Ales, p. 3. q. 42. in 4. art. 1.

Aug. in queſt. ſuper Ioſue, lib. 6. c. 8. To. 4

Thom. 2. 2. q. 108. a. 3. ad 1.

2. Reg. 24.

aliquo modo alterius, vt filius punitur pro peccato patris. Secundò, per deriuationem vnius in alium, aut quia vnus alium imitatur, aut per modum meriti, vt ſubditi pro peccato principis, patet in punitione populi, pro peccato Dauid, numerantis populum, 2. Reg. 24. propter quod dicit quidam: *Quidquid delirant Reges, plectuntur Achiui.* Tertio, ad cōmendandum vnitatem humanæ ſocietatis, & ſic vnus, etiam bonus, pro malis in eadem ſocietate patitur. Iuxta iſtos modos ſatis manifeſtum eſt nonnunq̃ aliquem ſine culpa, non tamen ſine cauſa puniri. Veruntamen principes filiorum Iſrael, non ſine culpa eorum æſtimandum fortè eſt, fuiſſe punitos pro peccato populi, quia corrigere neglexerũt, cùm poſſent, vt tangit Origenes.

2. q. 7. *Qui nec.* c. 32.
1. Reg. 2.
Apoc. 3.
Diſt. 86. *Inferiorum culpæ ordinum*, c. 1.
Leo Aquilegienſi Epo, ep. 3. *&* 84. *ſeu* 86.

Ad auctoritatem Auguſtini, 2. q. 7. *Qui nec*, increpantis Rectores, nec ſui nec ſuorum curam habentes, concedo. Rurſus ad illam, quæ de vindicta Heli loquitur, in comminatione Angeli Eccleſiæ Sardis, propter eorum negligentias in correctione ſuorum, etiam concedo. Illam etiam, quæ eſt Leonis ad Aquilegienſem Epiſcopum: Inferiorum ordinum culpæ, &c.

Ad auctoritatem Iſidori, lib. 3. de ſummo bono, quæ vera eſt, de omittentibus doctrinam miniſtrare, & ſarculo correctionis fraternæ vitiorum ſpinas purgare, dum & quibus, cum aliis circumſtantiis, obligantur, & maximè de illis, qui paſtoralis dignitatis, aut vocationis officio adhuc ſtrictius tenentur. Propterea Apoſtolus prima, Corinth. 5. Corinthios arguit, quod non corripuerunt illum notorium fornicatorem correctione fraterna, de quo ſæpè eſt mentio facta.

1. Cor. 5.

Poſuit proponens quatuor cauſas, propter quas corripienda & caſtiganda ſunt peccata. Prima, quia populus

videns peccatores non puniri vel argui per Eccleſiam
& publicè, credunt ea, quæ committunt non eſſe peccata,
vel non tam grauia, ſicut in ſe ſunt. Secundò, quia ipſi
alliciuntur ad peccandū ſimilibus peccatis. Tertiò, quia
facilius ad aliqua grauiora ruunt. Quartò, quia vna communitas
coram Deo propter publicos peccatores dānatur,
vt populus Iſrael, propter fornicantes cum Madianitis,
&c. Nullus profectò ſanæ mentis eſt, qui non dicat, *Num. 25.*
peccata mortalia publica eſſe punienda, dicentes enim
oppoſitum, fautores eſſent criminum, ac meo iudicio ſeueriori
diſciplina arcendi, quàm crimina facientes, eo,
quod non paucorum auctores eſſent, ſed omnium, quæ
ſub prætextu illius erroneæ doctrinæ licentius agerentur.
Ideò pono, quod multa peccata publica ſunt punienda
per inflictionem pœnæ, ab his, qui iuriſdictionem
habent ſuper illos. Et in hoc proponens & ego, non ſumus
diſcordes, differimus autem, quantum potui, ex articuli
Corollariis notabilibus, & rationibus accipere, in
quatuor. Primò, quia ponit omnia peccata mortalia *Differentia*
publica eſſe punienda per iudicium, & hoc apparet, quia *inter reſpondentē & proponentem in hoc articulo.*
in articulo dicit, peccata mortalia publica indefinitè, &
tales in moralibus regulariter æquiualent vniuerſalibus. *I.*
Et ex rationibus ad eundem, ſpecialiter ex declaratione,
quæ incipit, *Vnde id apparet,* & ego pono oppoſitum. Secundò, *II.*
quia ponit, quod à quolibet Chriſti fideli peccata
mortalia publica, quorumcunq; tam *Eccleſiaſticorum*,
quàm ſeculariū, ſunt publicè coram quibuſcunq; charitatiuè
arguenda, patet ex ſecundo Corollario & tertio, &
ex declaratione ante Corollaria, quæ incipit, *patet etiam
ex dilectione Dei,&c.* Et ego pono oppoſitū. Tertiò, quia *III.*
ponit, quod peccata publica mortalia ſuperiorum ſunt
prædicanda etiam corā populo, & hoc apparet ex tertio

Corollario, & rationibus, & declaratione, quæ incipit:
Sunt multa alia peccata prælatorum. Et ego dico, ꝙ peccata
clericorum, ſpecialia illi ſtatui, non ſunt populo nuncianda
in verbo prædicationis immoderatè, imò cum magna
diſcretione & ſobriè, etiam vbi faciendum eſſet, puta,
ſi veriſimiliter populus crederet ea, quæ ſacerdotes
committunt non eſſe peccata, aut minora, quàm ſint, aut
caperent auſum peccandi ab eis, aut aliquid aliud ſimile.
IV. Rationes huius ſuo loco tangentur. Quartò, quia ponit,
quòd peccata mortalia publica quorumcunq;, ſunt per
poteſtates ſeculares coactiuè punienda, & hoc vbi correctio
fraterna, aut generalis reprehenſio per prædicationem
verbi Dei non ſufficeret. Apparet ex declaratione,
quæ incipit: *Vnde, quia lex diuina.* Et ego pono oppoſitum
ad non ſubiectos: Dico enim, quòd peccata clericorum
non ſunt pœnaliter per iudices ſeculares corrigenda, aut
coram eis arguenda, niſi eſſet peccatum in fide, aut ſubuerſione
morum per falſam doctrinam, & caſibus exceptis
à iure in vna reſponſione ſpecialiter, & vt ibi expreſſis,
aut ſi aliqui alij ſint à iure conceſſi, hoc enim & ſolùm
poſſunt in illis, quod eis concedit ius, & indulget. &
quod hoc non poſſunt in illos, eſt in fauorem iuriſdictionis
Eccleſiaſticæ. Alioquin Eccleſia, ſi poteſtate ſeculari
Threnor. 1. ſubiaceret, cum fletu clamare deberet illud Threnorum
primo: *Facta eſt quaſi vidua domina gentium, princeps prouinciarum
facta eſt ſub tributo: Ideò plorans plorauit in nocte, & lachrymæ
eius in maxillis eius.* Iſta verò, quæ pono aduerſus
dicta proponentis, per extenſum in poſitione declarata
ſunt. Addit opponens, quod quamdiu peccata mortalia
publica in communitatibus nō prohibebuntur, tam
diu maiores in plebe & cum plebe erunt in periculo damnationis;
quod non apparet verum, de peccatis nō ſub-

ditorum, & ſi prohibeant ipſos non ſubditos, modo ſibi competenti illis, ſcilicet, correctione fraterna, quia erga illos alius modus eis non conuenit. & quamuis peccatores, inquit, inter alios exiſtentes ſuo exemplo aliquos aliquo modo attrahant, non tamen ſunt omnes vt contagioſi. ſicut enim dictum eſt antè, ſunt quidam flagitioſi ſecundùm doctrinam B. Auguſtini, lib. de decē chordis, & ſecūdo de doctrina Chriſtiana, & quidā facinoroſi. Primi ſunt, qui non nocent aliis, ſecundi, qui nocent. Cōtagioſa igitur peccata, ſunt hæreſes & ſchiſmata, mala doctrina in moribus, defenſionis vel excuſationis publicæ in peccatis, incitamenta aliorū ad peccandum, & ſimilia, taliter peccantes dicuntur oues morbidæ contagioſæ: peccantes aliis peccatis, nō. Tales fuerunt illi impij Chore & Abyron, erant namq; ſchiſmatici, alios ad ſchiſma prouocantes, vnde benè dicitur per Rectorem: *Recedite à tabernaculis impiorum hominum*, ne, ſcilicet, infecti eorum peccatis, inuoluamini in eorum pœnis. De illis dicit Hieronymus ſuper Ieremiam: *Polluitur ex vno peccatore populus, ſicut ex vna oue morbida vniuerſus grex inficitur.* Quod verò allegatur 45. diſt. ab eodem, & ab Origene, quod prius fuit allegatum, & ad hoc reſponſum eſt, de negligētia ſacerdotū, aut puſillanimitate, aut timore ſeruili peccata arguere diſſimulantium, verentium linguas corrigendorum, ex quo peccato omiſſionis aliquando venit ira Dei ſuper populum, eſt magis ad oppoſitum, quàm ad propoſitum, quia per hoc oſtenditur auctoritas ſacerdotum ſuper aliis, quorum eſt ſuis ſubditis viam ſalutis oſtendere: ex cuius defectu grauiter peccant. non ergò ſubiiciuntur iudicio definitionis ſecularium.

Aug. lib. de decem chordis de doctrina Chriſtiana, lib. 3. c. 10. T. 3.

Num. 16.

Rabani ſunt nō Hieronymi

diſt. 45. Sed illud. c. 17.

Circa peccata prælatorū & ſacerdotum, quia cauſæ ruinæ populi ſunt ſacerdotes mali, ait Gregorius. Et ꝓponens

Gregorius.

nens

Peccata prælatorum & ſacerdotum quomodo arguenda.

nens allegat, & ex hoc concludit, quod eorum peccata ſunt maximè arguenda, dico, ꝙ hæc ſunt vera, ſed intendit, non per ſeculares pœnali iudicio, non per prędicatores corã populo, niſi cum moderamine & ſobria grauitate verborum, niſi error eſſet in populo credente, ꝙ talia licerent, tunc enim eſſent talia peccata ſeuerius deteſtanda in ſe, ſed non referendo ad auctores coram populo liberè & ſine freno, vt prætendunt dicta proponentis. Nam per quoslibet charitatiuè, vt dicit, corã aliis corripienda ſunt, ergò arguenda peccata prælatorum & ſacerdotum, primò caritatiuè, & correctione fraterna, etiam à quolibet, vbi non ſufficit, procedendum eſt vltra, iuxta formam Saluatoris. Adhibendus eſt vnus teſtis, vel duo, & coram illis commonendus eſt, vt deſiſtat, quòd ſi non audierit, dicendum eſt Eccleſiæ, id eſt, prælato. *Et* ſi neglexerit, ab eo poteſt ad ſuperiorem, ſcilicet, ad Summum Pontificem iri. Quod ſi diſſimulauerit, aut ipſemet peccauerit, dicendum eſt *Eccleſiæ*, id eſt, generali concilio, quod, vt dictum fuit, correctionẽ nullatenus omittere credendum eſt. Si concilium non audierit, ſit tibi vt ethnicus & publicanus, excõmunicatus, excluſus, à cœtu fideliũ. Aliud non habent Chriſti fideles laici in ſacerdotes. Sunt etiam arguenda peccata prædictorum, per prædicatores, & generaliter reprehendenda, ſed potius in ſermonibus ad clerum, & ibi duriter, interdum ſuauiter eſt agendum. Emplaſtrum ex pietate & iuſtitia conficiendum eſt, pietas exhibeatur, vt mater iuſtitia, vt pater aſſiſtat. Simoniacam prauitatem in clero, & diuerſis ſtatibus aggrauauit, & ego illam pariter deteſtor. Abradẽda eſt de Eccleſia hæc peſſima peſtis. Allegauit ipſe proponens multa dicta Sanctorum hoc mortiferum virus reprobantia, quæ ſana intellecta etiam ipſe accepto pertranſiens diuerſos modos ſimoniæ, qui veri ſunt.

Accedo ad rationes, quibus probare videbatur, factas abſolutiones à pœna & à culpa, & indulgentias, non eſſe in lege Dei fundatas. Primò aſſumit illud Iſaiæ 3. *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt.* Secundò aſſumit illud Ieremiæ 6. *Curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes, pax, pax, & non erat pax.* Item illud Ezechielis 13. *Væ, qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis, ad capiendas animas, & cum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei & fragmentum panis, vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendaciis.* Iam dixi quo ad abſolutiones à pœna & à culpa, quod non eſt communis modus tradendi iſto modo eas, ſed dãtur ſub modo remiſſionis omnium peccatorum, id eſt, omnium pœnarum pro peccatis debitarum, aut alicuius partis illarum. Tunc dico ad has tres rationes, quod petunt principium, loquuntur enim de ſeducentibus populum per falſam exhortationẽ, aut intuitu gratiæ captandæ aut auari quæſtus, & cum applicat ad propoſitum abſolutionis & indulgentiarum, ſupponit, quod ſint mendacia, cum veritates ſint, & præparationes fructuoſæ ad viam ſalutis, ſi tamen ſeruetur debitus ordo, & moderatio honeſta in eis. *Et* quaſi videtur arguere à ſuperiori ad inferius affirmatiuè. Et hic locus non tenet ſecundùm logicos. Arguit enim æquiualenter, Paſtores in multis, vt dicẽdo populo ſcelerato, quod eſt beatus; dicendo affligendę plebi, quod eſt pax; & multa eidem pro tẽporalibus recipiẽdis fingẽtibus, ſeducunt illum, ergò ſeducunt eum in iſto propoſito de abſolutionibus & indulgentiis.

Abſolutiones à pœna & culpa.

Eſaiæ 3.

Hierem. 6.

Ezech. 13.

Digitized by Google

De peregrinationibus.
Matth. 24.
Hierem. 50.
Pſalm. 75.
2. Par. 14.

Iam ad rationes contra peregrinationes procedamus. Ad primã, aſſumit illud Math. 24. *Ecce prædixi vobis. Si ergò dixerint vobis, &c.* dico, ꝙ iſta auctoritas nõ allegatur ad propoſitum. Non enim eſt contra Deum aut Sanctos colẽtes, & Eccleſias ex deuotione viſitantes. Sed cõtra eos, qui dicunt Eccleſiã Catholicã eſſe in aliquo angulo terrę, aut fidem Catholicam in aliqua particulari regione, ſicut per expoſitiones Hieronymi & Auguſtini ſuperius oſtenſum eſt: Ad ſecundam Hieremiæ id eſt, *Paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus,* &c. dico, ꝙ iſtud Propheta dixit, quia Rectores populi prouocabant populum ad quærendum Dñm extra terram ſuam & locum, quem elegerat. Siquidem in lege veteri erat locus determinat⁹ in Iudæa, vbi oportebat adorare, nec extra terram erat verus cultus Dei, ſed idololatria tantùm ſecundùm Prophetã: *Notus in Iudæa Deus.* Propterea incitare populũ, vt adoraret alibi, quàm in terra Iuda, erat eum ſeducere. Nunc quia venit plenitudo temporis, colitur Deus ab ortu ſolis vſq; ad occaſũ, quoniam vbiq; pro fide eius ſanguine Martyrũ rubricata eſt terra. Ideò prohibere viſitare loca Sanctorum, & ex ſpeciali deuotione propter præſentiam pignorum ſuorum, id eſt, corporum & cinerum ibi exiſtentium eos ibi quærere, hoc videtur impium. Ad tertiam de Aza, 2. Paralipom. 14. dico, quod Aza prohibuit idololatriam, confregit idola, lucos ſuccidit & portauit, imò pręcepit adorare Dominum. In iſtis placuit Deo, non autẽ prohibuit peregrinationem in Hieruſalem, ter in anno, ſecundùm ꝙ erat præceptũ in lege Domini. Ipſe enim ſoluiſſet legem. Et hoc eſt, quod dicitur in textu allegato: *Subuertit altaria peregrini cultus,* id eſt, idololatriæ, *& excelſa, & confregit ſtatuas lucosq; ſuccidit ac pracepit Iudæ, vt quærerent Dominũ Deum*

patrum ſuorum. Et ex illa clauſula, *præcepit Iuda, vt quæreret,*
ſequitur, quod implicitè præceperit peregrinationẽ populo
in Hieruſalem. Ibi enim ſpecialiter & excellentiori
modo colebatur. Nec ex diffidentia peregrinatur populus, *Cauſæ peregrinationum.*
ſed propter octo cauſas. Prima, ad excitandũ Sanctorum
imitationem. Secunda, propter acuendam deuotionem. *I.* *II.*
Tertia, vt Sanctorum meritis fideles ipſi ſocientur. *III.*
Quarta, vt eorũ orationibus adiuuentur. Quinta, vt ſint *IV.*
ad orandum Deum plus memores. Sexta, vt ſatis fiat honori *V.*
Sanctorum, pro eorũ laboribus. Septima, vt ex Sanctorum *VI.*
præſentia coram oĩ Eccleſia rutilemus ſplendidius. *VII.*
Octaua, vt Eccleſiæ obediant, cum per pœnitentiã *VIII.*
peregrinatio eis iniungitur, & ſic obediendo ſatis faciant
pro peccatis. Quomodo igitur prohiberi poſſunt peregrinationes, *Exod. 3.*
ad quas Deus vocat? Vocauit Moyſen ad *1. Reg. 19.*
rubum ardentẽ, & diſcealcatus accedit, cum Saul etiam
malus ad cuneum Prophetarum veniſſet, prophetare
cœpit. Non facerent Sanctorũ reliquiæ in beata * requie * *Virgine.*
manentium, quod mortalium viatorum fecit præſentia?
An aliquis limina Sanctorũ viſitare prohibebitur, & conceſſum
erat adire Prophetas? Non modica eſt enim recreatio
mentium deuotarũ, relicta quandoq; Eccleſia ſua
domeſtica, alia loca ſancta, vel Sanctos Dei ſeruos, acceſſu
ipſo corporeo, & petere & cõtemplari ad oculũ, velut
de eo, qui mortuũ ſuũ in loco ſacro elegit ſepeliri. Notat
Aug. lib. de cura ꝓ mortuis agẽda, dicens c. 5. *Cum plurimũ* *Aug. de cura*
interſit, vbi ponatur corpus mortui ſui, ꝗ pro ſpiritu eius Deo *pro mortuis agenda, cap. 5.*
ſupplicat, quia & præcedẽs affectus locũ elegit ſanctum, & illic corpore *Tom. 4.*
poſito recordatus locus ſanctus eũ, qui præceſſerat, renouat, &
auget affectum: hæc ille. Per hoc ad illud Sapientiæ: *Confide* *Eccleſ. 11.*
in Deo, & mane in loco tuo, &c. dico, ꝙ loquitur de permanentia
& quieté cordis, ex cuiꝰ inquietudine fiunt hões vagi,

mobiles, & inſtabiles ad omne opus bonum. hæc enim mala inſtabilitas. Sed deuotè peregrinantes confidunt in Domino, manent in loco ſuo, ſcilicet in Deo ſuo, in quo iuſtus ſecundùm diuinam Scripturam manere perhibetur, licet corpore ambulet, ſecundùm quod dicit quidam: *Cælum non animum mutat, qui trans mare currit.*

Ioan. 4.

Aug. epiſt. 137.

Ad illam, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus peregrinationem illam ſolemnem, quæ erat Hieruſalem ter in anno, reuocauerit, ſeu ſpiritualem intelligentiam huius dederit, cum allegat illud Ioan. 4. *Mulier crede mihi, venit hora, quando nec in monte hoc, nec Ieroſolymis adorabitis patrem, &c.* dico, quòd Dominus de modo colendi eum, illam inſtruit, quod non ſecundùm cæremonias legis, vt in monte Syon vſq; tunc fiebat, eſſet colendus, ſed in ſpiritu & veritate doctrinæ Euangelicæ. Ideò Auguſtinus epiſtola prima ad Hipponenſem Eccleſiam ait: *Vbiq; quidem Deus eſt, & nullo continetur loco vel clauditur, qui condidit omnia, & eum à veris adoratoribus in ſpiritu & veritate oportet adorari, vt in occulto exaudiens, in occulto etiam iuſtificet & coronet. Veruntamen ad iſta, quæ hominibus viſibiliter nota ſunt, quis poteſt eius concilium perſcrutari, quare in aliis locis hæc mirabilia fiant, & in aliis non fiant? In multis enim notiſſima eſt ſanctitas loci, vbi ſancti Felicis Nolenſis corpus conditum eſt, quo volui, vt pergerent, quia inde nobis facilius fideliuſq; ſcribi poteſt, quidquid in eorum aliquo diuinitus fuerit propalatum. Nam & nos nouimus Mediolani apud memoriam Sanctorum, vbi mirabiliter & terribiliter dæmones confitentur, furem quendam, qui ad eum locum venerat, vt falſum iurando deciperet, compulſum fuiſſe confiteri furtũ, & quod abſtulerat reddere. Nũquid & nõ Affrica martyrum corporibus plena eſt? & tamen nuſquam ſcimus hîc talia fieri, ſicut enim, quod Apoſtolus dicit: Non omnes Sancti habent dona curationis, nec omnes habent diiudicationem ſpirituum, nec in om-*

in omnibus memoriis Sanctorum iſta voluit fieri ille, qui diuidit propria vnicuiq;, prout vult: hæc ille. Ex quo patet, quod licet ſit vbiq; Deus, in vno ſolo templo colatur, tamen dignatus eſt ad honorem alicuius Sancti miracula facere vno loco, & non alio, & alia hîc, alia ibi. Nam & de ſancto Fortunato, libro primo dialogorum, cap. 10. dicit B. Gregorius: *Cur multa de eius vita dicimus, cum nunc vſq; ad corpus illius tot virtutũ documẽta teneamus? Dæmoniacos quippe abſoluere, ægros curare, quotiens ex fide petitur, vt viuens conſueuerat, hoc indeſinenter facere, & apud mortua ſua oſſa indeſinenter perſeuerat:* hæc ille. Itaq; peregrinatio in montem Syon, & ciuitatẽ ſanctam, per doctrinam Saluatoris non eſt damnata, ſed ad intelligentiam ſpiritualem declarata, vt quæratur Deus, & Sanctorum ſuffragia poſtulentur, vbi deuotio ſpiritualis & ſanctitatis ſuccenſus ignis ardebit, & hoc eſt, quod dixit mulieri Samaritanæ: *Venit hora & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate.* nec occaſione peregrinationum vtiq; laicorum, ſi ex charitate fiant, putet quis proprias parochias eſſe contemnendas: ſicut nec tempore illo figurali ſynagogæ ſpernebantur, licet ter in anno eſſet aſcenſus in Hieruſalem. Concedo tamen, quod peregrinationes abſq; deuotione charitatis modicum aut nihil proſunt ad meritum vitæ æternæ. Et hoc eſt, quod dicit beatus Auguſtinus de verbis Apoſtoli ſerm. 2. *Non corpore,* inquit, *impellitur quis ad Chriſtum venire, ſed deſiderio colligatur, &c.* Idem dicit Auguſtinus ſuper illo: *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum.* Cum ait: *Non ambulando ad Chriſtum currimus, ſed credendo.*

Greg. lib. 1. dialogor. cap. 10.

Iohan. 4.

Aug. hom. 2. de verbis Apoſtoli.

Aug. tractatu 26. in Ioan.

Ioan. 6.

Ad auctoritatem Hieronymi dicentis ſuper illo Matth. 24. *Nolite exire, nolite credere, &c. Stultum eſt enim in paruo loco vel abſcondito quærere, qui totius mundi lumen eſt.*

Hieron. in 24. c. Matth.

dico, quod non eſt contra peregrinationes, ſed contra putantes, Catholicam Eccleſiam, aut fidem eſſe in vna parua regione, vt dictum eſt.

Ad auctoritatē Bedæ, ſuper illo Matth. 9. *Sequere, &c.* dicentis, *ſequere me, & non tam inceſſu pedum, quàm executione morū,* dico, quod verum eſt, quod peregrinatio corporalis, ſine ſpirituali pinguedine deuotionis, parū prodeſt. Iuxta dictum Apoſtoli prima ad Timoth. 4. *Exercitatio corporalis ad modicum vtilis eſt, pietas ad omnia valet.* Narrat proponēs multa peccata & abuſus circa peregrinationes, quas non diſcredo, ſed puto eſſe vera, & illi ab omni bono viro pro poſſe tollēdi ſunt. Hoc nō vitiat peregrinationes, quando ſunt benè factæ ex charitate & aliis circumſtantiis debitis, niſi enim eſſent bonæ, non eſſent approbatæ à ſanctis Patribus. Igitur cū ſint per Doctores ſanctos iuſtificatæ, patet, quod ſint licitæ. hoc etiā probatur. Nam de Cleto Papa tertio à Petro, vel eius coadiutore dicitur, in Chronica Martini ſic, *Hic Cletus Pontifex ſcribens omnibus populis approbat & cōmendat peregrinationes ad Sanctos, & maximè ad limina S. Petri, aſſerens quod validior eſt ad ſalutem S. Petri viſitatio, quam duorum annorum ieiunium, & illos anathemate execratur, qui viſitationem Apoſtolorum impediunt vel diſſuadent.* hæc ibi. Siquidem virtutibus ipſis, vt obiecto contingit malè vti, vt dicunt Doctores. Nam dicit Apoſtolus: *Scientia inflat,* ſed non, vt in principio eliciente actum, cur etiam non potuerunt aliqui mali vti, vt obiecto peregrinationibus.

1. Tim. 4.

Anno 71. à Christo nato.

1. Cor. 8.

Sanctæ reliquiæ.
De reliq. & ven. Sanct. cum ex eo, c. 2.

POſt prædicta veniendum eſt ad obiecta circa venerationem ſanctarum reliquiarum. Ad auctoritatem Innocentij de rel. & venerat. ſanctorum, *cum ex eo, quòd quidam, &c.* Concedo illud decretum, prohibetur enim, ne antiquæ reliquię extra capſam trahantur propter turpem quęſtum, aut vt vendantur, & ne de nouo inuentæ ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ venerentur. per hoc dico ad id, quod de nouitate, &c. Nam ſi auctoritate Sedis Apoſtolicæ hoc approbatum eſt, peregrinatio, & conſequenter veneratio iſta laudabilis eſt, ſi non: tunc fieri non debet.

Chryſoſt. in opere imperfecto, in c. Mat. 23, hom. 45.

Eccleſ. 34.

Ad auctoritatem Chryſoſt. in opere imperfecto ſuper Matth. 10. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, &c.* dico, quòd Chryſoſt. improbat faſtum ędificantium ſepulcra pretioſa ex ſubſtantia pauperum, qui illos euiſcerant, vt celebrent ſibi nomen ſempiternũ, putantes ſtultè, felicem vitam in memoriis hominum debere recondi; nec minori ratione arguendi ſunt, qui Baſilicas extruunt de bonis alienis; velut enim interfectores filiorum ante faciem patris, cõputat illos Sapiens. Nam dicit Eccleſ. 34. *Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi victimat filium in conſpectu patris.* Nec licere iudico debere deſtruere antiquas Dei Eccleſias, vt nouæ ædificentur, ſed ob reuerentiam Dei & Sanctorum, de proprio monumẽta ædificari Martyribus & aliis Dei ſeruis, prorſus laudabile eſt. Siquidem Beda ornatum ſepulcri Domini, libro vltimo ſuper Marcum exponit, ita dicens: *De monumento Domini ferunt, qui in noſtra ætate de Hieroſolymis in Britanniam venere. quod domus fuit rotunda, de ſubiacente rupa exciſa, tanta altitudinis, vt intra conſiſtens homo vix manu extenta culmen poſſit attingere.* Et finaliter inquit: *Color autem eiuſdem monumenti ac loculi rubicando & albo dicitur eſſe permixtus.* Ecce domus & ſepulcrum Domini ſpatioſa & ampla atque honorata à matre Dñi, ab Apoſtolis, à Chriſti fidelibus, qui etiam inter fremitus infidelium ipſum ſepulcrum adorare venerunt. Narrat hoc feciſſe S. Ambroſius Helenam Reginam, *Amb. Tom. 3 de obitu Theodoſii Imp. poſt med.*

Hieron. de aſſumptione Deiparæ virginis poſt initium.

ginam, S. Hieronymus S. Paulam, cæteriq́; Sancti quàm plurimos. Audite de decore ſepulcri B. Mariæ Virginis, B. Hieronymũ in ſermone de aſſumptione illius ad Paulam & Euſtochium dicentem: *Monſtratur ſepulcrum eius cernentibus nobis vſq; ad præſens in vallis Ioſaphat medio, quæ vallis eſt inter montem Syon, & montem oliueti poſita, quam & tu O Paula aſpexiſti, vbi in eius honore fabricata eſt Eccleſia miro lapide tabulata, in qua ſepulta fuiſſe, vt ſcire poteſtis, ab omnibus ibidem prædicatur, ſed nunc vacuum eſſe Mauſoleum cernentibus oſtenditur.* Habetur etiam Marci 6. de Ioanne Baptiſta, quod diſcipuli venerunt & tulerunt corpus eius, & poſuerunt illud in monumento. Refert Beda, quod Ioſephus & Euſebius de hac ſepultura reſcripſerunt, ſcilicet, de venerabili ſepulcro Ioannis. De hac ſepultura & de veneratione fidelium, & miraculorum crebro concurſu in epitaphio ſanctæ Paulæ, qualiter illuc venit peregrè, docet Hieronymus, quod gratia breuitatis omitto.

Marci 6.

Hieron. in Epitaph. Paulæ. c. 6. Item in antecedentibus & ſequentibus.

Allegat peccata pręlatorum & ſacerdotum, in omiſſione culpabili prædicationis verbi Dei, & prohibitione prædicare volentiũ, in non communicando laicos, nullius mortalis conſcios, ſub vtraq; ſpecie, ſcilicet panis & vini. In habendo dominia ciuilia ſuper diuitiis & bonis tẽporalibus. Ad quæ reſponderi per me nõ oportet, cum quilibet horum trium articulorum peritiſſimos habeat defenſores. Tetigit etiã de ſententia lata per Fel. Re. Alexãdrum Papam quartum prædicationẽ verbum Dei prohibentem extra clauſtra & particulares Eccleſias. Rurſus de ſententia Conſtantienſis Concilij lata contra communicantes laicos ſub vtraq; ſpecie. Dehinc de defenſione dominiorum temporalium, per Papam & cæteros prælatos. Quas materias patribus meis memoratis defendendas remitto: Tetigit verbũ de erectione cruciate,

Alexander IV alius liber m. ſ. habet V.

Vide de hæreticis c. excommunicamus. §. Quia verò. cap. 13.

contra Bohemos, & inuectione in ſacerdotes, ſi ſitiant ſanguinem eorundem vel non. verum quoniam quærentibus pacem, occaſiones ſunt amputandę iurgiorum, ſatius hac vice de hac re ſuperſedere arbitratus ſum. docet enim me ille, qui dicit, *claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt.*

Cum de Bulla Alexandri fecit mentionem prædicationum reſtringentis, &c. Subiunxit, quod emanauit principaliter, & maximè ob Magiſtrum bonæ & laudabilis, ac ſanctæ memoriæ Ioannem Hus, vt ſperatur, ſacræ paginæ Baccalaureum formatum, & prædicatorem vtiq; Euangelicum, virum bonum, iuſtũ & Catholicum, à multis annis, in regno noſtro vita & moribus, & fama laudabiliter approbatum. debebat, vt ſalua pace loquar, proponens, iſta ſubticere, qui geſtorum in ſacro Concilio Conſtantienſi volebat approbationem audire, debebat ſubticere iſta, quæ Ioannes Hus articulos reprobatos & damnatos ſub medio poſitos eſſe cupiebat. Qui deſiderat concordiam, præteritæ litis acta non referat. Dicam, ſola veritate motus, teſte Deo, quoniam Concilia generalia in materia fidei errare non poſſunt, inter quæ Conſtantienſe Conciliũ Ioannẽ Hus pręter ſuas aſſertiones erroneas condemnauit, nullus de cætero eum pro Catholico habeat, aut Euangelico prædicatore. Nec Ioannem VVichleff, cuius errores grauiſſimi ſunt, quorũ nonnulli pro quanto, errores antiquorum hæreticorum Pelagij, Manichęi, Donati, Berengarij, Maſſiliani, & quorundam aliorum, ſapiunt, ſi opus fuerit ad plenũ declarandorum, dudum ante noſtra tempora damnati fuêre. Æſtimo fortè, ꝙ ſi proponens, articulos Ioannis VVichleff, & Ioannis Hus attendiſſet, & libros eorum legiſſet, vt patres, qui fuerant in Conſtantienſi Concilio, nobiſcũ

Digitized by Google

diceret, non poſſe eos fateri Catholicos. Hieronymum verò non nimium extollat nobis, coram expertis loquitur Doctoribus & Magiſtris almæ matris meæ Vniuerſitatis Pariſienſis, qui verboſitatem ſuam non modicam triduo ſuſtinentes in repetitione per eum facta in ſancto Bernardo Pariſiis ad omnino quare & in omnibus, volente autem ita Domino, ne inaniter gloriaretur, ſoli regentes vici ſtraminis, & in pauco numero ſe illi obiecerunt, illius tumentia verba reprimentes. Non enim dignum iudicabatur grauiſſimos patres, in Theologia, & Decretorum Facultatibus Profeſſores ſe tam leui perſonæ debere opponere. Ego autem tunc conflictum vidi, finem exſpectaui, confuſionem ſuam vidi, ita vt receſſerit hoſpite inſalutato, & neceſſe ſibi erat. Alioquin aliqua minus benè dicta coactus fuiſſet reuocare. Iſta precor non amaro animo quis ſuſcipiat. Nam hæc ideò dicta ſunt, ne dicta per antè à proponente de illorum iuſtitia cordi inſideant, ſed veritas, quæ à me dicta eſt, eluceſcat. Nec enim nouum eſt populos occaſionem ſumpſiſſe credendi alicui perſonę pro ſua apparenti ſanctitate, dudum enim ſimilia prioribus cõtigerunt, vnde citius eſt talibus indulgendum, dum propter ſpeciem pietatis, ipſi quaſi inſcij in impietatem labuntur.

Locus hic corruptus eſt.

Hieron. Pragenſis fuit Pariſiis.

Conſequenter mentem ſuam proponens aperit de modo reprehenſionis peccatorum publicorum prælatorum & ſacerdotum, per viam prædicationis, & alias, dicit enim, quod omnia talia ſunt in prædicatione per ſacerdotes, & aliis modis per omnes Chriſti fideles, ſecundùm quod eorum ſtatui competit, data pertinacia, charitatiuè arguenda & detegenda etiam coram clero & populo.

Reſoluendo dicta ſua, tres modos correctionis inuenio peccatorum, & habet, vt dicit, quilibet ſuos executores. Primus eſt correctionis fraternæ, & hic competit omnibus Chriſti fidelibus. Secundus modus correctionis per viam iuſtitiæ, & hic competit iudicibus. Tertius eſt modus correctionis generalis in prædicatione, & hic competit prædicatoribus. Ecce tres modos, & apparet quis cuilibet ſtatui competat. Quomodo igitur peccata prælatorũ & ſacerdotum ſint per homines corripienda correctione fraterna, dictum eſt, & ibi tactum quod peccata eorum perſonalia non ſunt arguenda coram multitudine, & ſufficienter deductum, quod hoc eſt prætermittere ordinem fraternæ correctionis, & quod hoc rationabiliter fieri non debet, niſi in caſibus iam dictis. De correctione ex auctoritate poteſtatis, quæ à pluribus dicitur paterna, etiã dictum eſt ſufficienter, quòd laici iudices Eccleſiaſticos non poſſunt per iudicium pro delictis, aut peccatis publicis punire, cum non ſint ſuæ iuriſdictionis, niſi in certis caſibus tactis in vna reſponſione, & adhuc auctoritate Eccleſiæ. De correctione generali, quæ fit per prædicatores, quia latius illam deduxit, iam dixi, & iterum dico, quod coram clero hoc fieri poteſt planè iuxta exigentiam tranſgreſſionum aliquando durè, aliquando ſuauiter, aliquando mixtim, vt tempus poſtulat aut perſonæ. coram populo, dico vt prius cum Doctoribus, quod non eſt facienda de peccatis prælatorum perſonalibus, & ſacerdotũ, niſi cum magno moderamine verborũ & competenti decentia. Etiã cum ratio indicat hoc eſſe faciendum, quod fortè eſſet, vbi populus occaſione accepta à vita ſacerdotum crederet talia peccata, ideò non eſſe peccata, aut non tã grauia, vt ſunt, eò quod impunè videt talia cõmitti. Et hæc plaga populi probabiliter prædicatori innoteſceret, aut vbi populus ſine verecundia ſimilia ſacerdotibus perpetraret. Dico ſecundò, quod peccatum infidelitatis prælatorum aut ſacerdotum, ſi quod eſſet, & per malam doctrinam populũ inficeret, eſt publicè populo prædicandum, & inſtruendus populus, vt ſe à talibus obſeruet. Sic Dominus & Saluator fecit, cùm prædicabat, dicens: Matth. 7. *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Dico tertiò, quod peccatum ſollicitationis ad malum, qua populum commouerent ad peccandum, vel in Deum vel in proximum in irreuerentiã Eccleſiæ, aut inobedientiam principum, tale eſſe publicè populo denunciandum, & coram eo arguendum. Sic ait Dominus, Matth. 16. *Cauete à fermento Phariſæorũ & Saducæorum.* Et idem habetur Marci 8. Et benè *Phariſæorum*, Phariſæi enim interpretantur diuiſi diuidentes vel violenti, aut diſſipantes. Sacerdotes autem ſic ſuadentes populo, eſſent à Deo per peccatum diuiſi, diuiderent populum à Deo ſuo, grauem inferrent iuſtitiæ & veritati violentiã, & diſſiparent profectò Rempublicam, quæ non tam viris conſtat, quàm moribus. Dico quartò, ſi ſacerdotes committerent publicè caſus, pro quibus iuriſdictioni ſeculari, ex conceſſione iuris canonici ſubiiciuntur, illos poſſet prædicator coram iudicibus ipſis aperire, tamen cum proteſtatione de non tendendo ad pœnam ſanguinis. Patet, quia peccata publica licitè poſſunt denunciari ad iudices competentes. Nam ſicut ſuprà ſecundo puncto dictum fuit, remedium adhiberi debet, non ſolùm peccanti, ſed aliis, ne ſcandalizentur, & maximè hoc fit, cum denunciatur peccatum his, qui poſſunt prouidere. Dico quintò, quòd peccata perſonalia alia à præmiſſis, aut ad illa reducibilibus, prælatorum aut ſacerdotum, non videntur in prædicatione coram populo detegenda ſpecialiter, ea referendo ad ſtatum Eccleſiaſticum; niſi vt habitum eſt in primo dicto. Actus enim prædicationis ex charitate procedere debet ad emendationem nedum peccantiũ, ſed & aſtantium, quibus peccata narrantur. Sic enim faciendo peccantes coram ſubditis ſcandalizarentur, & ſic verecundia eſſet eis ablata. Subditi verò vilitatem ſuperiorum cognoſcentes, eos contemnerent. putando ergò, ſanare vnũ aut paucos prædicator læderet plures, ſuperiores ſcilicet & inferiores, debet enim non modò prædicator eſſe vtilis in verbo, ſed & diſcretus eloquio, vt non ſolùm praua nullo modo, ſed nec recta quidem nimiò & inordinatè proferantur, quia ſæpè dictorũ virtus perditur, cum apud audientium corda loquacitas incauta oportunitate leuigatur: hinc eſt, quod in veſte ſacerdotis erant tintinabula, vt ſonus prædicationis eius audiretur. Erant & illis iuncta mala punica, in quibus vnitas fidelium deſignatur, per quod ſignatur, vt talis ſit prædicatio ſacerdotis, & tam diſcreta, vt non ſcindatur vinculum vnitatis, hæc in ſententia habentur à B. Gregorio, libro ſecundo paſtoralis ſui, c. 4. & 43. diſt. *Si Rector, &c.* Si dicatur, vbi conſcientia & fama ſimul eſſe non poſſunt, præponenda eſt famæ conſcientia. verum eſt, cæteris paribus. ſed conſcientiæ ſuccurrendum eſt poſtpoſita fama recurrendo ad ſuperiorẽ. Et ita dicunt Doctores, cum oportet procedere ad denunciationem non ad inferiores. Item cum creditur ſeruari vnius conſcientia, ſeruatur & illius propter ſcandalum & populi, quia

B. Greg. par. 2. paſtoral. c. 4. Diſt. 43. Si Rector. c. 1.

Locus intricatus, & vt videtur corruptus.

Reprehenſiones publicas ad ſtatum Eccleſiaſticũ peculiariter relatas ſequũtur varia inconuenientia.

illum ſuperiorem, aut ſuperiores corrigere non valet, &
tamen eos cõtemnit aliter faciendo, ſcilicet peccata per-
ſonalia publica à præmiſſis, &c. in prædicatione coram
populo facta publicè arguendo, & ſpecialiter referendo
ad ſtatum Eccleſiaſticum cum improperio, & non mo-
deſtè & ſobriè, ſequuntur iſta inconuenientia. Primum,
I. ſacerdotes infamãtur, & fiunt inuerecũdi amiſſo ſuo ho-
II. nore, & ſic procliuiores ad mala. Secundum, eorum ſta-
tus, qui digniſſimꝰ eſt, lęditur & coguntur recedere, quaſi
Eccl. 33. ab hominibus, Eccl. 33. *Si laſeris eum iniuſtè, in fugam conuer-*
III. *tetur.* Tertium, boni propter malos diffamatos ſcanda-
lizantur, & tunc currit pœna cõtra ſcandalizantes, de quo
Matth. 18. Matth. 18. *Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me*
credunt. ſtatu ſiquidem ſacerdotij læſo, bonos in iſto ſtatu
IV. ſcandalizari neceſſe eſt. Quartum, ſubditi laici contem-
nunt ſuos paſtores, propter malam eorum vitam palam
ipſis prædicatam. Et ſic contemnunt Dñm ſacerdotum
Lucæ 10. Ieſum Chriſtum, Lucæ 10. *Qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui*
vos odit, me odit, & qui me ſpernit, ſpernit eum, qui miſit me.
V. Quintum, ſacerdotes fiunt populo odioſi, nam ex con-
Pſalm. 108. temptu mox ſurgit odium & rancor. vnde Pſalm. 108. *Lo-*
cuti ſunt aduerſus me lingua doloſa, & ſermonibus odij circumdede-
VI. *runt me.* Sextum, populus paratur per odium ad inobedi-
entiam ad ſuperiores, & irreuerentiã, maximè, quia val-
dè multi ex illo ſunt clericis infeſti, prout dicitur 6. lib.
Clericis laicos. lib. 6. de immunitate Eccleſiarum, c. 6. *Clericis laicos oppido infeſtos tradit antiquitas*, vnde ira Domi-
ni venit ſuper eos, ſecundùm quod ſcriptum eſt Danie-
Daniel. 9. lis 9. *Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, receſſimus,*
& declinauimus à mandatis tuis ac iudicijs, non obediuimus ſeruis
tuis, Prophetis, qui locuti ſunt in nomine tuo, regibus noſtris, prin-
cipibus noſtris, patribus noſtris omniq; populo terræ, tibi Domine

iuſtitia, nobis autem confuſio faciei, ſicut & hodie, &c. Sacerdotes autem mali, ſi tamen rectè doceant, ſerui Dei dicuntur, & Prophetæ, quia alta, & à cognitione populi longè poſita nunciant. Quod autem inobedientia iſta mala ſit, apparet, quia dicit Dominus de ſacerdotibus in mortem ſuam conſpirantibus, auaris, *quæ dicunt, facite.* Septimum *VII.* inconueniens eſt, ſubtractio decimarum, oblationum, & aliorum reddituum debitorũ ſacerdotibus. Nemo enim inimico in ratione dati vel accepti libenter cõmunicat, & in hoc populus mandatum Dei præuaricatur. Quia Malachiæ 3. ſcriptum eſt: *Inferte omnem decimam in horreum meum, vt ſit cibus in domo mea,* *Malach. 3.* & Apoſtolicum, quia primæ Corinth. 9. *Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum* *1. Cor. 9.* *eſt ſi nos carnalia veſtra metamus?* quaſi dicat, nõ eſt. Deuteron. 25. lex dicit: *Non alligabis os bouis triturantis.* *Deutero. 25.* Et quod illud propter prælatos & ſacerdotes prædicantes dictum ſit, patet, quia ſequitur: *Nunquid de bobus cura eſt Deo? an propter nos vtiq; hæc dicta ſunt?*

Ad vtilitates, quas dicit opponens ſequi ex tali publica prædicatione coram populo, contra clerum, dico, quod & ſi per accidens aliqua vtilitas accederet, per ſe ſequerentur plura mala. Correctio enim illa generalis niſi moderamen maximum, & cautela adeſſet, induceret ex ſe inferiorum ad ſuperiores contemptum, & alia, quæ dicta ſunt. Ideò oſtendens, quomodo ſobriè loquendum eſt de ſuperiorum defectibus, coram inferioribus, vt maneat deuotio eorundem apud illos, dicit Nicolaus Papa: Et habetur 21. diſtinction. Nolite. *Nolite nos æſtimare facta cuiuſcunque proximorum noſtrorum, quæ ſunt digna reprehenſione, velle defendere, ſed quod ita velim filios circa ſpiritualem* *patrem, & diſcipulos erga Magiſtros deuotos eſſe & ſobrios, vt nulla penitus temeritate ad eorum vitam, vt non dicam diiudicandam, ſed nec ſaltem tenuiter reprehendendã proſiliant.* Præterea non credat prædicator neglexiſſe correctionem ſibi cõpetentem ex officio, dum tamẽ clero ſufficienter in prædicatione peccata eius annunciauerit. *E*ſto quod coram populo non fecerit, quia hoc ſibi non præcipitur, quoniã prædicatori *P*rophetæ dicit Dominus Iſaiæ 58. *Annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Non dicit, dic domui coram alio peccata eorum, ſed dixit: *domui Iacob peccata eorum.* Item ſpeculatori Ezechieli dicit: *Si tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia, ipſe quidem in impietate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti.* Non dixit, ſi annunciaueris impio coram populo, &c.

Eſaiæ 58.

Ezech. 3. & 33

Ad rationes, quibus probat, quod peccata prælatorum & ſacerdotum ſunt corã populo publicè prædicanda. Ad primam, Chriſtus arguit clerum coram turbis, Ioan. 8. dum ait: *Vos ex patre diabolo eſtis, &c.* dico cum Lira, quòd Chriſtus illum clerum arguit, quia infidelis erat, nam auctorem fidei, Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum volebat occidere: Et hoc eſt, quod ſubditur in textu allegato, *quia vultis me interficere.* Nec legere coram populo hoc Euangelium, eſt clerum Euangelicum, per prædicationem corrigere, ſed recitare, quomodo Chriſtus clero figurali & turbis prædicabat. Et iſte caſus eſt exceptus per antè. Nec volo dicere, quod vbi eſſet clerus & populus in vnum congregati, quoniam cõmunia vitia vtriuſq; ſtatui competentia poſſint debitè reprobari, ſed intentio mea eſt de vitiis perſonalibus & ſpecialibus ſtatui clericali pertinentibus, quòd talia maximè ad illum referendo, non ſunt publicè coram populo denuncianda, niſi modo præmiſſo.

Ad ſecundam, *Apoſtolus præcipit, &c.* dico, quod verum eſt, quod Apoſtolus loquitur Timotheo Epiſcopo, ſed non dicit, prædica coram omnibus ſtatibus vitia cleri, ſed dicit, *prædica verbum, inſta, oportunè, importunè, argue,* 2. Timo. 4. *obſecra, increpa in omni patientia,* & ſic arguit ratio ab inſufficienti.

Ad tertiam, *Prophetæ ſancti, ſacerdotes,* * *ruſtici, &c.* dico, quod Daniel preſbyteros occidit, nam illi ſollicitabant ad malum mulieres. Dicitur enim Daniel. 13. *Sic faciebatis filiabus Iſrael, & illæ timentes loquebantur vobis.* Et ille caſus fuit exceptus. Ita de Elia dicendum, nam Prophetæ Baal malè docebant, patet 3. Reg. 18.

** forſan: interfici iuſſerunt.*

Daniel. 13.

3. Reg. 18.

Ad quartam, *Licet toti Eccleſiæ, &c.* Iſtam rationem concedo, & eſt caſus exceptus, ſecundùm quod prius dictum eſt.

Ad quintam, *Licet conſtitutionem Eccleſiæ ſanctam denũciare, &c.* dico, quod hoc eſt promulgare conſtitutionem Eccleſiæ, ſed hoc non eſt prædicare. Illa enim conſtitutio de vitando notorios cõcubinarios, eſt pœnalis, pœnæ autẽ non inferuntur per legem, niſi contra tranſgreſſores, & ſic non puniuntur boni, ſed improperio vitiorum per prædicatorem coram laicis, etiam boni ſcandalizantur, quia per eam non ſecernuntur à malis particulariter.

Ad ſextam, *Licet clericos inobedientes, &c.* concedo totum. Valdè enim ſuadeo peccata cleri publica puniri per ſuos iudices, quod fit, cùm propter inobedientiam, canonica monitione præcedente, excommunicantur, aut alia pœna iuris, vt ſuſpẽſionis, intruſionis, carcerationis, depoſitionis puniuntur. Ratio autem ſtatim viſa eſt, quare licet publicè etiam laicis videntibus punire

Digitized by Google

clericos, & non vitia cleri coram illis in prædicatione detegere, ſine magno verborum moderamine.

Ad ſeptimam, *Significat vnum cœtum clericorum in hæreſim, &c.* concedo rationem, & eſt pro dictis.

Ad octauam, *Quod clerus publicè & ſingulariter alij clero imponit, &c.* dico, quod clerus imponens alteri manifeſta crimina, in appellationibus, hoc facit coram ſuo iudice, ita, quod cleri & ſacerdotes poſt fraternam correctionẽ ſecretam, ſi non corrigantur, poſſunt ſuo ſuperiori denunciari. & hæc eſt via tenenda in correctione clericorum.

Ad nonam, *Licet, vt communiter dicunt, &c.* dico, quod pro aliquibus criminibus clericus poteſt publicè puniri, imò dicunt iura, quod per iudicem ſecularem, ſententiâ Eccleſiæ præuiâ, ſicut cum eſt falſarius, & de aliis. ſed nõ ſequitur, quod ideò licet in prędicatione coram populo ipſum ſic infamare aut denunciare. Ratio, quia prædicatio eſt actus charitatis, punitio iuſta,* lationis, aut alia publica, eſt actus iuſtitiæ: & iuſtum eſt, quòd publica crimina non ſint occulta punitione corrigenda, nam in punitione per iuſtitiam ſolus reus infamatur, in prædicatione coram populo non ſolus, qui peccat, ſed boni propter eum, quia non diſcernitur ſingulariter in verbo prædicationis, ſicut in iudicio.

** lationis, forſan talionis.*

Ad decimam, *Quando dicit, &c.* dico, quod non eſt illicitum ſcribere, quod licitũ eſt proferre. Cùm ergò Dñs illos Scribas & Phariſæos durè pro eo, quod veritatẽ non cognouerunt, neq; tempus viſitationis ſuę, arguerit, & etiam coram turbis, quid mirum eſt, ſi hoc ſcripſerunt Euangeliſtæ?

Ad vndecimam, *Dominus Ieſus, &c.* iam dixi, quod contra clerum infidelem prædicauit, cuius erat ſacerdonium transferendum cum translatione legis: Ita contra ſacerdotes infideles, ſi qui eſſent, liceret prædicatorem populum monere, imò etiam quilibet Chriſti fidelis poſſet ibi contradicere, maximè, vbi immineret fidei periculum.

Poſuit proponens multa ſigna peccatorum mortalium, in apparatu, in geſtu, in colloquiis, & aliis, quæ non neceſſarium ad memoriam reducere puto, quoniam illa lucidè narrauit, & memoriter intellexiſtis, vt æſtimo.

IAm dictis cupiens finem imponere, quatuor differentias in materia correctionis & punitionis peccatorum publicorũ inter nos exiſtentes, prout concipere poſſum, ſub Epilogo repeto. I. Prima, quia ponit omnia peccata mortalia eſſe punienda per cohibitionem pœnæ. Quod dico ad differentiam correctionis fraternæ. Et ego probaui oppoſitum. habeo enim legem diuinam, praxim Chriſti, & Apoſtolorum, ac primitiuæ Eccleſiæ, auctoritates ſacrorum Canonũ, & dicta ſanctorum Doctorum Auguſtini, Hieronymi, Gregorij, in lege diuina veraciter ſe fundantium, vt audiſtis. *Differẽtia inter proponẽtis & opponentis ſententias.* II. Secunda differentia: à quolibet Chriſti fideli peccata mortalia publica prælatorum & ſacerdotum, data eorum pertinacia, eſſe publicè corã laicis arguenda. Et ego poſui oppoſitum. Habeo Doctores, Albertum, Thomam, Richardum de media villa, Hoſtienſem, & nonnullos alios, qui dicũt, quod reſiſtere coram omnibus in facie ſuperiori, inferiorem non decet. Et quod Paulus hoc Petro non feciſſet, niſi aliquo modo par ei fuiſſet, quantum ad fidei defenſionem. Et ita dicit gloſſa, ad Galatas ſecundo, *Galat. 2.* ſecundùm quod diffusè monſtratum eſt. III. Tertia differentia, quia ponit, quod peccata mortalia publica prælatorum & ſacerdocerdotum ſunt prædicanda etiam coram populo. Et ego dixi, quod peccata perſonalia clericorum ſpecialia illi ſtatui, non ſunt populo nuncianda per prædicationẽ immoderatè, ſed cum ſobrietate & diſcretione, dum ratio indicat coram eo hoc eſſe faciendum: Dixi *perſonalia*, ad differentiam peccatorum populo directè nocentium, vt eſt infidelitas, & mala doctrina in moribus. Dixi, *ſpecialia illi ſtatui*, quod communia peccata illis & populo, poteſt prædicator arguere coram populo, poteſt & ea, quæ directa ſunt populi infectiua, modo ſuperius expreſſo. Sed perſonalia & propria ſtatui clericorum immoderatè aut cum exprobratione, vel improperio coram populo non ſunt per prædicatores arguenda. Prædicatio enim non fit pro peccato vnius perſonę, ſed multitudinis. Modò multitudo modeſtè & leuiter arguenda eſt, vt dicit B. Auguſtinus epiſtola ad Aurelium prius allegata, etiam quia talis contra finem, ad quem inſtituta eſt, militaret. Eſt enim ad correctionem & emendationem, & talis foret ad confuſionem magnam. IV. Quarta differentia, quia ponit, quod peccata mortalia publica quorumcunque, ſunt per poteſtates ſeculares coactiuè punienda, vbi correctio fraterna, vel generalis reprehenſio per prædicationem verbi Dei, non ſufficeret. Et in hoc, quod ponit de peccatis prælatorum, ſacerdotum, & Eccleſiaſticorum quorumcũq;, quia dixerat vniuerſaliter *quorumcunq;*. Ego poſui oppoſitum, & oſtendi, quod peccata perſonalia Eccleſiaſticorum, puta, quæ neq; fidem aut bonos mores, ex ſe inficiunt, aut ſubuertunt per doctrinam, exceptis etiam caſibus à iure poteſtate ſeculari conceſſis, nõ ſunt per eam pœnaliter punienda. Et habeo Scripturam ſacram, praxim Chriſti & Apoſtolorum, ſacros Canones, & dicta ſanctorum Doctorum, ſe in lege diuina veraciter fundan-

Digitized by Google

fundantium, vt in ſecunda concluſione, ſecundi puncti
diffusè probatũ eſt. Sunt & aliæ differentiæ, vna, quia ne- V.
gat legem humanam poſſe licitè punire reos mortis ſup-
plicio. Et ego probaui oppoſitum. Altera differẽtia eſt, VI.
quia negat indulgentias, & dicit eas in lege Dei non eſſe
fundatas. Ego autem probaui eas, fundamentum in lege
Dei habere, & *E*ccleſiæ auctoritate fuiſſe introductas, ad
magnam vtilitatem fidelium, ad honorẽ Dei & Eccleſiæ
profectum. Altera differentia, quia dicit, peregrinatio- VII.
nes eſſe ex inuentione hominum, idololatriam ſapere &
ſuperſtitionẽ. Ego probaui oppoſitum, & oſtendi, quod
in lege veteri fuerunt inſtitutę & p̃ceptæ, & à Chriſto Sal-
uatore obſeruatæ, & à Sanctis ſollicitè vſitatæ, & ſatis ex-
tensè, vt audiuiſtis. Altera differentia, quia ponit, quod VIII.
literæ fraternitatum nõ videntur à Domino Deo noſtro
Ieſu Chriſto introductę, neq; ab Apoſtolis conceſſæ, aut
vſitatæ, ſed magis videntur deteſtandæ, cum per talia
ſophiſmata lex Dei ſufficiẽs ad populum fidelem regen-
dum, contẽnatur. *E*t ego dixi & probaui oppoſitũ, quod
hæ ſunt in Scriptura fundatæ. Alia differentia inter nos IX.
eſt, in abſolutionibus & excommunicationibus, vt audi-
ſtis, exceſſus aggrauauit, tantum ignem zeli ſuccendit, vt
ſi ita foret, vt vult, *E*ccleſiaſtica Hierarchia turbaretur,
tumultuaretur ignobilis contra nobilem, puer contra ſe-
nem, apertus eſſet puteꝰ diſſenſionũ, abyſſus ſcandalorũ.
Surrexi igitur, vt ignẽ mitigarem, non exſtinguerẽ, cor-
rectionẽ peccatorũ non tollerem, ſed ordinarẽ. hæc mo-
dificatio, quę per me dicta eſt, eſt aqua flãmam ſub olla, de
qua ab initio, remittens, vt peccata per diſciplinam arde-
ant, ſed ſuccendentes prunas nõ conſumant. Corrigan-
tur peccata, permaneat Eccleſiaſticus ordo, & debito
gradu cuncta ſubſiſtant. Si paululum dilectus meus faber

ſuccendere deſinat, modū ponat in vindicta peccatorū, mecumq; de indulgentiis, & aliis prædictis ſentire velit, deſinam aquam moderationis aſpergere ſecum, vt alter fabrum ignem moderatæ punitionis peccatorū ſufflabo, vt in olla ardēte verſa ad faciē Aquilonis, peccata vt poſſibile eſt, vrātur. *E*t ſi ſibi videatur aqua mea amara, quia aqua cōtradictionis eſt, erit tamē ſibi, vt aqua Syloe, quæ vadit cum ſilentio. Paratum auxiliū in hac ſacra Synodo eſt ſitū. in modo correctionis vnanimes ſumus, qui, quod corrigenda ſunt vitia, concordamus. Expurgabit in olla charitate Chriſti ſuccenſa peccatorū rubigines. *E*t exibit opus eius de fornace ignis, vt vas puriſſimum, erit Eccleſia in camino hoc ignis examinata & purgata, vt non iam ſint columbę Chriſti vnicæ ſpōſę eius, id eſt, * *E*ccleſiæ, pennæ deargentatę & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Sed de auro mundo veræ charitatis, vt fulgeant iuſti, & tanquam ſcintillæ in ardimento diſcurrant. Quod nobis præſtet in commune, in cuius nomine congregati ſumus, Dn̄s noſter Ieſus Chriſtus, cui cum Patre & Spiritu ſancto eſt imperium, honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Alterū exemplar habet, etiam.

Pſalm. 67.

Sapien. 3.

* Explicit reſponſio articuli ſecundi, videlicet de punitione peccatorū publicorū mortalium, facta in generali Concilio Baſilienſi, per Magiſtrum Ægidium Decanum Cameracenſem.

** Ita alter codex m. ſ.*

AD LECTOREM.

Reliquæ duæ orationes in Concilio Baſilienſi habitæ, dabuntur in Tomo 4. Antiquæ lectionis: hîc enim ob ꝓlixitatē, iungi non potuerunt. Cōmodè autem interſitur hîc diſputatio cum Rokyzana, qui in fine & Raguſini & huius primæ orationis eius meminit.

DISPVTATIO
CAPITVLI ECCLESIÆ PRAGENSIS,
CVM
ROKYZANA,
De
HVSSITICIS CONTROVERSIIS,
Habita per dies quinq;, Anno M. CCCC. LXV.
CORAM
GYRZIKONE SEV GEORGIO REGE BOHEMIÆ.

Nunc primùm è manuſcripto edita,
& notis illuſtrata,
AB
HENRICO CANISIO SS.
CANONVM PROFESSORE INGOLSTADII.

Digitized by Google

Vide Cochlæi hiſtor. Huſſitarum, lib. 12.

ANNO Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, ſexageſimo quinto, in die Purificationis B. Mariȩ Virginis facta eſt magna congregatio dominorum Baronum, Militum, Clientũ, & Ciuitatum regni Bohemiæ, per dominum Regem. Et electi ſunt ex toto regno primùm ex Conſularibus Regis, deindè potiores terrigenæ ex parte Catholicorum quadraginta quinq;, ex parte Rockenzanæ totidem, & de ciuitatibus vtriſq; bini & bini. Conuocatiq; ſunt Decanus & Capitulum Pragenſ. & Rockyzana cum presbyteris ſuis ſimiliter in ſtuba maiori Curiæ regalis. Et die ſeptima Februarij, hoc eſt, feria quinta poſt Purificationem Mariæ, hora XV. cùm iam omnes enumerati fuiſſent, & conueniſſent in loco prædicto, poſitus eſt Decanus cum Doctore Prædicatorum, & ſuis confratribus, ad partem ſiniſtram Regis, & Rockyzana ad dextram, in eminentiori loco, ſicq; Rex habito ſilentio locutus eſt, Quod cùm poſiti fuimus in ſolio regni, ſemper quærebamus pacem, & ea, quæ fuerunt pacis & vnitatis. Et quia annis omnibus iſtis, ex vtraq; parte ſacerdotum multæ conqueſtiones & accuſationes coram me fuerunt depoſitæ, & per magiſtrum & Decanum multoties rogatæ, vt emendarentur, Nos nolentes amplius ſimilia pati, fecimus congregari hanc congregationem; & eligere iſtos aſſeſſores, vt eos audiamus & audientes, quantum poterimus, cum Deo, pacē inter nos faciamus, & alia plura ſimilia multum extendit. Deindè mandauit, vt quæ ſunt neceſſaria, proponerentur, Poſt hoc Rockyzana loqui cœpit, ponens fundamentum ſermonis ſui: Quod cùm Bohemi quatuor articulos defendere inſtituiſſent, ſicut veritates cognitas, multa bella geſſerunt, & proſperati ſunt. Deindè cùm fuiſſent hæreticati, volentes fidem noſtram toti mundo apertam facere, comparuimus in Concilio Baſilienſi, & ibi ſufficienter probauimus; & compactata facta ſunt, nō propter nos; cùm innitamur fidei & legi Dei, ſed propter iſtos, vt non hæreticaremur; & ſi quando nos impedirent, quòd poſſemus eos ammonere, vt teneant nobis. Et quoniam nobis fit impedimentum per iſtos, demonſtrato capitulo, & multa faciunt mala in iſta terra, cùm tamen per compactata pax eſt in terra introducta. Et ideò veſtræ Serenitati gratias agimus, quod de bono pacis curatis, & nos libenter volumus ſeruare compactata. Poſtea Decanus cum Capitulo petierunt deliberationem, qua habita, ita locutus eſt Decanus: Terra Bohemorum terra iocunda, fœcunda, & ſana, quam Dominus in naturalibus, in fortuitis multipliciter reſpexit, habetq; pinguem glebam, ſanam auram, homines fortes & ingenuos, cùm adhuc eſſet in paganiſmo, deinde Dominus Deus reſpexit illam, & inſpirauit in cor patronorum noſtrorum Cyrilli & Methodij, qui erant apud Summum Pontificem, vt deſcenderent ad terram Bohemiæ & Morauiæ, & ad fidem conuerterent; quod & factum eſt; vbi ſtatim ſub obedientia Papæ & Romanę Eccleſiæ Bohemi conuerſi ſunt, & Eccleſia Pragenſis facta eſt Collegiata, & fuit ſubdita diœceſi Belgradenſi. Poſtea Boleſlaus * Sæuus ordinauit Epiſcopatum Pragenſem, ſcilicet Dithmarum de Saxonia monachum, qui miſſus eſt à Ioanne Papa ad Bohemiam cum literis Apoſtolicis ita continentibus:

* Sanctus

Mittimus ad vota Epiſcopum, & Eccleſiam Pragenſem in Cathedralem erigimus, mandantes vt non ſecundùm ritum Græcorum, ſed ſecundùm ritum Romanæ Eccleſiæ diuina officia celebrentur, &c.

Digitized by Google

Deinde Bohemia creuit vſq; ad Reges & Imperatores, qui omnes ſub obedientia & ritu ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fuerunt. Succeſſit poſtea feliciſſimæ memoriæ Carolus Imperator, qui regnum & Eccleſiam Pragenſem dilatauit, Archiepiſcopatum procurauit, ſtudium fundauit: filius ſuus VVenceslaus idem fecit, & ſemper ſub obedientia Romanæ Eccleſiæ. Deinde tempore VVenceslai Dominus Deus permiſit in terram, quod ſacerdotes fuerunt infecti ex literis VVickleff, qui venerunt ad illam terram, per quoſdam ſtudentes, qui miſſi fuerunt ad Oxoniã ad ſtudium, & ibi conquæſitis libris falſauerunt litteras commendatitias per VVickleff, & ad Bohemiam deportauerunt. Et ita his & aliis cœperunt legere. Deinde Rex VVenceslaus, & Archiepiſcopus cum Doctoribus videntes periculum fidei, conſilium fecerunt, & congregationem terræ, & ibi domini Barones, & alij cum Rege ita concluſerunt, quia peſtifera materia * diſcuſſionis ſuborta fuit in regno & clero Bohemiæ, vt illa amputetur, & pręſertim in tribus, Rex cum Baronibus fecit profeſſionem & publicationẽ fidei. Primò, ꝙ communitas cleri in regno Bohemiæ de ſeptem Sacramentis, de clauibus Eccleſiæ, de ritibus & libertatibus, de Indulgentiis & religionibus Eccleſiaſticis, nõ aliter credit & tenet, quàm S. mater Eccleſia, cuius caput eſt Papa, corpus verò Cardinalium collegium, veri ſucceſſoris, & manifeſti principis Apoſtolorum B. Petri, & aliorum Apoſtolorum, in oĩ materia Eccleſiaſtica diffiniendi, corrigendi, & ꝙ non poſſunt dari in terra alij ſucceſſores in officio, quàm Papa in loco B. Petri & Cardinales in loco collegij Apoſtolorũ. Sed quidam de clero regni Bohemiæ ſunt his contrarij, dicẽtes: Condemnationem 45. articulorum, quorum quidam ſunt erronei,

f. diſſenſionis.

quidam

Digitized by Google

quidam hæretici, & quidā ſcandaloſi, eſſe minus iuſtam: & nolunt credere, quod ſententiæ VVickleff ſunt falſæ, non attendētes dictum B. Auguſtini, in libro de fide Catholica dicentis: Si quis aliquas Scripturas p̄ter eas, quas Catholica Eccleſia recipit, vel in auctoritate eſſe habendas aliter crediderit, vel veneratus fuerit, anathema ſit. Secundò, ꝙ communitas cleri in regno Bohemiæ, cum cōmunitate totius cleri in toto mundo ſemper credit & tenet fideliter, ſicut S. Romana Eccleſia, & ꝙ in omnib. ſtat determinationi Romanæ Eccleſiæ, cuius caput eſt Papa & cœtus Cardinalium corpus. Sed quidā de clero Bohemiæ ad hoc non conſentiunt, ſolam Scripturam ſacram in ſimilibus materiis ꝓ iudice habere volētes, & illā interpretantur iuxta capita ſua, non aduertentes Scripturam ſacram Deut. 17. Si difficile & ambiguū apud te perſpexeris inter ſanguinē & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non leprā, & iudicum intra tuas portas videris verba variari, ſurge & aſcende in locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesq; ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quęresq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatē, & facies quæcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerit te iuxta legem eius, ſequerisq; ſententiā eorum, nec declinabis ad dextram, neq; ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui ęo tempore miniſtrat Deo tuo: ex decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malū de Iſraël: cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. hæc ibi.[d] Conſtat autem cuilibet fideli, Romanā Eccleſiā eſſe locum, quem elegit Dn̄s, vbi Eccleſiæ totius poſuit principatū, in qua ſummus ſacerdos, qui præeſt loco, eſt Papa, & Cardinales ſunt ſacerdotes Leuitici generis, ad quos in materia fidei eſt recurrendum.

24. q. 1. Hæc eſt fides, c. 9.

Vnde Hieronymns ad Damaſum Papam XXIV. quæſt. prima. Hæc eſt fides, *Papa* beatiſſime, quam in Eccleſia Catholica didici, quamque ſemper tenui, in qua ſi minus peritè aut parum cautè fortè aliquid poſitum eſt, emendari cupimus à te, qui Petri Sedem tenes & fidem. Si autem hæc noſtra confeſſio apoſtolatus tui iudicio comprobatur, quicunq; me culpare voluerit, ſe imperitum aut maleuolum, vel etiam non Catholicum, ſed hæreticum comprobabit. Tertiò, quod communitas cleri in regno Bohemiæ ſentit & tenet cum communitate totius cleri in mundo Chriſtiano, ſicut ſancta Romana Eccleſia ſecundùm doctrinam Euangelicam, Apoſtolicam, & ſanctorum Doctorũ: quod Sedi Apoſtolicæ, Romanæ Eccleſiæ & Prælatis eſt obediendum per inferiores in omnibus quibuſcunque, vbi non prohibetur purum bonum vel præcipitur purum malũ, ſed medium quod pro loco & tempore vel perſona poteſt & bonum eſſe & malum; iuxta ſententiam Saluatoris Matth. 23. Omnia quæcunq; dixerint vobis, facite. Quidam autem de clero regni Bohemiæ nolunt conſentire, conantes quantum in eis eſt, inducere fidelem populum ad inobedientiam, reſpectu Prælatorum, & ad irreuerentiam erga Papalem, Epiſcopalem, & ſacerdotalem, dignitates, non conſiderantes illud Auguſtini in ſermone, Abſit, dicentis: Si ieiunaueris, diebus ac noctibus orationem feceris, ſi in ſacco iacueris ac cinere, ſi nil aliud feceris, quàm tibi præceptum eſt in lege, & tibi ipſi viſus fueris ſapiens, & obediens patri non fueris, omnes virtutes perdidiſti. Nam obedientia plus valet, quàm omnes virtutes morales: hæc ille. Et quia conſtat Bohemiæ Reges, Principes, Barones, milites, communitates tam cleri, quàm populi ſemper obedientes fuiſſe, Et vt illa magnifica gloria in regno Bohemiæ conſeruetur, ſub grauiſſimis pœnis prouideatur, vt nullus de regno teneat, aſſerat, vel dogmatiſet aliter, quàm Romana Eccleſia in materia Catholica vel Eccleſiaſtica, & quod ſtandum eſt in omnibus determinatione Sedis Apoſtolicæ, & eidem obediendum in omnibus, in quibus non prohibetur purũ bonum, ſed medium præcipitur, ſeu prohibetur. Et ſi quis oppoſitũ faceret, vt grauis hoſtis, & inimicus præcipuus domini noſtri Regis habeatur; & per cenſuram Eccleſiaſticam eſt emendandus. Quod ſi corrigi noluerit, per brachium ſeculare eſt iudicandus. Item, quod nullus ſic errantem defendat aut protegat contra honorẽ Regis. Item, quod nullus teneat illos 45. articulos hæreticos, erraneos & ſcandaloſos, qui dãnati ſunt per vniuerſitatem Pragenſ. & per Facultatem Theologicam ſub pœnis excommunicationum, infamiæ, & periurij, & in prætorio ciuitatis Pragenſ. ſimiliter ſub pœna excluſionis interdicti ſunt. Hæc fuerunt per Regem VVenceslaum, & Barones regni prouiſa & mandata.

Quapropter Sereniſſime Rex, & vos Barones inclyti, diligite honorem regni, & talia eſſe non permittatis, & præſertim, quòd illius hæretici VVickleff libri hîc nominentur, legantur, vel deſcribantur, & præſertim in 45. articulis, qui damnati per vniuerſitatem Oxonienſem, Pariſienſem, & Pragenſem.

Incidit in verba Rockyzanna, quod VVickleff, qui arguebat ſuperbiam & concubinatum cleri, ideò receptus eſt in * abuſionem, & pro hæretico. Et ſicut dicit Hylarius, quod poſuiſſet articulos hæreticos erraneos, & ſcandaloſos, bone Rex, iſti ſunt articuli. Primò, quod decimæ ſint puræ Eleemoſynæ. Item, quod clerus non debet dominari ciuiliter. Item, ſi Rex eſſet in peccato mortali, non eſſet Rex. Sed iſtud intelligatur digne.

Hylarius ...... Qui recipis paleas recipe granum. Scis quid dicit de remanentia panis de Sacramento Euchariſtiæ?

Locus corruptus,

Rockyzana loquitur VVickleff ſcholaſticè, ſed vide quomodo ipſe 1. Corin. 11. ibi determinat Kyzizanovyſchy magiſter tamē ipſe expreſsè determinat in tractatu de *E*uchariſtia remanere panē, dicens: Confiteor corde & ore in hoſtia conſecrata remanere panē materialem contra Innocentium *P*apam, quod peſſimè fecit Innocentius mandans adorare illam hoſtiam, melius feciſſet, ſi mandaſſet adorare caput aſini, &c. Item expreſsè in illo ſermone, Aſcendente Ieſu in nauiculam, determinat remanentiam panis, & non ſcholaſticè, ſed ad intentionē Rockyzanna*: minus iuſtè damnatus fuit VVickleff in libris ſuis, & Žvvinek Archiepiſcopus *P*ragenſis, combuſſit libros ſuos, hoc fecit ſicut homo ignarus, immò de ipſo fuit cantio: Artibiskio abeceda Spalil Kmehij anvvieda, & poſtea iuit ad Vngariam ad Regis Bohemię fratrem, & ibi peſte eſt conſumptus. Et quod dicit, quod tempore Regis VVenceslai, magiſtri & Doctores ſic cōſuluerunt, hoc eſt verum; illi de aduerſa parte: ſed multi fuerunt boni viri, & docti magiſtri, qui non conſenſerunt, ſed ſtabant cum veritatibus cognitis non ſicut vos. Et parcas mihi, neq; iraſcaris.

Et extenſo digito oſtendebat dicens: Tamen tu, tu, & tu fuiſti cum veritatibus & receſſiſti, magiſter Stanisla' cum digitis Rockyzannę ad eum veniſſet, cōſtanti & alta voce reſpondit, clatzto mily buoh aby takoyvy vvill. Cui Rockyzanna pertinaci verbo etiam mortē ſibi imprecando ſubitaneam reſpondit, quod mori vellet antequam talis fieret.

Hylarius: interrogaui te vna vice, cum cōueniſſemus corā rege de hac quęſt. an receßiſti à veritate ad veritatē, vel à falſitate ad veritatē, alia mēbra negares, de falſo ad falſum, vel de falſo ad verū: Si primū dicis, cur me arguis? ſi ſecundum, damnas totum mundū, & tamen es contra cōpactata. Confiteor ego, ꝗ aliquando fui talis, ſed cum fui paruulus, ſapiebam vt paruulus, ſentiebā vt paruulus, ſed cū factus ſum vir, euacuaui ea, quę ſunt paruuli. Nōne S. Paulus dicit de ſe, quòd perſecutus ſit Eccleſiam Dei? Et B. Auguſtinus libro cōfeßionis dicit, ſe tardè ad Chriſtum rediſſe. Sed vt intelligas, quid ſit apoſtata, dicit vna gloſſa in c. de apoſtatis, ꝗ apoſtaſia eſt triplex, perfidiæ, inobedientiæ, & irregularitatis. Perfidiæ, qua quis peruertitur & recedit à fide, ſicut Iulianus apoſtata. inobedientiæ, qua quis præceptum ſui ſuperioris tranſgreditur, ſicut Adam præceptum Dei. Irregularitatis, qua quis ab ordine ſuo recedit. Quo igitur genere nos ſumus apoſtatæ, poteris cognoſcere…… tu genere inobedientiæ es apoſtata, quia tuis ſuperioribus obedire contemnis. Etiam eſſes apoſtata, quia communicaſti ſub vna ſpecie, & fuiſti in monaſterio M. Rockyzanna & magiſter de Ochavv communicauit, & magiſter Conrada ſimiliter cōmunicauit. Tunc negauit magiſter Conrada, ſed ciues Pilſnenſes illud conſtanter affirmabant, & in faciē eius volebant confiteri. Hylarius, quidquid fecit Zvvinek de illis libris fecit maturè, & habuit hōies doctos, Doctores & Capitulum, ſine quibus nihil faciebat, ſicut Papa nihil facit ſine conſilio Cardinaliū, & Rex ſine ſuo conſilio, ipſi viderunt, quod fuerunt articuli omnes hæretici, vel ſuſpecti de hęreſi & ſcandaloſi. Et quod allegas de decimis dicens, quod ſint puræ Eleemoſinæ, illud falſum eſt, quia decimæ ſunt debitæ iure diuino, & preſbyter poteſt eas repetere à nōdante; ſed eleemoſynarius nō po-

Lib. 5. c. 5.

De decimis.

Digitized by Google

eſt, eam Eleemoſynam repetere à non dante. ideò non ſoluens decimas, poteſt compelli per ius Eccleſiaſticũ, ſed non dans Eleemoſynam; non poteſt. *E*t propterea pauper non dicit, Ego te ammoneo. volo, vt mihi des Eleemoſynam. ſed rogat, ſicut dicit Ioannes gloſſator decreti, quod Eleemoſynario non competit actio, quamuis habeat ius ad Eleemoſynam. De dominio verò cleri ſufficienter tibi determinatum eſt in compactatis per duas concluſiones. Primò, quod talia non religioſi, ſeu qui ſe voto ad hoc non obligauerunt, licitè poſſunt habere & poſſidere quæcunq; bona temporalia, hæreditates paternas, aut aliorum, ſi eis relinquantur, & alia bona iuſtè acquiſita, ex cauſa donationis vel alterius liciti contractus vel arte licita. Secunda concluſio, quod Eccleſia poteſt habere & poſſidere bona temporalia, mobilia, & immobilia, domos, prædia, villas, & oppida, caſtra, & ciuitates, & in eis habere primatum & ciuile dominiũ. De Rege verò, ꝙ non poteſt eſſe Rex, ſi eſſet in peccato mortali, & illud expreſsè falſum eſt, quia cùm homo neſciat ſi odio vel amore dignus ſit, & nemo poteſt dicere, Ego ſum ſine peccato, iuxta Canonicam Ioannis; nemo poteſt eſſe Rex. *E*t ſicut dicit VVickleff, quòd vna vetula poteſt eſſe Rex vel Papa, quia melior eſſet, tunc illa vetula veniens poſſet dicere Regi, Surge de tuo ſolio, quia ego ſum dignior te. Et tunc dominus Rex ſubridens reſpondit: Putas, quod ego ei ſtatim recederem? Hylarius verò continuans dicebat: In hoc totus error VVickleff conſiſtit, quod officia ſecularia & Eccleſiaſtica cõſiſtere poſſint in merito, & non in auctoritate. Vtinam omnes Pontifices eſſent paris meriti cum ſancto Petro, bonum eſſet. ſed non ſuccedunt ſibi in merito, ſed duntaxat in officio, ſicut Rex noſter ſancto VVenceſlao, & Epiſcopus

De dominio cleri.

De Rege, ſi ſit in peccato mortali.

Pragenſis ſancto Adalberto, & tamen illi ſunt ſancti, de iſtis eſt adhuc dubium. Deinde rediens ad propoſitum Decanus dixit: Sereniſſime Rex, ſicut Serenitas tua optauit circa materiam compactatorũ Eccleſia Pragenſis, ſicut dixit ſemper fuit in obediẽtia Romanę Eccleſiæ; & quando iſta turbatio facta eſt in regno, tunc patres noſtri pulſi ſunt, vexati ſunt, quidã in puluerẽ redacti; & multa mala in iſto regno facta ſunt, & per quẽ illud fuit factum, intelligit veſtra Serenitas. Deinde Sigiſmundus Imperator miſertus terræ, fecit aliquos tractatus & vias, vt induceret pacem in terra, & ſacrum Concilium conſenſit propter bonum pacis ad illam intentionẽ, quod per hoc homines inducantur ad priſtinam obedientiã. nec erat intentio concilij illud perpetuò tenere. hoc dico ideò, quia ſic in curia Romana intelligitur & vbiq;. Et dico, quod compactata non ſunt facta propter nos, quia nunquam receſſimus ab obediẽtia, nec cum noſtris Prælatis aliquid de his factum fuit. Sed quia magiſter dicit, quod propter nos facta ſunt, tamen nos eis non indiguimus aliquando, quia ſemper fuimus ſub obedientia, de quo eſt ſermo; ſint ita, vt ſunt, vos videte, ſi ita tenuiſtis, & ſi vb . . . . manebunt. Nos autem rogamus veſtram Serenitatem, ſicut in priori conuocatione petiuimus, vt Serenitas veſtra nos & *Eccleſiam Pragenſem* conſeruet, ſicut prædeceſſores veſtri, quorum nullus nos arctauit ad obſeruationem illorum compactatorũ, quia nos ſemper ſtetimus, ſtamus, & ſtabimus ſub obedientia, & in praxi cõmunionis vnius ſpeciei, quoad fidelem populũ, & in ipſa viuimus & morimur, ſed & veſtrum Capitulum ſumus, & pro veſtra ſalute oramus.

Rockyzanna ſurgens proceſſit ad accuſationẽ Catholicorum, & ipſe primùm contra magiſtrum Valentinum, tunc præſentem, plebanum in VVudmia incepit, quomodo ipſe prædicaſſet, quod popiſmata dant ſacerdotes noſtri, & alia innumera cõuitioſa. Tunc aſſurrexit nobilis dñs Vlricus de Haſenberg, & locutus eſt. quod cum hic ſermo deueniſſet ad eum, volens certitudinem ſcire, obtulit illum, vt conſtituatur corã Officiali Eccleſiæ Pragenſis, corã Doctore, & quod Rex mittat aliquos ad audientiam, vbi iudicet illum Decanus, iuxta ſua demerita; & quod illa mulier non fuiſſet parata ad obiiciendum, & petiuiſſet dilationem. & ita res fuit dilata, & non ſtetit per eum. Rockyzanna verò fortiter inſtetit, vt audiantur teſtes ſtatim mulieris cõtra magiſtrum Valentinum. Sed Rex hoc interrupit, vt procedatur in aliis accuſationibus, & poſtea ad omnes ſimul reſpondeatur, cùm tempus comparationis partibus poſitum fuerit. Exhinc multæ accuſationes factæ ſunt cõtra magiſtrum Georgium plebanum in Sobieslavv, quas legit Thobias de ſancto Henrico, & ſimiliter contra magiſtrum Georgium, quod ordinaſſet de quodã ſacerdote de Dachavv, vt non intraret ciuitatẽ, & quod eſſet in fideiuſſoria cautione: Surgens autem magnificus dominus Roſarum multa bona & optima locutus eſt, iuſtificando magiſtrũ Georgium, & de illo presbytero in Dachavv, & quomodo Rockyzanna ſcripſiſſet aliqua ciuibus ſuis in Sobieſlauia, quæ non ſonant pacem & vnitatem, &c.

Deinde fuerunt accuſationes variæ & multæ contra plebanos multos. Tunc nobiles & generoſi domini, dominus Zdencko de Sternberg, dominus Leo Iudex regni, dominus de Rabiæ ipſum Rockyzannam multis & ingenioſis viis conuicerunt. Inter quas dominus Zdencko conuicit Rockyzannam de quodam dicto ſuo negato, quod Rockyzanna dixit ſibi, quod communicare

ſub

Digitized by Google

ſub vna ſpecie eſt ſatis ad ſalutem hominis æternam. Item dominus VVilhelmus de Rabiæ, poſtquam dominus Koſcka & Malavvetz & alij nonnulli ciues multa locuti fuiſſent, ſemper interrumpentes ſermonem Hylarij, & Kyzyzannovvsky prudenti vſus verbo dixit, ꝙ nos tanta & maiora loqui poſſemus, & noſtros iuuare, ſed aſſiſtimus domino Regi, nõ vt partem teneamus, ſed vt audiamus & conſulamus. Poſtea multæ accuſationes fuerunt lectæ contra Capiſtranos & in Piltzna, & in Pragenſi, deinde contra Hylarium & Kyzyzannovvsky. Poſtea Rockyzanna exhibuit quandam literam miſſilem, datam à domino Decano Pragenſi, cuidam ſacerdoti, in qua inhibuit ſacros liquores dare alteri ſub iuramento. Illam literam Hylarius non negauit, verum manifeſtè dixit, quod nulli dabo ſacros liquores, niſi ſit ſub obedientia. ſic hæc dies abſumpta eſt.

Altera verò die, ſcilicet feria ſexta, cum conueniſſent, cœpit Rockyzanna paucis de heri relictis loqui, & cõmunionem vtriuſq; ſpeciei cõmendare, & quomodo ipſe fuiſſet auctor compactatorũ, & graui labore eam euicerit, quod nõ ita ea de facili dimittat. Et ad eius verba dñs Koſcka & Trzkamolovvetz, & alij partis ſuæ multa pro obſeruatione compactatorum ſunt locuti. Et quia lecta fuerat litera, & concluſio Regis VVenceslai heri, ipſe etiam ad confirmationem dicti ſui, quod non omnes conſenſerunt domini extraxerat quandam literarũ copiam, multorum dominorũ Baronum, & prȩſertim Morauiæ, vbi facta eſt liga per eos, quod vellent inſtare coram domino noſtro ſanctiſſimo, vt communio vtriuſq; ſpeciei eis confirmaretur. Inter quos erat inſcriptus dominus pater domini Zdenckonis de Sternberg. Et cum ille dominus nominatus fuiſſet, tunc Rockyzanna dina dixit, ad dominum Zdenckonem. Ecce pater tuus. Cui dominus Zdencko, Quomodo ipſe tenuerit in fide, illud ſigillauit ſanguine ſuo apud VVilegradum, vbi interemptus eſt pro fide, cum iuuabat Imperatorē Sigiſmundum. Hylarius verò, captata beneuolentiâ ſecundùm ſuam conſuetudinem, ita locutus eſt: Rex Sereniſſime, magiſter iſte cum dominis ſuæ partis multa loquitur pro obſeruatione compactatorum ſuorum; reſpondimus iampridem Serenitati veſtræ, quod compactata pro nobis facta non ſunt, nec vnquam Eccleſia Pragenſis aliquid deliquit contra Eccleſiam Romanam, vt cum ea pacta faciat. & ibi ſatis materiam dilatauit. tamen vt intelligat, ꝙ ipſe cum ſuis nunquam tenuit, nec c tenet, volo in forma loqui, aſſumendo aliquot puncta de compactatis, in quibus expreſsè non tenentur: Dicitur primò in compactatis. inprimis recipimus vnitatem Eccleſiaſticam. Vnitas Eccleſiaſtica ſecundùm doctrinam Doctorum in capitulò primo de apoſtatis, & in c. Firmiter, de hæreticis, conſiſtit in tribus, ſcilicet in fide, in charitate & in obedientia. Et quia ex corruptione fidei fit hæreſis, ex corruptione obedientiæ fit ſchiſma, & ex corruptione charitatis fraternę, fit anathema & excommunicatio. Si igitur dicis, recepiſti vnitatem Eccleſiaſticam: ergo non fuiſti in ea, & ſic inducis hoc verbo ſuper Bohemos, quod prius fuiſſent extra vnitatem Eccleſiaſticam, & ſic in excommunicatione, in hæreſi, & in ſchiſmate. Ecce tua pulchra prouiſio honoris Bohemorum per compactata. Item dicitur, Eccleſiaſticam. Quæro à te magiſter, cum qua Eccleſia recepiſti vnitatem, non cum illa prædeſtinatorum, quia neſcis, an omnes in concilio fuerint prędeſtinati, & tamen cum illis recepiſti, qui fuerunt viſibiles repræſentantes Eccleſiam.

Item, etiam promiſiſti obedientiam ſacro Concilio, & Summo Pontifici, & Prælatis veſtris, ſicut patet in litera domini Alſonis inſerta in compactatis: & tamen expreſsè prædicas contra illam in ſermonibus tuis, & tui ſacerdotes. immò fui cum ſermone tuo ſemel, in die Paraſceues, vbi dixiſti inter preces, Proſcebolia Zapapezie apravvietzienſit Syvaproſte Zaoba: his verbis paruificando dignitatem Pontificalẽ, quod idem tenes de vnius poteſtate, ac ſi eſſent duo vel plures. Item, quandã cantionem hæreticam permittis cottidie cantare: Wierni Kieſtianæ, in qua ſunt aliqua puncta hæretica. Et vellem ſub magna obligatione probare, quod continet aliquot hæreſes. Similiter appellando Eccleſiam Scarioticam, beſtiam & meretricẽ, matrem tuam, cui promiſiſti obedientiam. Item, quia dicitur in compactatis: in omnibus præter vſum vtriuſq; ſpeciei. Quæ verò ſint illa omnia, ſunt expreſſa in executoriis compactatorum tempore Philiberti factorum Pragæ, quæ incipiunt, Petimus, ſic ſcriptum eſt, &c. Primò, quod ſeptem Sacramenta ritè & canonicè adminiſtrentur. Contra illud, & primò de Sacramento Baptiſmatis, quia baptizauit in vulgari Bohemico contra prohibitionem Eccleſiæ, & eius vſum. Item, compatres compellunt ad communionem, ſimiliter poſt communionem communicant paruulos. Item, circa illud Sacramentum & alia conantur auferre, & de facto faciunt, non permittentes adminiſtrationem Sacramentorũ in Eccleſia Metropolitana Pragenſi, contra omnem libertatem Eccleſiæ noſtræ, cum tamen omnia iura dicant, quod omnis Chriſtianus habeat tres ſuperiores, ſiue, vt dicam, plebanos curatos, Primò & ante omnia dominum noſtrum ſanctiſſimum, ſecundò dominum Epiſcopum diœceſanum, tertiò plebanũ ſuum.

à quolibet iſtorum poteſt homo omnia Sacramẽta recipere abſq; alterius requiſitione. Item, quod plus horrendum eſt, rebaptiſant eos, quos in Eccleſia Pragenſi baptiſamus, nõ credentes in Eccleſia Pragenſi Catholica eſſe Sacramenta, cùm tamen apud illam ſolã ſint & extra Eccleſiam Catholicam non ſit ſalus. Item, circa confirmationem ſunt quidam ſui ſacerdotes, ſicut Lupatz, & alij, qui dicunt, quod ſacerdos poteſt criſmare in frõte, quod eſt expreſsè contra Canonem, Quanto De cõſuetudine: & ibi eſt lectus expreſsè ille Canon. Item, circa confeſſionem ſacram prohibentes, vt prius dixi, ne aſcendant ad caſtrum, ad confeſſionem & pœnitentias, immò multi pro iniuncta pœnitẽtia, ita dicunt: Vade, & amplius noli peccare, & ad caſtrum ambulare. Item circa Sacramentum ordinis, quia heu ſacerdotes eius inordinatè ordinãtur in Italia, aut aliâs, vbi poſſunt, furtiuè extra tempora, extra ætatem, extra licentiam ſuorum ſuperiorum, ſymoniacè à ſymoniacis, à depoſitis, à ſuſpenſis, à degradatis contra formam Eccleſiæ, & iuramenta ſua, quæ exhibent ſuo ordinatori, vt patet in Põtificali, vbi iurant oẽs Canones obſeruare, Item quod erunt obedientes ſuo Epiſcopo & Eccleſiæ, &c.

Quomodo verò ordinantur in parte, mihi conſtat, cùm fui in Italia, & illud audacter dicere poſſum, quod quotquot ſunt ordinati in Cumaclia, quod omnes habent falſa ſigilla: Nam in litera ſtat Memardinus Epiſcopus Cumaclenſis, & in ſigillo ſtat Epiſcopus Cermenſis. Ecce concordia qualis? Circa Sacramentum Euchariſtiæ primò, quia magiſter mihi & nobis eſt multùm ſuſpectus de remanentia panis, niſi fidem ſuam publicè hîc confiteatur. Et hoc ex eo, nam ipſe in audientia multorum, in prætorio antiquę ciuitatis, vbi etiã & nos fuimus, dicebat, quod nulli Doctores determinant, an ibi remaneat panis vel non. Cui ſtatim reſtitit quidam ſacerdos Paulus plebanus ad S. Martinum Pragæ, & tamen oppoſitum expreſsè eſt poſitum in executoriis compactatorum, vbi dicit, Item, quod in Sacramento Euchariſtiæ poſt verba conſecrationis ſub ſpeciebus panis & vini eſt totus verè Chriſtus, & non remanet ibi ſubſtantia panis & vini materialis, ſic teneant & prædicent, &c.

Item, eſt expreſsè cõtra Eccleſiæ determinationem in capitulo Firmiter credimus, in c. Vna verò: vbi dicitur ita: Vna verò eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omninò ſaluatur, in qua idem ipſe ſacerdos eſt ſacrificium Chriſtus Ieſus, cuius corpus & ſanguis in Sacramento altaris, ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continẽtur, tranſubſtantiatis pane in corpus & vino in ſanguinem poteſtate diuina: vt ad perficiendum myſterium vnitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod ipſe accepit de noſtro. Et hoc vtique Sacramentum nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos, qui ritè fuerit ordinatus, ſecundùm claues Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus. Et vt Serenitas veſtra ſerenius intelligat, dicit gloſſa in capit. Marthæ, de celebratione Miſſarum, quod triplex fuit opinio de corpore Chriſti in Sacramento altaris. Prima, quod ſupplent Doctores, quæ tenet, quod ſimpliciter in Sacramento altaris non eſt aliud, quàm panis & vinum, & ꝙ ibi ſit ſolùm memoria paſſionis Chriſti. Hanc declarare eſt plus corda fidelium inficere, quia eſt gloſſa hæreſis. Secunda opinio eſt, quod ibi ſubſtantia panis & vini deſinit eſſe, & incipit eſſe corpus Chriſti & ſanguis. Tertia, quod ibi panis & vinum maneat, ſed poſt prolationem verborum, tunc fit ibi corpus Chriſti, ſubſtantia pa-

nis re-

Digitized by Google

nis remanente, ſecundùm quod tenebat Berengarius. Et ponunt exemplum de Saluatore noſtro, quando ſepultus fuit in ſepulchro ſigillato & clauſo, deinde reſurrexit: erat hora, in qua tranſiuit per lapidem illum ſigillatum, & ita fuit ſimul corpus Chriſti in lapide. Similiter quando Dominus noſter oſtio clauſo tranſiuit ad Apoſtolos, vbi quando intrauit, ſimul fuit in ligno corpus Chriſti, & hæc etiam eſt hæretica, de qua mihi ſuſpectus eſt magiſter & omnes eum ſequentes, niſi confiteatur: Quia quarta poſita eſt ſententia Doctorum ſecundùm fidem iuxta illud c. Firmiter, quod panis & vinum tranſubſtantiantur in corpus & ſanguinem Chriſti, accidentibus remanentibus & circumſtantibus per potentiam diuinam ibidem: & illam ſententiam Eccleſia approbat, vt gloſſa ibidem dicit.

Item, quia prædicat magiſter de medio Sacramento, & allegat illum Canonẽ, Comperimus, de con. di. 2. c. 12. Sed vt intelligas magiſter, & etiam auditoriũ iſtud: ſunt duo Canones in eâdem diſtinctione poſiti propter duos errores, qui fiebant circa communionem ſacerdotum in miſſa. *Erant* enim quidam ſacerdotes, qui non totiens ſumebant Sacramẽtum, quotiens conſecrabant, & cõtra illos loquuntur iſti Canones. peracta, vbi dicitur, Peracta conſecratione omnes communicent, qui noluerint Eccleſiaſticis carere liminibus, ſic enim Apoſtoli ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet Eccleſia. Alius Canon in c. 11. Relatum, ad idem dicit, ſicut patet in Rubrica, vbi dicitur: Quiſq; ſacerdos quotiens Miſſã celebrat, totiens ſacram communionem percipiat. Alij erant ſacerdotes, qui tantùm vnam ſpeciem ſumebant, & ab alia abſtinebant, & illi erant de ſecta Manichæorum, & contra illos eſt Canon alius Gelaſij, quem ſemper ſacerdotes

c. Comperimus explicatur.

Cap. 10.

tui, magiſter, ſiniſtrè pro laicis prædicant. Inſpice illum diligenter, & ſi quem vis Canonem intelligere, ſcire debes, quod quilibet Canon habet duo, vt dicunt Doctores, corpus & animam. Corpus Canonis eſt ipſe textus, anima verò eſt ſuus intellectus, ſecundùm ſenſum autem Eccleſiæ, corpus mortuum eſt ſine anima. Sic textus cuiuslibet auctoritatis nihil inducit ſine ſenſu Eccleſiæ. Cum igitur ſtat in decreto, in rubro, corpus Chriſti ſine eius ſanguine non debent ſacerdotes accipere, & gloſſa Ioannis addit: hoc intellige de conficiente. & rubrũ debet concordare cum nigro, ſicut hoc latè poſſet deduci, non debet iſte Canon intelligi de laicis, ſed preſbyteris conficientibus. Item tenet neceſſitatẽ Sacramentalem cõmunionis vtriuſque ſpeciei. * Non eram in ſermone ſuo vna vice, quando dicebat, quod ſicut fides eſt noſtra, credere quod Chriſtꝰ natus eſt de Maria Virgine, ita eſt fides noſtra, quod populus communis debet communicare ſub vtraq; ſpecie. Sed quia nullus ſaluatur ſine fide incarnationis, & ita nullus ſaluaretur ſine communione vtriuſq; ſpeciei, & tamen multi ſaluati ſunt ſine communione vtriuſq; ſpeciei. Et etiam dictum Baſilienſis Concilij dicit, Quod ſiue quis, &c. Item etiam, ſicut dicebas, magiſter, ꝙ magiſtri determinauerunt. tamen expreſsè habes in ſchedula, quã porrexerunt Legatis, vbi dicitur, Magiſtri quæſiti de neceſſitate, reſponderunt, quod adhuc eſt eis dubium, an cadat ſub præcepto, & ſub quali præcepto, & quod neſciunt, an ſit hoc alicubi determinatum per Concilium. Sed quia iam eſt determinatum per Concilium Conſtantienſe, & ſic non facit dubium. Item, cõmunicando facit omninò cõtra cõpactata. Nam expreſsè dicitur in compactatis: cõmunicabunt illi, qui talem vſum habent, ſed paruuli non vſum habent: ergo

Forſan: Nam.

nec poteſt dici, cùm ſemel vel bis recipiunt, quod habeant iam vſum, quia ſi non habent rationem, vſum habere non poſſunt, cùm vſus & conſuetudo propriè ſumpta, ſolùm ſit circa ratione vtentes, quod non habent pueri. Item dicunt compactata, qui habent: non dicit, habebunt, ſed qui habent de præſenti. Item inferius in compactatis dicitur, communicabunt illas perſonas, quæ in annis diſcretionis conſtitutæ reuerenter poſtulauerint. Item, quia non fuit de mente Concilij, nec ſuorum legatorum. nam cùm ſciuit Concilium, quod cùm communicarent paruulos Bohemi, ſtatim ſcripſit Imperatori Concilium, mandando ſibi, & requirẽdo, quod communionẽ paruulorũ caſſare faciat in regno Bohemię, & nullo modo practicare permittat, & ibi* lata eſt bulla Cõcilij miſſa Imperatori. Item, legati ſuper hoc interrogati reſponderunt, quod nihil haberent in cõmiſſis de communione paruulorum. Et ſi eis eſt conceſſa, quare altera vice equitauerunt ad Baſileam, magiſter Pizibram, cum magiſtro Procopio. Item, nõ faciunt ſecundùm tenorem compactatorum, quia nunquam dicunt communicantibus, quod non ſub ſpecie panis caro tantùm, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integer & totus Chriſtus. Ipſi verò oppoſitum dicunt eſſe ſub prima ſpecie medium Sacramentum, & prædicant, quod ibi non eſt totũ corpus. Item, quia cõmunionem ſub vna ſpecie in ſermonibus ſuis vocant ſacrilegam & Manichæam, & ſic hæreticã, & ſacerdotes Catholicos de medio Sacramento vocant. Item ſacerdotes tui nõ orant horas canonicas, iuxta rubricam diœceſis, ſed ſimpliciter ſurgentes lauant manus, & vadunt ad altare. Interdum etiam campanator pulſat, & ſacerdos adhuc eſt in lecto. Item de imaginibus, iam mundus ſcit, quomodo tenent, & quid ſit de eis, qualis

Lecta.

iniuria irrogatur Deo in ſigno ſuo venerabili, ſicut actũ eſt in ponte Pragenſi, & alibi. Item de aqua benedicta, quamuis habetis eam in porticibus Eccleſiæ, tamẽ idem eſt vobis, ac ſi non eſſet benedicta, quia ego te audiui magiſter ſemper prædicantem, quod ſi te perfundas cum vrceo, nil tibi proficit. Scio enim quòd aqua eſt, ſed benedicta, & iuxta ſententiam ſancti Thomæ, & aliorum Doctorum, homo peccator recedendo à Deo, per peccatum, inferior fit omni creatura. Si igitur veniam petit, & conteritur per pœnitentiam, aſpergendo ſe aqua benedicta, cinere vel ſale, &c. vt ſe oſtendat humilem Deo, ſubiicit ſe etiam iſti minimæ creaturæ, in qua eſt nomen Domini inuocatũ, ac ſi dicat: Hæc humilis creatura gutta aquæ, aut cineris pugillus, purificata per nomen Domini dignior eſt me peccatore, & ego me illi propter nomen Domini inuocatum, & propter peccata mea, ſubiicio. Ita fit Diabolo iuxta ſententiam Alberti, quod cum vilior effectus ſit omni creatura, & ita campana, herba, incenſum, candelæ benedictæ, fugant aëreas poteſtates, vt qui ſummo Deo ſuperferri voluit, ſubdatur minimæ creaturæ. Item Miſſas legitis in vulgari, contra illam executoriam compactatorum, & quod plus eſt, extra tempus à iure conceſſum, quia ante diem; immò ante diluculum matutinũ celebratis. Item, etiam poſt horam diei ſextam, vel in meridie abſq; licentia ſedis feria ſexta contra Canonem illum, Nocte ſancta, de con. d. 1. c. 48. Similiter feria ſexta magna canitis Miſſam de ſancta Cruce, vbi in illa die in Miſſa confectio Euchariſtiæ eſſe non debet. Item, oſculũ pacis datis. Item dicitur, ibi quod fuit inſtitutio debita plebanorum à quo inſtituitur, vel confirmatur. Et tu magiſter primus es, qui vnitatẽ Eccleſiaſticam diuiſiſti. Cùm enim ſit vnus Epiſcopatus,

Aqua benedicta.

quia vna diœceſis Pragenſis,tu vſurpaſti pro te preſbytetos tuæ partis, & feciſti tibi conſiſtorium , & nominas te adminiſtratorem, & vteris ſigillo mortuo. Dic mihi rogo, qua auctoritate adminiſtras, & illud officiũ exerces? Non potes dicere à Conrado, quia ille propter exceſſus ſuos depoſitus fuit,& caruit adhuc viuens adminiſtrandi poteſtate. Cui fuit ſubſtitutus Epiſcopus Olmucenſis, dominus Cmiſſo. Vnde ex commiſſione domini Eugenij Papæ patet expreſsè, quod ſibi data eſt & cõmiſſa adminiſtratio. Et poſtea tamen fuit in regno Philibertus, qui per ſe exercuit adminiſtrationem , & quando eam tibi commiſit oſtendas , cum omnes ſacerdotes à die receptationis campactatorum vſq; ad diem, quo introiſti Pragam & diuiſiſti clerum & populũ,ſemper habebant reſpectum ad Eccleſiam Pragenſem. De ſigillo verò,quo vteris, dico, quod mortuum eſt, & exſpirauit cum illo, cuius erat. ſic ſigillum Ladiſlai, quod nunc quis haberet, nullius eſſet roboris & valoris. Mortuo enim principali, moritur acceſſorium. Iſti enim ſunt defectus tui, & tuorum ſacerdotum. Cum igitur illa omnia emendaueris, ita quod dimiſſo tuo conſiſtorio habebis ad Eccleſiam reſpectum,& tui ſacerdotes, & dimittes communionem paruulorum,cantum vulgarem,& alia corrigas,quę ſunt corrigenda,ex noſtra parte non deficiet ad illa ſe habere, quæ ſunt pacis vnitatis & charitatis. Poſtea multi articuli lecti ſunt contra ſacerdotes eius diuerſos, de ſermonibus,quos eſſet nimis longum enarrare. Quo finito fecit Rockyzanna multum & longum ſermonem , incipiens ab exordio, quoniam iſta ſacratiſſima veritas ſit fundata in lege,Euangelio, & praxi Chriſti,& quod in Concilio frequenter quæſiuit, vt dicerent ſibi, quando communio vtriuſq; ſpeciei ſit depoſita,& in quo Concilio,&

quod nunquam ſibi fuit oſtenſum. Deinde proceſſit ad multas auctoritates, & primò & longiſſimè locutus eſt de Alberto; probando, quod aliæ gratiæ dantur ſub prima, & aliæ ſub ſecunda. Item poſtea longè dixit de ſermonibus ſancti Thomæ, ponendo multiplices effectus ſanguinis Chriſti, & totũ retorquebat, quoad ſpecies. Item poſtea etiam quoad effectus, declarauit ex verbis conſecrationis, quoad calicẽ, vbi ſtatim doctor Kyzyzanovvſky dixit, Magiſter, nõ eſt licitum, nec conueniens, quod myſteria diuina occulta aperiantur coram populo. Et ita declaratis illis gratiis, exclamauit magna voce, quod populum fidelem ſpoliamus gratiis, & ſalute animarum. Item, allegauit Innocentium, quod ſub prima ſpecie nõ bibitur ſanguis Chriſti. Item Chryſoſtomum de gratiis. Item, ibidem totum reſoluebat, quod dominus præcepit hîc manducare, & hîc bibere. Item, inſtabant Doctores frequenter, vt confiteretur fidem de venerabili Sacramento, an panis ibidem remaneat. Vnde pulſatus dixit: Iam ego ſemel confeſſus ſum coram Imperatore, non oportet, ꝗ plus dicam. Et ſurgens Malovvtz dicebat, Et recordor, & fui circa illam confeſſionẽ fidei. Et cum inſtarent ambo Doctores, vt adhuc confiteretur, nihil plus volebat dicere, ſed dixit, Ad veſtram voluntatem illud non faciam. ego habeo bonam fidem.

Sabbato de mane iterum conuenerunt, vbi Rockyzanna heſternum ſermonem continuando dixit: Multa heri locutus eſt Decanus de poteſtate Papæ, de plenitudine eius, & quomodo ampliat poteſtatem eius. Ecce Canones, quod illa, quæ ſunt in Euangelio & Prophetis, illa mutare non poteſt. & allegauit illum Canonem: Sunt quidam dicentes 25. q. 1. c. 6. Similiter non ſolùm Euangelium, ſed etiam vnam terrulã Eccleſiæ, vt in Canone, Non liceat, 12. q. 2. c. 20. & plurima alia contra poteſtatẽ Papæ allegando Origenem, quod omnia debent per nouum & vetus teſtamentum ſolui, & interpretari, quidquid autem reſiduum eſſet in tertium diem igne conſumi, id eſt, cõmittere intellectui & interpretationi Spiritus ſancti, & amplius ſe de hoc non ingerere. Item de communione vtriuſq; ſpeciei plurimas auctoritates, introducebat, & ſpecialiter, quod diſtinctæ gratiæ dantur ſub prima, & aliæ diſtinctæ ſub altera, & quomodo communio vnius ſpeciei non fuiſſet tempore primitiuæ Eccleſiæ, neq; tempore Apoſtolorum, replicauit auctoritates ſuas, dicens: Qui me inculpaſti, quod ego dixerim, communionem vnius ſpeciei eſſe medium Sacramentum, non me redarguas, ſed Doctores, qui ſic poſuerunt, & non recordor, quod dixerim medium, ſed quod non integrum, & allegauit Innocentium tertium, & iterum Canonem, Comperimus, & quendam VVilhelmum de monte Lauduno, quod in quibuſdam Eccleſiis cum pane & vino communicatur, id eſt, cum integro Sacramento. Item ibi ſibi apparentiam facere voluit, inducere volens ex hoc, quod ſex Sacramenta tantùm haberemus cum medio. Item, quod ſacrilega ſit, redargui iuſſit legere Canonem, Comperimus. Item, de pluralitate gratiarum Thomam & Albertum, & ibi dicebat, quantum damnum fidelibus faceremus ſubtrahentes, & ſpoliantes eos illis. Item, quod Manichæi ſic incepiſſent communicare, Leonem Papam allegauit in ſermone, Prædicaturus. Item, quod ipſe crederet, quod ſub vtraque ſpecie totus Chriſtus eſſet, & ſumeretur corpus & ſanguis, ſed nec manducaretur corpus ſub ſpecie vini, nec ſanguis biberetur ſub ſpecie panis. Doctores modo ſuo allegabat Innocentium, Thomam, &c.

& ſic muniebat communionem vtriuſque ſpeciei auctoritatibus Doctorum, inſtitutione Chriſti, praxi Apoſtolorum vſque ſanctorali de ſancto Andrea. deinde fuit liber allatus, vt videatur. Tunc Decanus ſic locutus eſt: Primùm & ante omnia proteſtamur, quod credimus, dogmatiſamus, & practicamus ſacroſanctam communionem vnius ſpeciei fidelibus populis eſſe dandam, & ſufficientiſſimam ad ſalutem hominum, & in ipſa eſſe plenitudinem diuinitatis, cum omnibus gratiis, ſicut credit, dogmatiſat & practicat ſancta Romana Eccleſia mater noſtra. Item, cum eadem ſancta mater Eccleſia finem litibus, & omnibus diſputationibus de hac materia ſufficienter impoſuerit, non intendimus ampliùs, nec eſt noſtræ Facultatis reuocare in dubium, & de eo diſputare, quod concluſum eſt, & receptum per ſanctam Romanam *E*ccleſiam. *E*ſt enim homo quilibet inimicus Eccleſiæ, qui dictis & concluſionibus ſtare non vult. Nam dicit beatus Nicolaus Papa, 22. diſtinct. c. 1. Omnes, Omnes ſiue *P*atriarchij cuiuſlibet apices, ſiue Metropoleon primatus, aut Epiſcopatuum Cathedras, ſiue *E*ccleſiarum cuiuſcunque ordinis dignitates inſtituit Romana *E*ccleſia. illam verò ſolus ipſe fundauit, & ſuper petram fidei mox naſcentis erexit, qui beato æternæ vitæ clauigero terreni ſimul & cœleſtis Imperij iura commiſit. Non ergò quælibet terrena ſententia, ſed illud verbum, quo conſtructum eſt cœlum & terra, per quod denique omnia condita ſunt elementa, Romanam ſanctam fundauit Eccleſiam. Illius certè priuilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Vnde non dubium eſt, quia quiſquis cuiuslibet Eccleſię ius ſuũ detrahit, iniuſtitiam facit, qui autẽ Romanę

Eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo omnium Eccleſiarum capite traditũ auferre conatur,hic procul dubio in hæreſim labitur. Et cum ille vocetur iniuſtus,hic dicendus eſt hęreticus. fidem quippe violat,qui aduerſus illam agit, quæ eſt mater fidei, & illi contumax inuenitur,qui eam cunctis Eccleſiis prætuliſſe cognoſcitur. Vnde ipſe ſanctus Ambroſius ſe in omnibus ſequi magiſtram ſanctam Romanam Eccleſiam profitetur. Ad idem dicit B. Gregorius in Canone, Nulli fas, 19. d. c. 5. Nulli fas eſt, vel velle vel poſſe tranſgredi Apoſtolicæ Sedis præcepta. Sit ergò ruinæ ſuæ dolore proſtratus quiſquis Apoſtolicis voluerit contraire præceptis ſeu decretis, nec locum deinceps inter ſacerdotes habeat, ſed extorris à ſancto miniſterio fiat, nec de eius iudicio quiſquam poſtea curam habeat, quoniam iam damnatus à ſancta & Apoſtolica Eccleſia ſua inobediẽtia atq; præſumptione à quoquam eſſe non dubitatur, quia maioris excommunicationis deiectione eſt abiiciendus,cui ſanctę Eccleſię cõmiſſa fuerit diſciplina, qui non ſolùm Prælatus ſanctæ Eccleſiæ iuſſionibus parere debuit, ſed etiam aliis, ne præterirent inſinuare. ſitq; alienus à diuinis & pontificalibus officiis, qui noluerit Apoſtolicis præceptis obtemperare. Ideò proteſtor, primùm,quòd hìc nihil intendimus dicere temerariè, quod eſſet contra ſanctam matrem Eccleſiam, nec diſputare ſuper iam concluſis, ſed illa recepimus,quæ illa recipit,& illa refutamus, quæ illa refutat. Sed quia nos vrget neceſſitas fidei, ne corda fidelium ſimplicia, ex verbis magiſtri in fide & communione vnius ſpeciei infirmentur, intendo de adiutorio Dei confiſus,de heſternis allegationibus reſpõdere, & fidem ſanctæ *Eccleſiæ* Dei explanare. *Primò* enim magiſter gloriabaris,quod ſibi non eſt reſponſum in Concilio,vbi

eſſet

Digitized by Google

eſſet depoſita communio calicis. Dico, quod non habemus neceſſe oſtendere, ſed tu magis, vbi cõmunio calicis eſt pro laicis inſtituta pro lege, & quod ſemper fuit practicata. Ego autem dico, & probo ſecundùm fidem, quod à Chriſto, ſecundùm doctrinam Euangelicam, & praxi eius, ex doctrina Apoſtolorum & eorum ex conciliis, & eorum Canonibus, & ex concordi ſententia omnium doctorum, & vſu Eccleſiæ laudabili, communio vnius ſpeciei eſt fundata quoad laicos & presbyteros non conficientes. Primo patet ex ſignis Chriſti quod dominus reficiens populos ex quinq; panibus & duobus piſcibus. Item quando refecit quatuor millia hominum de ſeptem panibus, nullibi legitur eos potaſſe, quod ſignificabat communionem vnius ſpeciei ad populum, & tamen creditur, quod in illis panibus & piſcibus fuerunt ſatiati & potati. Secundò probatur ex verbis Domini, vbi Ioannis 6. dixit ad populum vndecies de ſpecie panis, & de ſuo corpore, & ſanguine quater ſolùm: ſed nullibi de ſpecie vini, & de vtraq; ſpecie. Item ex doctrinis Chriſti primò, quando docens Apoſtolos orare dixit: ſic orabitis, *Pater noſter*, &c. *Panem noſtrum*, Lucas cottidianum, Matthæus ſuperſubſtantialem. Si ergò intelligimus Matthæum, ſuperſubſtantialem, non eſt dubium, quod intelligitur de corpore Chriſti, & nulla fit mentio de ſanguine Chriſti, ſub ſpecie vini, & tamen ſufficientiſſima eſt oratio dominica. Si verò ſecundùm Lucam dicimus cottidianum, etiam Doctores intelligunt de corpore Chriſti. Nam Auguſtinus dicit in libro de verbis Domini, 28. ſermone ſuper hoc verbo, Memini ſermonis mei, cùm de Sacramentis tractarem, dixiſſe me vobis, quod ante Chriſti verba panis dicitur, quod offertur: vbi verò verba deprompta fuerint, nõ iam panis dicitur, ſed corpus Chriſti appellatur. Idem ſermone de oratione dicit: Panis iſte quotidianus corpus Domini poteſt intelligi, quem cottidie accipio, ſine quo non poſſum ſaluari, vt ait Dominus in Euangelio: Panis, quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita. Ecce, qui vis in oratione Dominica panem petere, intellige, quid petis. Sacramentum namq; corporis & ſanguinis Chriſti petis. Hæc Auguſtinus. Vbi B. Auguſtinus dicit, quod ſub nomine panis petitur corpus & ſanguis Chriſti. Et ſi hoc non ſufficeret ad ſalutem, debuit Dominus dicere, panem & vinum noſtrum cottidianum da nobis hodie. Tertiò apparet ex operibus Chriſti. Nam ſecundùm Lucã, cùm Dominus poſt ſuam reſurrectionem illis duobus diſcipulis in Emaus apparuiſſet, & Scripturas aperuiſſet, diſcubuit cum eis; & accepto pane benedixit, fregit, & porrexit eis, & euanuit ex oculis eorum, & cognouerunt eum in fractione panis. Et ſecundùm omnium Doctorum ſententiam intelligitur, quod dederit eis corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpecie panis, nec poteſt intelligi, quod dedit eis ſub ſpecie vini, quia aut ante dediſſet, & tunc nõ ſecundùm inſtitutionem cœnæ; aut ſimul, & hoc Eccleſia prohibet, quod detur intincta Euchariſtia; Aut poſt, & hoc nõ ponit Euangeliſta, & ſi fuiſſet, poſuiſſet, ſicut ponit in cœna, nec datur ratio diuerſitatis. Item, quia iſta tria, fractio, cognitio, euanitio fuerunt ſimul ita, quod poſtquam fregit, cognitus eſt, & quando cognitus eſt, euanuit, & quando euanuit ſub altera ſpecie eis non dedit, quàm iam ab eis receſſit. Item probatur ex praxi Apoſtolorum, & ex eorum Actibus. Nam legitur de Apoſtolis, Actuum ſecundo, quod omnes, qui credebant, erant pariter cottidie perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis, & erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis & orationibus. Quod magiſter in ſcholaſtica hiſtoria tractans, & Lyra exponunt de Euchariſtia. Item Actuum 20. de ſancto Paulo dicitur, vna Sabbathi, cùm conueniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſputat cum Iudæis, quod omnes Doctores exponunt vniformiter de Sacramẽto corporis Chriſti, & non fit mentio de altera ſpecie. Item B. Paulus communicauit ſocios ſuos ſub vna ſpecie in naui, Actuum 28. & B. Lucas actus B. Pauli non conſcripſit, niſi quod eum facientem vidit. Nam ait B. Hieronymus de viris illuſtribus, Quod Lucas Euangelium ſcripſit, ſecundùm quod ab Apoſtolis audiuit. Quod autem Dominus illis duobus diſcipulis ſub vna ſpecie dedit, & quod B. Paulus ſub vna ſpecie in naui communicauit Lucam & cæteros diſcipulos ſuos, eſt apertiſſimè Doctor, ſanctus Gręcus Ioannes Chryſoſtomus, per quem te magiſter validè defendis, qui ſuper c. 1. verbo Domini: Nolite ſanctum dare canibus, ita dicit: quia de Sanctis dicere recepimus, non eſt tacendum, Quoniam aliud eſt ſanctificatio, id eſt, ſvvatos cicla bozicho, Aliud eſt ſanctificatum .... Sanctificatio enim eſt, quod alterum ſanctificat. Sanctificatum autem alterũ ſanctificare non poteſt, quãuis ipſum ſit ſanctum, id eſt, poſvviczcene, vt puta, ſignas panem tuum, quando manducas. Sicut ait Apoſtolus, ſanctificatur enim per verbum Dei & orationem, ſanctificaſti eum, & non feciſti ſanctificationem. Quod autem ſacerdos de manu ſua dat, non ſolùm ſanctificatum eſt, ſed etiam ſanctificatio eſt, quia non ſolùm datur hoc, quod videtur, ſed etiam, quod intelligitur, de ſanctificato ergò pane & animalibus licitum eſt iactare, & infidelibus

Chryſoſt. in opere imperfecto, hom. 17. in Matth. ſub finem.

1. Tim. 4.

delibus dare, quia non ſanctificat accipientem. Si autem taliter eſſet, quod de manu ſacerdotis acciperet, quale eſt, quod in menſa manducatur; omnes de menſa manducarent, & nemo de manu ſacerdotis acciperet. vnde & non ſolùm Dominus in via benedixit panem, ſed de manu ſua dedit Cleophæ & ſocio eius. *E*t Paulus nauigans non ſolùm benedixit, ſed de manu ſuâ porrexit Lucæ & cæteris diſcipulis ſuis. Quod autem de manu ſacerdotis porrigitur, nec animalibus dandum eſt, nec infidelibus porrigendum, quia non ſolùm ſanctificatum, ſed etiam ſanctificatio eſt, & ſanctificat accipientem. hæc B. Chryſoſtomus. *E*x iſtis apparet omnibus manifeſtè, quia communio vnius ſpeciei habet fundamẽtum in lege, & in praxi Chriſti, & ſanctorum Apoſtolorum, vt exponit B. Chryſoſtomus. Item, quod communio vnius ſpeciei ſit ſacris Canonibus & Conciliis firmata, patet ex epiſtola B. Clementis in libro Conciliorum, Vbi dicitur: *S*i quis presbyter reliquerit parochiam propriam, & vocatus per *E*piſcopum redire contempſerit in ſua inquietudine perſeuerans iterum, vt laicus communicet. Item, diſt. 50. *S*i Epiſcopus. Item, l. 5. diſt. Si Euangelica: cùm dicitur ibi de laica communione, quod Doctores exponunt de corpore Chriſti. Innocentius & Vincentius exponunt, laica communio, id eſt, viaticum. Et Abbas, corpus Chriſti. Item, in Concilio Toletano ſic habetur. Cùm in diuino Canone nihil debet eſſe confuſum, nihil dubium, nihil etiam indiſcretum in collatione noſtri cœtus relatus eſt Canon Toletani Concilij primi, in quo præceptum eſt. Si quis acceptam à ſacerdote Euchariſtiam non ſumpſerit, velut ſacrilegus propellatur. nec adiecta eſt ibi diſcretio voluntatum, cùm & infidelis infideliter hæc talia agat, & fidelis accipiat fideliter,

Diſt. 50. Si Epiſcopus, c. 7. Diſt. 55. Si Euangelica. c. 13.

Concilium Toletan. 11. Canon, 11.

Canon, 14.

deliter, quod naturalis eum neceſſitas deglutire non ſinit. Solet enim naturæ humanæ infirmitas, in ipſo mortis exitu prægrauata, tanto ſiccitatis pondere deprimi, vt nullis ciborum illationibus refici, ſed vix tantundem illati delectetur poculi gratia ſuſtentari. Quod etiã in multorum exitu vidimus, qui optatum ſuis votis ſacræ communionis expetentes viaticum, collatam ſibi à ſacerdote Euchariſtiam reiecerunt, non quod infidelitate hoc agerent, ſed quia * propter Dominici calicis hauſtum traditam ſibi non poſſent hoſtiam deglutire, non infidelitate, ſed neceſſitate fecerũt. hæc Canõ. Ecce magiſter, quod tempore huius Concilij antiqui fuit cõmunio vnius ſpeciei. Et quod ſi non poterant infirmi primam ſpeciem deglutire propter ſiccitatem oris, non imputabatur eis ad ſacrilegium, nec dabatur eis calix Dominicus, vt eam deglutiant, quod tamen neceſſarium fuiſſet, ſi vnum ſine ſacrilegio dari nõ potuiſſet. Subſtitit & quieuit poſt hæc verba Decanus. Tunc locutus eſt Doctor venerandus Kzyzanovvsky in hæc verba. Quemadmodũ magiſter tangis poteſtatem Papalem & Eccleſiæ, de poteſtate eius & Eccleſiæ ſunt Scripturæ euidentiſſimæ Euangelij, & Doctorum. Primò de poteſtate B. Petri & ſucceſſorum, Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorũ. Quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit & ligatum in cœlis. Item Ioannis 21. Paſce oues meas. Item de auctoritate Eccleſiæ in figura Deuteronomij 17. Si difficile & ambiguum eſſe perſpexeris. Sicut eſt etiam allegatum per dominum Decanum. In Euangelio Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ inter te & ipſum ſolùm, quod ſi audierit te, lucratus es animam fratris tui. Si autem non audierit te, adhibe vnum vel duos, nam in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. Quod ſi non

Alij habent, præter.

Ioan. 21.

Deut. 17.

Matth. 18.

Dic Eccleſiæ. audierit te, dic Eccleſiæ. Ecce recurſus ad Eccleſiam.
dic Eccleſiæ, non primitiuæ, quia iam illa obdormiuit in
Domino. Non futuræ, quia iam nondũ eſt. Non præde-
ſtinatorum, quia illa ſola eſt Deo cognita. Et ſi nobis in-
cognita, ad eam non poteſt eſſe recurſus. Non Scriptu-
ræ, quia illam vnuſquiſq; pro libitu ſuo trahit ad ſuũ ſen-
ſum. Etiam ſicut magiſter legem vult habere iudicem,
quia ſi Biblia ponatur, non loquetur, iudicet ſed aliquis
ſecundùm legem. Sed Eccleſiæ dic, id eſt, paſtoribus
Auguſtinus. Eccleſiam regentibus. Et beatus Auguſtinus expreſſiùs
in tractatu de ſcientia ſalutis ita dicit: Credo, quod vir-
tus & efficacia Sacramentorum eſt tantùm in noſtra Ec-
cleſia, quæ dicitur Romana. Credo etiam, quod non ſit
remiſſio omnium peccatorum, niſi in dicta noſtra Eccle-
ſia. hæc eſt noſtra fides, à qua priuſquam diſcederẽ, po-
tius me vellem occidi, patrem meum cremari, matrẽ me-
am excommunicari, & fratrem meum exhæredari. Ecce
Auguſtinus. verbum B. Auguſtini & fides. Aliter loquebantur Sancti
de Eccleſia, quàm tu. Item in epiſtola ad Generoſum di-
cit: nullum ſummum Pontificẽ à fide errauiſſe, dicens:
Numerate, inquit, omnes Pontifices à B. Petro vſq; ad
Anaſtaſium, qui nunc præeſt. Quod autem dicitur de
Leone. Reſpondeo, quod erat tempore Arrianorum in-
truſus per potentiam, quando & Imperatorem Arriani
habebant. Liberius autem tunc erat verus Pontifex ex-
pulſus & latitans in abditis. Surrexit tunc Koskar de A-
m. ſ. Riter. gnete, *Reſpõdit Kzyzanovvſcky. Si erat ita, de quo ta-
men vehementer dubitatur, Error erat facti, ſed non fi-
dei in Eccleſia Romana. Ipſa eſt itaq; Eccleſia Romana,
extra quàm aliam neſcimus. Quod autem dicis magi-
ſter Rockyzanna, de Eccleſia Græca; Græca Eccleſia
propter ſuos errores periit, & propter inobedientiam

nolebat

Digitized by Google

nolebat perfectè pacta tenere facta in Concilio Ferrarienſi & Florentino: Et tamen illi, hunc ritum, quem tu magiſter tenes, non habent, habent enim hunc ritum, ſicut veriſſimè edoctus ſum, ab vno notabili Bononiæ Græco. Quia feria quinta magnam confectionē faciunt & ſeruant pro infirmis toto anno, & poſtquam ad infirmum veniunt, accipiunt de illa fermentata confectione portiunculam, & illam diſſoluendo dant infirmo, non autem diuiſim, vt tu aſſeris. Ad hoc reſpondit Rex: tempore Nicolai Papæ, venit ad nos Bulla, contra Turcas, in qua aſſerebat Græcos bonos Chriſtianos. Reſpondi: Sereniſſime Rex, quod dico de erroribus Græcorum, idem beatus Thomas ſcribit ad Vrbanum Papam, qui compoſuit officium Miſſæ de corpore Chriſti, Cibauit eos &c. De erroribus eorum. Deinde Koſcka Albertus narrabat morem Ruthenorum. Item dominus Zdencko dixit, Poſtquam eram cum Ladiſlao Rege ad Budin, & venerunt ad Budin,† à Raſtici miſſare nolebant coram eis, tanquam coram erroneis. Et Capiſtranus eos hæreticos appellauit. Quod verò dicis de India, non habes, quod effugias. In India enim Chriſtiani falſi ſunt, vtuntur enim contra Euangelium Baptiſmo in igne, ſecundùm quod videntur in facie eorum cum cicatricibus, & veri nō poſſunt dici Chriſtiani. Doctor Hylarius Decanus addidit: immò etiam dico, quod non ſunt Chriſtiani. &c. non habes præterquam Eccleſiam Romanam. Quo magiſter Rockyzanne fugias; ad quam recurrendum eſt in fide, quæ declarare & diffinire in materia fidei, immò & Euangelia hæc quatuor ipſa recepit, & ea veneranda nobis reliquit. Sicut dicit beatus Auguſtinus contra Fauſtum, in epiſtola fundamenti: Euangelio non credo, niſi me Eccleſia commoueret.

Auguſtinus.

Digitized by Google

ueret. Quod autem iſta ſint vera & acceptanda; quoniam & alij Euangelia ſcripſerunt, ſicut Bartholomæus, Thomas, Thathæus, B. *P*etrus, & cæteri. Quod iſtis credendum eſt, & non aliis, quis demonſtrabit, niſi Eccleſia viſibilis Romana? Quod iſta Euangelia vera ſunt, & non mutata, vnde certitudo? Cùm Sereniſſime Rex, erat quidam Laurentius Vallani Florentia, qui dicebat B. Hieronymum malè tranſtuliſſe de Græco in latinã, Bibliam & *E*uangelia. certitudo igitur noſtræ fidei & Scripturæ ex Eccleſia Romana eſt, ſicut beatus Hieronymus in fide ad illam recurrebat, quemadmodum Doctor Hylarius Decanus allegabat. Hæc eſt fides, *P*apa beatiſſime, quam tenemus, quam etiam in *E*ccleſia Catholica dicimus, in qua, ſi quid minus peritè capimus, aut incautè poſitum eſt, emendari à te cupimus, qui ſedem Petri tenes, & fidem, ſicut dictum eſt, propterea Sancti in ea etiam manebant. *E*t beatus Auguſtinus dicit. Iſta me mouent, quare ſim in *E*ccleſia Romana: conſenſus omnium *E*piſcoporum. Item, conſtans Epiſcoporum ſucceſſio & eiuſdem ritus obſeruatio ſine mutatione. Cùm hac etiam magiſter Rockyzanna, non cum Græca recepiſti compactam vnitatem, & obedientiam ſeruare promiſiſti, & quamdiu cùm illa ſtetit in vnitate regnum noſtrum Bohemiæ, & ritu communionis, ſub vna ſpecie: pauciores fuerunt errores de venerabili Sacramento. Hæc enim potiſſima eſt cauſa communionis ſub vna ſpecie propter periculum effuſionis ſanguinis Chriſti, & propter periculum erroris, ne tradatur tantùm corpus ſub vna ſpecie, ſanguis tantùm ſub altera ſpecie. Sicut modò ſurgũt errores circa Veronã. Nepomnck domaret, licet, qui nihil de venerabili Sacramento credunt, non erant reales, primus in Bohemia vnde prouerbium erat laudabile

& glorioſum vulgare: non fuit hæreticus Bohemus, nec poteſt inueniri in his diebus Nebil Katzientzeni Czeck amzi moz bittinalezen notrechto tuech. Et iam non vnus, ſed plurimi reperiuntur, & inde exierunt aliqui, qui dicunt, ſolùm eſſe in venerabili Sacramento memoriam Dñicæ cœnę, ſicut moderni erronei, qui eiuſdē ſunt fidei cùm illo, qui mortificatus eſt in caſtro Ioanne, quem ſuis in literis laudauit, quod fuerit bonæ fidei & vitæ vir. Et cum interrogatus fuiſſet, quomodo ſolus mãducaret, Reſpondit ſub vtraq; ſpecie. Dixi, vis ſub vtraq; mãducare, & nihil credis. Reſpondit Rockyzanna, Vnde ſcis, quod ipſi ſcribunt? Ex literis eorum, quas vidi. Item alij dicunt ſub prima ſpecie tantùm corpus, & ſub altera tantùm ſanguis, & occaſionem erroris recipiunt, ex tua diſpenſatione, vbi dicis, ſub prima ſpecie porrigendo populo, corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti proficiat tibi in vitam æternam, nominando tantùm corpus. Item ſub altera ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. tantùm ſanguinem ſub altera ſpecie nominando, contra compactata. Inde motus Rockyzannus ſurrexit, & dixit non eſſe contra compactata, & per eius Contradũ magiſtrum VVenceſlaum lectum eſt coram Rege, & inuentum. Quod monere debet populum, ꝙ non credant ſub prima ſpecie tantùm corpus, & ſub altera tantùm ſanguinem, ſed ꝙ ſub vnaquaq; ſpecie eſſet totus Chriſtus. Item, quidam dicunt, quod remaneat panis & vinum poſt conſecrationem, ſicut & tu magiſter ſuſpectus es. Nam plurics interrogatus in prætorio, noluiſti fateri per Quirinum, &c. Antequam diſſoluatur congregatio, fatêre, extrahe de corde hominum ſuſpicionem, vnde varietas in fide hîc talis in Bohemia & bella venerunt? ſicut accipere poſſum. Sex ſunt, quæ fecerunt talia diſturbia, & propter breuita-

Propter tria exorta ſunt diſturbia in religione in regno Bohemiæ.

Quià nõ rectè diſtinguebatur inter gratiam gratis datam & gratum facientẽ.

breuitatem redigere volo in tria. *Primum* gratia gratis data & gratum faciens. Gratia gratis data eſt donum ſine meritis hominis proueniens, ſicut Prophetia, ſapientia, ſcientia, dignitas, &c. quæ ſtant cum mortali peccato. Gratia gratum faciens, eſt donum Dei, ex meritis hominis à Deo proueniens, ſicut charitas: Itaq; ex literis VVickleff occaſionaliter inſurrexerunt homines, qui dicebant, omnia agi ſecundùm bonum, & gratiam gratum facientem. Et qui apud Deum eſſet maioris meriti … … Papam vel Regẽ, qui dignioris meriti, quàm alius. Ibi iterum erat motus Rockyzannus, dicens: Hoc non eſſe de mente VVickleff. Kyzyzanovvsky: Vellem probare, hanc eſſe in eius libris poſitionẽ, quod qui eſſet dignior in vita, ille eſt dignior in dignitate, &c. ſanctiſſima vetula in ſanctiſſimo officio. Secundus punctus deceptionis regni huius, eſt poteſtas ordinis, & poteſtas regiminis vel Iuriſdictionis, quæ longè diſtant, non enim ex eo, quod quis eſt ſacerdos, & poteſtatem ordinis habens, habet poteſtatem regiminis, paſtoralem debet à ſuis ſuperioribus accipere, & habere ſecundùm ordinem Eccleſię. Nec ſufficit dicere, habeo poteſtatem à Deo, niſi hoc probet tripliciter. *Primò* per Scripturã, ſicut de Ioanne Baptiſta glorioſo erat prophetia: Ecce ego mitto Angelum meũ ante faciem tuam, qui pręparabit viam tuã ante te. Secundò probare debet per miracula, ſicut Moyſes probauit iuſſionem, per mutationem virgæ in ſerpentem. Tertiò per ordinationem Eccleſiæ à Deo. Inferiores incipiunt inſtitutionem & poteſtatem à ſuperioribus Epiſcopis vel Vicariis: *Et* ipſi iterum à Summo Pontifice, à quo omnes ordines, omnes poteſtates, omnia Sacramenta, omnes dignitates, Imperiales, regales fiunt. immò & noſter Sereniſſimus Rex, ea poteſtate Rex eſt.

Secundò non diſtinguitur inter poteſtatem ordinis & iuriſdictionis.

Et inde aliqua peccata ſunt, quæ pertinent ad abſolutionem Epiſcopalem, & aliqua ad Papalem. A quo tu magiſter Rockyzanne cum ſacerdotibus tuis, ſicut prædixit dominus Decanus Doctor, poteſtatem habes, oſtende. Tunc ſurrexit Tortzka, & calumnioſè volens capere Doctorem Kizyzanoſky dixit: Sereniſſime Rex, In confuſionem noſtram, & omnium noſtrum loquitur, quia nos habemus poteſtatem eligendi Regem. Et iſte dicit, quod tu ſis Rex auctoritate Papæ. Rex dixit: audio qualiter locutus eſt, tamen ipſe loquitur de dignitate. Tunc ſurrexit Cancellarius, dixit: Et à quo Rex vnctus eſt niſi ab Epiſcopis? Tertiò, de ſignificantia & efficacia. Significantia accipitur in altari, in oblatione, vbi agitur ſacrificium pro peccatis, in memoriam Paſſionis Dominicæ, vbi ſanguis in Cruce erat diuiſus à corpore. Inde ſacerdos Chriſti vices gerens, ſignis & veſtibus agit memoriam Dominicæ paſſionis. Et in ſacrificio vnum ſine reliquo nec offertur nec eleuatur, nec ſumitur, quia per vnũ non ſignificaretur expreſſa paſſionis Dominicę memoria. Vnde Albertus de officio narrat octo, quæ fecit Dñs in cœna. Primò, tempus, quo Chriſtus celebrauit. Secũdò, qualiter tactu diuinarũ ſuarum manuũ materiæ ſacrificij tranſubſtantialitatem contulit. Tertiò, qualiter patri hoc ſacramentum offerendum oſtendit. Quartò, qualiter de tanto dono & beneficio gratias egit. Quintò qualiter omnem benedictionem in hoc Sacramento dedit. Sextò .... Septimò, quomodo frangendũ ſignificauit. Octauò, qualiter formã in conſecratione expreſſit. Ad intellectũ iſta octo redigere volo in tria. Primò, quod in cœna miſſando diſcipulos ſacerdotes fecit in hoc verbo, Facite, ſecundùm Doctores, & intentionẽ Eccleſiæ. Secundò, verba conſecrationis ſuper primã & ſecun-

Tertiò, non diſtinguitur inter ſignificãtiam & efficaciam in Euchariſtia.

Albertus.

ſecundã ſpeciem ſacerdotibus dando, quę ſacerdotes nõ fugiunt, nec corã ſimplicibus exprimenda ſunt; quomodo tu magiſter Rockyzanne verba conſecrationis ſupra calicem expreſſiſti, pro quo pœnitentiã agere debes, & correctione dignus es. Ad hæc eſt Matthæus 31. dicens: Accepit Ieſus panem, benedixit, ac fregit, deditq́; diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. Accipiens calicem, gratias egit, & dedit diſcipulis ſuis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Et Lucas 22. dicit, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam cõmemorationem. Item, poſtquam Matthæus dicit: Bibite ex hoc omnes, Marcus addit, & biberunt oẽs. *Ecce* quibus dixit: facite, id eſt, conficite, accipite & manducate, illis dixit, bibite omnes in meam commemorationem, id eſt, ad ſignificantiam expreſſam meæ paſſionis. Item poſt alteram ſpeciem, nullus Euangeliſta dicit, hoc facite, præter Apoſtolum. Vnde notum eſt, quod ipſe edidit, & ad eorum ſcripſit ſacerdotes. Sicut ſi modò Pragam ſcriberet de fide, Credo, quod artificibus non ſcriberetur, ſed ſacerdotibus. vnde notum eſt, quod Apoſtolus non aliud dicit, niſi narrat Dominicam cœnam, dicens: *Ego* accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quomodo Dominus in nocte, qua tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum, ꝙ pro vobis tradetur, hoc facite in meam cõmemorationẽ. Ecce magiſter, non habes in Apoſtolo quicquam, ꝙ ad propoſitum tuum facere poſſet, quia ꝙ Euangeliſtę poſuerunt ꝓ conficientibus, hoc expreſſius Apoſtolus dixit & ſcripſit. Quibus ergo dixit: accipite, mãducate & facite circa primam ſpeciẽ, ad illos refert circa calicẽ: hoc facite quotiescunq; bibetis. Item docuit ad Corinthios Apoſtolus obſeruare formam in verbis, & materiam in rebus, hoc autem pertinet ad conficientem. B, autē Ioannes Euangeliſta nihil ſcripſit de hoc venerabili ſacramento in cœna. Illud autem quod dicitur Ioannis ſexto, non de ſacramentali intelligitur manducatione & bibitione, ſed de ſpirituali. Quod patet, quia illa verba locutus eſt Dominus in Capharnaum. Item ante dimidium alterum annum antequam cœnam hanc ſacratiſsimam inſtituit. Item ſolus exponit, dicens, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinē, in me manet & ego in eo. Et beatus Auguſtinus in homelia, hoc eſt illam eſcam manducare & illum potum ſalutarem bibere, in Chriſto manere & Chriſtum in ſe manentem habere per fidem & charitatem. Sicut & beatus Apoſtolus ad Corinth. decimo. Eandem eſcam omnes ſpiritualem manducauerunt & eundem potum ſpiritualem biberunt, conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. Item Origenes 11. homelia ſuper Leuit. 7. Eſt litera in Euangeliis quę non occidit, non ſolum in veteri lege litera occidens deprehenditur. Eſt & in nouo teſtamento quæ occidit. Si enim ſequaris hoc ipſum quod dictum eſt: Niſi manducaueritis carnem filii hominis, &c. occidit hæc litera. vis & aliam de Euangelio quæ occidit? Qui non habet gladium vendat tunicam, & emat gladium. Ecce hæc eſt litera Euangelij; ſed occidit: hæc ille. Efficacia enim ſalutis ſub prima ſpecie tota eſt nec aliquid minuitur ſalutis populo, ſicut dominus Decanus doctor allegabat ſanctum Thomam pro parte tertia, perfectio huius Sacramenti non conſiſtit in vſu fidelium, ſed in conſecratione materiæ, & ideò non derogat perfectioni Sacramenti, ſed populus illud ſumat ſub vna ſpecie, dum tamē conſecrans id ſub vtraq; ſpecie ſuſcipiat. Item Magiſter

Digitized by Google

in quarto Sententiarum diſt.11. ſub vtraq; ſpecie totus ſumitur Chriſtus, nec plus ſub vtraq; ſpecie, nec minus ſub altera tantùm ſumitur. *E*adē eſt enim ratio, vt ait Hylarius, in corpore Chriſti, quæ in manna præceſſit, de quo dicitur, qui plus collegerat, non habuit amplius, nec qui minus parauerat, habuit minus. hæc ille. In ore itaque, Magiſter Rockyzanne, ſumentium ſentiuntur ſpecies, ſed ſub ſpeciebus eſt Chriſtus, & ſic dum ſumitur ſub prima ſpecie corpus manducatur, & ſanguis bibitur, nec eſt medium Sacramentum ſub prima ſpecie, vt tu prædicas. Sub, enim, hæc præpoſitio, limitat ad rem contentam. Si profectò ſub prima ſpecie eſſet medium Sacramentum, ergò eſſet medium corpus, medius ſanguis, vel ſub prima ſpecie tantùm corpus, & ſub altera tantùm ſanguis, vel medius Chriſtus. Et ſi hæc eſt intentio apud confectionem, periculoſa ſequeretur confectio, cùm intentio Eccleſiæ requiratur ad confectionem. De bibitione, vbi tu dicis, quod ſub prima ſpecie ſanguis non bibitur. *P*robatio, quia verè, vtiliter, ſalubriter, realiter, & efficaciter bibitur, Primò, per Euangelium Ioannis 6. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Verè autem cibus, dum ſumitur, manducatur, & verè potus, dum ſumitur, bibitur. Conſtat enim in bibitione eſſe ſanguis Domini ſub prima ſpecie. Cuius autem adduxiſti exemplum corporale de manducatione ſine bibitione, contentum eſſe hominem non poſſe; exemplum inconueniens eſt, nam cibus & potus corporalis conuertitur in ſumentem, iſte autem conuertit hominem in ſe. Vnde ſanctus Thomas in quarto, in quæſtione, An neceſſe fuit inſtituere Sacramentum Euchariſtiæ, in ſolutione tertij argumenti, dicit de cibo corporali: Verum eſt, nos eiſdem nutriri, ex quibus ſumus, quia debet

S. Thomas.

cibus

Digitized by Google

cibus in nos mutari. Et ideò oportet, quod nobiſcum conueniat. Secus eſt de cibo ſpirituali, qui nos in ſe tranſmutauit: hæc ille. Petrus de Tharas. ſuper 4. d. 11. Quod bibitur ſanguis Domini ſub prima ſpecie, ita dicit: in hoſtia eſt cibus & potus, ſecundùm eſſe ſignificatum, quamuis non ſecundùm ſpeciem ſignificantem. Et ſub ipſa ſpecie panis corpus manducatur, & ſanguis bibitur in re, licet non in ſigno expreſſo. Cùm ergò dicit Innocentius Papa tertius, in libro de Sacramentis, ꝙ non bibitur, quamuis ſub ſpecie panis ſanguis ſumatur cum corpore, & ſub ſpecie vini corpus ſumatur cum ſanguine, tamē nec ſanguis ſub ſpecie panis, nec corpus ſub ſpecie vini comeditur aut bibitur: Cuius ſicut nec ſanguis comeditur, nec corpus bibitur: Ita neutrum ſub ſpecie panis bibitur, aut ſub ſpecie vini manducatur. Reſpondeo ſecundùm Petrum de Thar. Cuius bibere in Sacramento dupliciter contingit, aut re & ſigno expreſſo, aut re tantùm. Re tantùm bibitur etiam ſanguis ſub ſpecie panis. Cùm veraciter ſub prima ſpecie contineatur ſanguis, qui eſt potus animæ, & non ſpecies illa. Bibere verò re & ſigno expreſſo, & apparato ad ſignificationem eius, quod ſumitur, de calice bibitur, de quo ſecundo modo intelligendus eſt Innocentius, & non de primo. Item, Innocentius ſolus ſub vna ſpecie communicans intelligitur de conficientibus videlicet ibi. hîc Doctor Kyzyzanovvsky ad Rockyzanum: Deus permiſit in te euidenter, quod Doctores noſtros allegaſti, qui de intentione ſcribunt de vna ſpecie. Reſpondit Rockyzana: Et melior ratio per aduerſarium dicta. Reſpondit Kyzyzanovvsky: Non eſt præſumendum Doctores ſibi eſſe oppoſitos, cùm pro vna ſpecie ſcripſerunt, ſoli communicauerunt, & in eo mortui ſunt. Ad idem Bertrandus de

Turre ſuper verbo, Bibite ex hoc omnes, quærit, quare dicit, magis: bibite omnes, quàm mãducate omnes, cùm tamen contrarium fuiſſe dicendum videtur, cùm omnes ſumunt corpus, ſcilicet ſub ſpecie panis,* & ſi ſub ſpecie vini, & non ſanguinem propter periculum effuſionis. Reſpõdit Dominus Præuidens, quod deberet à pluribus ſumi hoc Sacramentum, ſub ſpecie panis, in confuſionem hæreticorum, ne crederetur, quod per hoc ſanguis minus ſumeretur, quando non ſumitur ſub ſpecie vini, ſed panis. Ait, bibite omnes. Quia omnes etiam ſumẽtes Chriſtum ſub ſpecie panis, etiam ſanguinem bibunt, quia non eſt corpus ſine ſanguine: hæc ille. Ad idem eſt Gorra ſuper Matthæum. dixit Doctor Kyzyzanovvsky: Die heſterna dixiſti: Quare populus non admittitur ad calicem, ſicut admittitur ad primam ſpeciem? Reſpondeo in promptu, propter periculum effuſionis & erroris. Interrogo te & ego. Quid cauſæ? quod non biberetur ſanguis Chriſti ſub ſpecie panis, cùm ſit verè potus? Et, non eſt reſponſum. Dixit Kyzyzanovvsky: Manducat itaq; populus, & bibit communicans ſub prima ſpecie, nec derogat hoc perfectioni huius Sacramenti. Vnde Bonauẽtura ſuper 4. d. 11. Eſſe de integritate Sacramenti dupliciter intelligitur, aut quantum ad efficaciam, &c. vtraq; ſpecies non eſt de integritate. Et ideò fideles recipiunt ſub vna ſpecie, propter periculum effuſionis & erroris. Quia ſi ſimplices communicarent ſub vtraq; ſpecie, non crederent, in altera ſpecie totum Chriſtum eſſe. Quantum autem ad ſignificantiam, quæ eſt in ſacrificio, eſt de integritate vtraq; ſpecies. Quod ſub vtraq; ſpecie non eſt Sacramentum neceſſitatis, nec ex ſe dixit Kyzyzanovvsky, probatur per ſanctum Thomã, quem tu heri allegaſti. S. T. quærit, vtrum hoc Sacramentum ſit neceſſita-

neceſſitaceſſitatis. Et dicit, quod ſic. Dixit Kyzyzanovvsky: contra intentionem Doctoris locutus es, ſicut conſueuiſti Doctorum verba mutare, augero, addere & truncare. Sicut B. Magdalena, & B. Ludmilla communicata eſt corpore & ſanguine Domini. Apponis tu cum tuis ſacerdotibus ſub vtraq; ſpecie, & tamen ibi ſcriptum non eſt. Similiter diminuere, & contra intentionem Doctorum allegare conſueuiſti, ſicut in ſcriptis tuis ſuper Ioannem reliquiſti, & prædicaſti, in quo ſermone perſonaliter conſtitutus eram, De Lyra dicens: Lyra dicit, quod tantæ neceſſitatis eſt iſtud Sacramentum, quod etiam pueris debet dari, ſicut & Baptiſmus. Ecce accurtatio, Sereniſſime Rex, quia immediatè ſequitur, quod ſim̃ eſt. Quia in ſumente hoc Sacramentum, requiritur actualis deuotio & reuerentia, quæ non ſunt in pueris. Audi ſanctum Thomã, ſuper 4. in quæſtione, vtrum manducatio corporis Chriſti ſit de neceſſitate ſalutis, & ille tanget te ad caput. Tu dixiſti magiſter Rockyzanne, quod. * Ego dico coram Rege mentem Doctoris, quod non ille inquit, gratia eſt ſufficiens cauſa gloriæ. Vnde omne illud, ſine quo poteſt haberi gratia, non eſt de neceſſitate ſalutis, hoc autem Sacramentum gratiam præſupponit, quia pręſupponit Baptiſmum, in quo datur gratia. Et ideò, quantum eſt de ſe, non eſt de neceſſitate ſalutis, ſed de ordinatione Eccleſiæ, homines obligantur ſecundùm Eccleſiæ ſtatuta, corpus Chriſti ſemel in anno ſumere. Item, ibidem in eadem quæſtione, ad argumentum iſtud, per hoc Sacramentum Chriſto incorporamur, hoc autem eſt de neceſſitate ſalutis. Reſpondet ex intentione, dicens: Quod incorporatio ſpiritualis ad Chriſtum, poteſt eſſe ſine manducatione ſacramẽtali. Et ideò non oportet, quod ſit Sacramenti ſuſceptio de neceſſitate ſalutis. hæc ille. Item dicere de neceſſitate, vel de præcepto huius Sacramenti, eſt contra decretum Eccleſiæ Romanæ, in Concilio Baſilienſi, cum quo recepiſti vnitatem & conformitatem in omnibus ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, præter quam in vſu communionis ſub vtraque ſpecie. Et obedientiam promiſiſti, quæ promiſſa & compactata. qualiter tenuiſti, & tenes, euidenter apparet, habes Doctores pro vna ſpecie allegatos, nec dabis vnicum Doctorem, qui communionem vnius ſpeciei ad populum vituperaret vel damnaret, verùm tibi dabo plurimos, qui eum laudant & approbant. * Vſz etiam his ſuper quarto, ſententiarum, in ſcriptis ſuis dicit, hoc Sacramentum ad populum non eſſe de neceſſitate ſalutis. Et quod pueri & amentes communicari non debent. * Cuius etiam ſanguis Chriſti bibitur ſub prima ſpecie, licet non Sacramentaliter ſub ſpecie vini. Poſtquam Rockyzannus allegabat ſanctorale, de ſancto Andrea Apoſtolo, quod communicaſſet populum corpore & ſanguine Domini ſub vtraque ſpecie, dixit Kyzyzanovvsky in faciem, coram Rege & regno, & reſtitit, quod non eſſet ibi ſcriptum ſub vtraque ſpecie. Contrà Rockyzannus, quod eſſet; ille vice verſa, quod non. eadem die etiam Rokyzanus bis ſub prima ſpecie eleuationem fecit ſine calice. Et erat dies ſanctiſſimæ Apolloniæ virginis, Anno eodem CCCCLXV. cùm verba Doctorum contra Rockyzanum miſcerentur, & nonnulli plurima impedimenta faciebant. Surrexit Malovvetz, qui dixit, quod Papa in die Paſchæ cõmunicat certas perſonas de populo ſub vtraque ſpecie, & quod dixiſſet ei vnus ex Cardinalibus, quod ſi ipſe interfuiſſet, à Papa ſub vtraq; ſpecie communicatus fuiſſet. Ad quod aſſurgens Cancellacellarius dixit, nunciando primum, quæ ſit conſuetudo communicandi Papæ, & quod ipſe certas perſonas communicat ſub prima ſpecie ſedendo in ſede ſua. Et Cardinalis Diaconus ſtans apud cornu altaris dat illi de calice, cui Papa dedit corpus Chriſti. Et quia pro hoc magna poſt hoc fuit facta diſceptatio. Feria ſecunda ſequenti Cancellarius declarauit verba ſua, quod illud conſtat ſibi, quod Cardinalis dat de calice, ſed an ſit ibi ſanguis Chriſti vel vinum, illud ſibi non conſtat. Tunc Rex ait: Et hoc habemus, in Eccleſia Romana ſemper fuit continuata communio ſub vtraque ſpecie, & quod pro eo non ſumus de Dei gratia ſchiſmatici. Et Cancellarius dixit: Quod neſciat, ſi Cardinalis porrigit ſanguinem Chriſti, ſed quod calicem ſolum illis dat, qui de manu Papæ communicauerunt ſub prima ſpecie. Sed ipſe Papa non dat alicui de calice. Et cùm fierent verba aſſiſtentium multa, Quare ergò nobis Papa prohibet, & quare nos hæreticat propter communionem? etiamſi nobis mandaret, non debemus facere contra legem. Ad quæ verba Decanus reſpondit cum voce. Et ego dico, quod ſi Papa diceret, dimittas illud, qui ei non obediret, quod peccaret mortaliter. Et ſurgens Samuel, cum pluribus dixit: Ecce Rex iſte loquitur contra honorem tuum, & hic tangit totum regnum. Vnde & feria ſecunda Rockyzano replicans verba Decani, dixit, quod malè eſſet locutus: aut igitur Decanus pœniteat, aut publicè reuocet. Sed Decanus replicabat ſe verum dixiſſe. his ſic habitis, Decanus ſic perſecutus eſt: Quod magiſter Rockyzane heri dixiſti multa de pluralitate gratiarum, expreſsè ſunt contra te. S. Ambroſius & Hylarius in 11. diſtinctione, lib. 1. Sententiarum quarto, non plus ſub vtraque, nec minus ſub altera tantùm. Eadem eſt enim ratio, vt ait Hylarius, in corpore Chriſti, quæ in manna præceſſerat: de quo dicitur; qui plus collegerat, nō habuit amplius, nec qui minus. Item B. Hieronymus, de con. d. 2. Singuli accipiunt Chriſtum, & in ſingulis portionibus totus, nec per ſingulos minuitur, ſed integrum ſe præbet ſingulis. Ecce tres Doctores antiqui expreſsè ſunt contra tuam pluralitatem. Item, vel iſtæ gratiæ veniunt à Sacramēto tantùm, vel à Sacramento & à re tantùm; nō ab vltimo, quia illud non eſt ad propoſitum, nec à Sacramento tantùm *Albertus.* ſiue à ſpeciebus. Nam Albertus Magnus ſuper 4. ita dicit; formæ viſibiles non ſunt propriè ſacramentum, ſed ſolùm in ratione ſigni, quia nō cauſant gratiam, ſed corpus Chriſti verum eſt Sacramentum, & eius effectus eſt *Thomas.* vnitas corporis myſtici. Item dicit ſanctus Thomas in tertia parte, quæſtione 83, in ſolu. 2. argumenti, Sicut ſe habet virtus Chriſti Spiritus ſancti ad aquam Baptiſmi: ita ſe habet corpus Chriſti ad ſpeciem panis & vini. Vnde ſpecies panis, & vini nō efficiunt aliquid, niſi virtute corporis Chriſti veri. Si ergò non venit à Sacramento tantùm. ergò à re & Sacramento omnes deſcendunt gratiæ. ſed ſub prima & ſecunda ſpecie eſt eadem res; puta Dominus Ieſus. ergò eadem gratia hîc & ibi. Et ſicut dicis, quod à ſanguine Chriſti veniunt aliæ gratiæ, quàm à corpore Chriſti, dic mihi, vbi plus eſt de ſanguine Chriſti, an ſub prima ſpecie, vel ſub ſecunda eſt? quæ eſt ratio diuerſitatis, quod à ſanguine Chriſti, ſub ſpecie panis nō eſſent eædem gratiæ, quæ à ſanguine Chriſti, ſub ſpecie vini veniunt, cùm ſit eadem res numero. Quod autem dicebas heri magiſter Rockyzane, quod B. Leo Papa in ſermone, *Prædicaturus*, redarguit, & ſigna dat, ꝑ quæ debeant cognoſci Manichæi, quia non cōmunicabant de ca-

lice,

Digitized by Google

lice, vt intelligant iſti Domini aſſiſtentes, & non putent, ita eſſe, ſicut dicis, & doleant omnes auditores, quod audes hanc ſacratiſſimam communionem ad Manichæorum hæreſim inducere. Manichæi hæretici erant, non credẽtes Dominum Ieſum veram carnem habuiſſe, ſed fantaſticam ſimiliter animam. Et quia anima eſt in ſanguine, nolebant conficere in calice ſanguinem Chriſti, ne confiterentur animam Chriſti eſſe veram & non fantaſticam. Item, quia non bibebant vinum, nec carnes comedebant, nolebant in calice conficere, ne cogerentur vinum bibere, non credentes aliud eſſe, quàm memoriam paſſionis, & non veritatem corporis & ſanguinis Chriſti. Et quomodo primam ſpeciem præparabant, Beatus Auguſtinus in libro 9. de hæreſibus, eos condemnando declarat, quod potius eſt tacendũ, quàm loquendum. Vis tu ergò illam ſectam comparare ad nos? Vbi nos & fides Catholica tenet in Sacramento altaris eſſe veritatẽ corporis & ſanguinis Chriſti, & ſufficere ad ſalutem populo fideli, ſub prima ſpecie cõmunicare. Nam dicit Bonauentura, doctus, bonus & deuotus, & inſignis, ſuper 4. Quod ſanguis non datur populo ſub ſpecie vini, quia populus bibit ſanguinem Chriſti ſub ſpecie panis. Et magiſter Petrus de Tarantaſi dicit: Sub vtraq; ſpecie eſt cibus & potus ſecundùm rem ſignificatam, quamuis non ſecundùm ſpeciem ſignificantem. Similiter dico, quod etiam ſanguis Chriſti dicitur cibus. Nam dicit beatus Leo *Papa* de con. d. 2. *Eſt* cibus refectionis, eſt cibus ſanguinis, ſicut enim caro Chriſti eſt verè cibus, ita & ſanguis eius eſt verè potus. Idem eſt corpus, de quo dictum eſt: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Item gloſſa interlinearis ſuper verbo, Caro mea verè eſt cibus, dicit: Qui vnum ſumit, totũ ſumit,

Bonauentura.

De conſecr:

Gloſſa.

qui ambo totum, ſed vtrumq; ponitur pro omni ſacietate. Quare autem populus non ſumit de calice, à Doctoribus ſanctis multæ ponuntur rationes. Tamen præcipuè ſanctus Thomas, quem tu pro te allegas, & tamen in forma eſt contra te. Ille in ſermonibus ſuis ponit tres rationes. Prima ad habendum vas congruum huius ſanguinis contentiuum. Secunda ad euitandum periculum effuſionis. Tertia ad præcauendum erroris periculum. Prima ratio, ad habendum vas congruum. Sic enim vas, in quo ſeruetur vinum ſpaſius, & diligentius præparatur, quàm panis. Sic ſanguis Chriſti ſub ſpecie vini ſumendus ſolis ſacerdotibus cõmittitur vel conceditur, tanquam vaſis Domini, ad hoc ſpecialiter conſecratis, & ſacra religione conſtrictis, & virtutum pulchritudine præcellentius præornatis. Secunda ratio propter periculum effuſionis. Illud tu magiſter Rockyzane cottidie ſcis ita eſſe. Tertia ratio ad præcauendum errorem, ne populus æſtimet, quod plus eſſet ſanguis Chriſti, ſub prima ſpecie. Vnde ſicut ſacerdos ſumit ſanguinem Chriſti ſacramentaliter de calice, ſic populus ſumit eum intellectualiter ſub ſpecie panis. Et eſt eis tam vtilis, tam dulcis, vt ſacerdotibus, qui ſumunt eum ſub ſpecie vini de calice. Vnde Canticorum primo: Botrus Cypri dilectꝰ meus mihi: inter vbera mea cõmorabitur. Duo ſumo in botro, vuã, id eſt, corpus Domini in cibum, & ex vua ſumo dulcem ſanguinem in potum. Deuteronomij 36. Conſtituet eum ſuper excelſam petrã, vt ſanguinem vuæ biberet meraciſſimum: per hunc potum reficit Dominus animam, donec perducat eam ad vitam æternam. Item, ibidem potus ſanguinis eſt triplex, ſcilicet Sacramentalis, intellectualis, & ſpiritualis. Sacramentalis eſt, qui à ſolis ſacerdotibus ſumitur ſub ſpecie vini. Intellectualis eſt, qui à populis Chriſtianis ſumitur ſub ſpecie panis, de *ipſo* Chriſti corpore. Spiritualis, qui à bonis ſaluandis ſumitur de paſſionis ipſius meditatione. Primus potus ſanguinis Chriſti eſt Sacramentalis, qui à ſolis ſacerdotibus ſumitur de calice altaris. Nam in Euangelio Marci: Accepit Ieſus calicẽ, Benedixit & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Et biberunt oẽs, ſcilicet Apoſtoli, id eſt, ſoli ſacerdotes. Secundus potus ſanguinis Chriſti eſt, & intellectualis, qui à populo Chriſtiano ſumitur ſub ſpecie panis de ipſo corpore Saluatoris. Vnde ſicut ſacerdos ſumit ſanguinem Chriſti Sacramentaliter de calice, ita fidelis populus ſumit eum intellectualiter de ipſo corpore. Iob 39. Pulli aquilæ potabunt ſanguinem. Pulli aquilæ ſunt ſubditi Eccleſiæ, qui potabunt ſanguinem Chriſti, non de calice, ſed de ipſo Chriſti corpore, hic potus mentem fidelem dulcedine delectat, Canticorũ primo: Botrus Cypri dilectus meus mihi. In botro ſunt duo, in cibum, & in vua dulcis ſanguis in potum. Et Pſalmiſta: Et de petra melle ſaturauit eos. Sicut petra corpus Chriſti incorruptibile, ſic mel de petra ſeruat dulcem ſanguinem Chriſti, quem ſugunt fideles de corpore Chriſti: hęc per totũ Doctor ſanctus. Ex his apparet manifeſtè, quare populus non ſumit ſub altera ſpecie. Item, quod quilibet fidelis ſumit totũ ſanguinem ſub prima ſpecie, tam vtiliter, tam dulciter, ſicut ſacerdos, & quod eſt eis ſufficiens ad æternã vitam. Vnde magiſter Rockyzane, non oportet te clamare, & incitare populũ ꝙ non damus eis ſanguinem Chriſti, & ꝙ ſpoliamus eos gratiis & ſalute æterna. Iam audiuiſti B. Thomam, quod non* vnius, ſi communicantes ſub vna ſpecie eſſent ſpoliati gratiis, tunc maximè Saluator ſpoliaſſet eos, cùm dixit: Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro

mundi

Digitized by Google

mundi vita. Item, qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Sed qui habet vitam æternam, non eſt ſpoliatus aliqua gratia, quia in ęterna patria nullus eſt defectus. Item, ex iſta tua pluralitate gratiarum incides in illud, de quo * vos redarguitis, nam oportebit te ponere octo Sacramenta. Vel iſtud argumentum ſolue. Vbicunque eſt alia, & alia inuiſibilis gratia, viſibilis formæ, ibi eſt aliud & aliud integrum Sacramentum. Sed parte ſub hac, & hac ſpecie eſt alia & alia inuiſibilis gratia viſibilis formæ, ergò ſub hac ſpecie eſt aliud & aliud Sacramentum, ergò octo erunt Sacramenta. Maior eſt diffinitio Sacramenti, quarto Sententiarum. Minor eſt tua, nam heri probaſti per Thomam & Albertum, quod ſub altera ſpecie ſunt aliæ & aliæ gratiæ diſtinctæ. Ad idem ſic: in quibuſcunq; Sacramentis ſunt gratiæ, realiter & eſſentialiter diſtinctæ, iſta ſunt diuerſa Sacramenta realiter. Sed ſecundùm te ſic eſt: hæc ergò illa duo Sacramenta ſunt diſtincta realiter, & per cōſequens erunt duo, & ſic octo. Quod autem dicebas, quod habeamus nos octo Sacramenta, aut ſex cum medio, inducens capitulum, Comperimus, ad illud tibi reſponſum eſt. Et vide gloſſam ibidem, quę contra te eſt, nā dicit integer, id eſt, integrè: ſub vtraq; enim ſpecie ſupple, Chriſtus integer ſumitur. Et intellige de conficiente. Nam infirmus vel ſanus in neceſſitate, ſine vino corpus ſumere poteſt, & ſubdit gloſſa ſuper verbo eiuſdem myſterij hoc de ſpeciebus ipſis exterioribus intelligitur, impoſſibile eſt enim, ſpeciē panis quis ſumat, * vtiq; ſumit. Et dicuntur hîc duo Sacramenta, & vnum propter vnum contentum. Reuera ſunt enim ibi plura Sacramenta, nam accidentia panis ſunt tantùm Sacramentum corporis Chriſti. Sed accidentia vini ſunt tantùm Sacramentum ſanguinis. Sed ecce ſub ſpecie

Forſan, Nos.

panis eſt corpus Chriſti & ſanguis, immò totus Chriſtus ſub ſpecie vini. hæc gloſſa. Et dixit textus ille: aut integra ſacramenta recipiant; aut ab integris arceantur. Ergò ſunt duo integra, & vnum integrum, & non medium, vt tu aſſeris. quod autem illa integritas ſolùm requiratur in conſecratione etiã dicit Scotus ſuper quarto ſententiarum, diſtinctione ſeptima, articulo tertio, Quod ſola integritas requiritur in conſecratione, ita quod nullus conſecret corpus, niſi etiam conſecret ſanguinem, non autem requiritur in quacunq; perceptione, quia laicus benè corpus, nõ ſanguinẽ ſacramentaliter ſumit. Sed requiritur in illa perceptione, quæ ſequitur conſecrationẽ quæ habetur in j. cap. relatum. Hæc ille. Quod autem non ſit medium ſacramentum, neq; medius Chriſtus, ratione naturali apparet. Nam ſi per potentiam diuinam tollerentur accidentia panis & vini, nihil aliud appareret, quàm Chriſtus, ſiue ſit vtraque ſpecies ſiue vna. Quod autem vnio ſacramentalis non ſit de neceſſitate, omnes doctores, mouentes hanc quæſtionem, Vtrum manducatio ſacramentalis ſit de neceſſitate ſalutis, reſpondent, quod non, quia hoc ſacramentum præſupponit gratiam, quia præſupponit baptiſma, in quo confertur gratia. Sed de ordinatione Eccleſiæ homines obligantur ſecundum ſtatutum Eccleſiæ, corpus Chriſti ſemel in anno ſumere, niſi de conſilio ſacerdotis quis differat. hæc ille. immò quamuis in conſecratione debet vtrumq; apponi, tamen non eſt tanta neceſſitas, quod nõ poſſet diſpenſari per Papam, vt Miſſa ſolùm celebraretur ſub prima ſpecie, & hoc in terris illis, vbi vinum nullo modo poteſt haberi, quia non eſt corpus ſine ſanguine & anima, & Deitate; quamuis ibi nõ ſit ſanguis ex virtute confectionis & ſacramenti. Et vt per tuos poſ-

Scotus.

ſes ad te redire, non ignoras, quòd dicit veſter Huſſ. in tractatu de corpore Chriſti, dicens: Ex iſto patet, quod manducatio ſpiritualis in homine ſemper debet ſacramentalem præcedere, ſicut magis neceſſaria. Nam ſpiritualis cadit ſub præcepto, iuxta illud Ioannis ſexto. Niſi manducaueritis. Sacramentalis verò non eſt de neceſſitate ſalutis, cùm paruuli ſaluantur ſine iſta. Sed tamē eſt de neceſſitate ſalutis, ſicut cadit ſub præcepto Eccleſiæ, vt ſcilicet ætatis debitæ deinde homo fidem confitens, ratione vtens, valens aggredi tempore debito manducat corpus Domini venerabile ſacramentum nec fruſtrà & vanè vel hypocriticè nequitiæ gratiæ, ſed propterea, vt paſſionis Chriſti gerens memoriam, à peccato emundetur, in bono confortetur, corpori Chriſti myſtico fortius incorporetur, amplius iuſtificetur ad futurā vitā præparetur, intellectu illuminetur, á malo præſeruetur, & habeat vitam æternam. Hæc veſter Huſs. Quare autē Dominus inſtituerit ſub vtraq; ſpecie celebrandū: eſt ratio Sanctorum, vt cùm ſit in memoriam paſſionis, ſicut in cruce fuit totus ſāguis ſeparatus à corpore Chriſti, ita quòd non fuit homo in mundo, nec erit à quo totus ſanguis extractus fuiſſet in morte, ſicut in morte filii Dei propter ſummam dilectionem, ita ad hoc repræſentandum, nihil vini eſt in ſpeciebus panis, ſed ſignificatur illa effuſio, ac ſi eſſet totus recollectus in calicem. Et in ſignum illius dominus ante paſſionem ſic confecit. poſt paſſionem verò cum duobus diſcipulis ſub vna ſpecie dedit, calicem illis non benedixit, dans intelligere totum ſanguinem ſe in reſurrectione reſumpſiſſe in corpus & ſibi perpetuò vnitum, nunquam ab eo ſeparandum. Item nec ita vos populo datis, ſicut ſoli cōmunicatis. aut ergò præceptum Chriſti mutatis aut inſtitutionē Eccleſiæ

locus corruptus

ſiæ nõ tenebitis. Nam nunquã de calice datis populo de particula immiſſa in calicem, &c. Aliter datis quàm recipitis, vel non immittitis particulam, ecce cõtra Eccleſiã facitis, nam cùm neq; ſacerdos per ſe recipit calicem ſine particula immiſſa, qua auctoritate pręſumitis illud Laicis dare? plurimos doctores adducerẽ, qui ex intẽtione ſcripſerũt, & actu ſub vna ſpecie ipſi cõmunicauerũt. *S*icut S. Thomas, Lyra, Gorra, Hugo, Alexãder de Ales, Albertus, Bonauẽtura, Richardus, Innocẽtius tertius, Petrus de Tharẽtaſia, *P*etrus de Palude, *S*cotus, VVilhelmus, Ioannes in ſũma, Aſtenſis, Armachanus, *P*etrus, Gloſſa ordinaria, Archidiaconus, Guido, VVilhelmus de mõte, Rudolfus, Rabanus, alii plures, ſed de iſtis ſufficit. *E*x iſtis patet ſolutio ad oĩa obiecta. ad Euangeliũ ꝙ non ſit de præcepto ſacramẽtali. ad Paulũ doctor VVenceslauus reſpõdit. Nam Apoſtolus tria facit, narrat dominicã cœnã, dat materiã in rebus, dat formã in verbis, & vſũ quoad ſacerdotes. Nam hoc facite quotieſcũq; bibitis, id eſt, nunquã conficite niſi bibatis. Nam ſi pro laicis eſſet intelligẽdũ, tũc quotiescunq; ſacerdotes cõficerẽt, toties laici deberẽt bibere, quod non fit etiã apud vos. Ad Innocentiũ reſpõdit tibi dominus Doctor. Omnes Doctores noſtri ſũt, ex intentione contra te, ſicut dixit Doctor ſufficienter. Et ſicut dicit de litera Imperatoris contra paruulos quòd fuiſſet ſibi poſt mortem miſſa, illud nequaquam eſt verum. Nam illa Bulla data eſt in menſe Ianuario, & Imperator mortuus eſt menſe Decembri ſequenti. Quomodo igitur nõ potuit ſcire de ipſa? *E*tiã dato ꝙ neſciuiſſet; Iura ſunt ibi ꝙ menſibus reſcriptum eſt obliget. Ex iſtis omnib. apparet, quòd cõmunio vnius ſpeciei populo fideli à Chriſto fũdata & practicata, & ab Apoſtolis, ſimiliter Canonibus firmata, & conciliorum auctoritate

Digitized by Google

& doctorum ſententiis laudata & approbata, non hæretica, non ſacrilega, ſed fidelis, & Catholica, & ad ſalutem Chriſtianam ſufficientiſſima. His peractis, quia iam dies deſcendebat, Rockyzanus petiit dilationem, vt dictis reſpondeat. In fine autem cum petitum fuiſſet à partibus, vt liber Sanctoralis legeretur, & doctor Kyzizanouſky inſtaret aſſerendo, ibi non eſſe poſitum ſub vtraque ſpecie, lectus eſt ille paſſus de ſancto Andrea, vbi dicit: Ego immaculati agni corpus & ſanguinem populis trado. Tunc Decanus ait: hoc eſt pro nobis. Et doctor Kyzizanousky, Non eſt, ait, ibi ſub vtraq; ſpecie. Cumq; eſſet altercatio, Rex quæſiuit, an eſſet ibi ſub vtraq; ſpecie, Cumq; reſponſum fuiſſet, quod non, dixit Rex, Ibi nihil habetis. & ita ſurgens hãc contentionem diſſoluit. Die Lunæ cum iterum conueniſſent, Decanus ita locutus eſt. Heſterna die coram Serenitate veſtra vocitati ſumus, & comparuimus, & iam facimus ſatis de gratia Dei debita noſtra, & ſufficienter oſtendimus, communionẽ vnius ſpeciei ſufficientem eſſe ad ſalutem, nec diſputauimus, nec diſputare intendimus, ſicut proteſtati ſumus ſuper iam concluſis in materia fidei; nam illud eſſet primum contra fidem Apoſtolicam, contra cuius præcepta & canones nemini licet venire contra mandatum Serenitatis veſtræ. Nam ad diſputationem nõ ſumus vocati, ſed ad exceſſus iſtorum declarandos ſeu exponendos, quod & fecimus. Item quia ad diſputationem, ſi fas eſſet nobis diſputare, nec eſt locus nec Iudex, nec auditores competentes. Item quia inclamant, ſubuertunt, derident in plateis & cathedris ſuis. Sed ne ex parte noſtri poſſit aliquid deficere, ſi iſta non ſufficiũt, adhuc damus viam de hac materia. Conſcribantur omnia dicta & facta noſtra fideliter & ſigillentur annulo regio, mittanturq; ad Dominum noſtrum ſanctiſſimum, quis reportabit ſentẽtiam, ille victor ſit. Quod ſi difficile videtur, habet dominus noſter ſereniſſimus Rex amiciſſimum Cæſarem, habet Chriſtianiſſimum regem Francorum affinem, habet reges, habet principes & affinitate & amicitia iunctos. Sunt in imperio, regnis & terris Vniuerſitates, Romana, Bononienſis, Pariſienſis, Oxonienſis, Toloſana, Salomãtina, Veronenſis, Auinionẽſis, Mons Peſſulanus, Cadomienſis, Orlienſis, Cantabrigenſis, Paduana, Peruſina, Ferrarienſis, Senenſis, Florentina, Papienſis, Parmenſis, Colonienſis, Erfordienſis, Cracouienſis, Wienenſis, Linonenſis, Vztocenſis, Lipſenſis, Hildeburgenſis, Nauetenſis, Baſilienſis. Mittat ad illos & ad illas noſtra ſcripta, mittat ad Græciam, aut quo placebit, aut ſcripta noſtra, aut perſonas noſtras. Et cuius ſententia laudabitur, ſis cõtentus. Tunc Rockyzannus locutus eſt ſermonem longiſſimum omnia priora replicans, gloriando ſe victorem eſſe iam altera vice contra Raguſium, & iam contra Doctores, & quomodo petiuiſſet Raguſius Concilium, vt eum abſoluerent ab eo. Et ita multo ſermone vſus eſt. Sed Decanus proteſtatus eſt, ſe nolle ſibi reſpondere iuxta priorem proteſtationem. Sicq; negotio incepto & non cõpleto hæc ſeſſio peracta eſt, neq; plus regi viſum, vt congreſſus & auditorium die ſequenti fiat, quia velit de his plenius deliberare.

Et hic eſt finis huius poſitionis contra
Rockizannum.

NOTÆ IN DISPUTATIONEM CVM ROCKYZANA.

HOc apographum m. ſ. habemus beneficio admodum Reuerendi, & in omni literatura laudatiſſimi viri Georgii Lautherii. Verùm ita malè habitus fuit m. ſ. codex, vt deſperem hanc hiſtoriam integritati ſuæ reſtituere, niſi adſit aliud m. ſ. exemplar. interim tamen hoc quantumuis mutilum damus; neq; importunè, vt tempora hæc ſunt, quæ diſputaturiunt. Nota eſt illa diſputatio Gallicana inter Ebroicēſem & Pleſſenſem; nota eſt & illa nupera Ratisponenſis: illas & hanc cum Rockyzana qui legerit, vtrobiq; eaſdē artes & mores hæreticorum videbit: mentiri impudenter, calumniari audacter, laruam ferre pietatis, ſcripturas & auctores falsò & deprauatè citare, ambages nectere, & latebras quærere, vim argumentandi fugere, vinci & cōuinci, & tamen victoriam iactare. Quæ omnia quàm vafrè Rockyzana hac diſputatione præſtiterit, in hoc ſcripto tàm clarè quàm in illis diſputationibus videre licet.

Meminit huius diſputationis diligentiſſimus Cochlæus lib. 12. hiſt. Huſſit. his verbis: *Ea tamen animi moderatione & longanimitate erat Georgius* (Rex) *vt interim non ſæuiret in clerū Catholicū, qui cler⁹ Pragæ & in cæteris Bohemiæ vrbibus palàm Rockyzanæ ſectæ & doctrinæ contradicebat, & cum Eccleſia Romana, quæ ipſum regem diris perſequebatur, conſentiebat in fide: quemadmodum ex eo conſtat Tractatu qui inter*

Capi.

Capitulum Eccleſiæ Pragenſis & Rockyzanam, in Regis præſentia habitus fuit, anno Domini 1465.

fol. 466. ℣. 10. *Decanus & Capitulum.*] Fuit Decanus, Hilarius nomine; Adminiſtrator, Wenceslaus de Crūnau. Sed circa annū 1450. Decanus & Capitulū Eccleſiæ Pragēſ. nō Pragæ, ſed Piltznæ vrbe Catholica reſidebāt.

℣. 16. *ſiniſtram Regis.*] Huſſitarum ope in regnum penetrauit hic Gyrziko ſeu Georgius: de quo in antiquo Bohemorū Chronico: *Anno* 1448. *Gyrziko Botzek de Cunſtat, aliàs de Podiebrad, cū ſibi adhærentibus, venit feria* 2. *poſt Ægidii, cuius feſtum fuerat die Dominico, mane, & poſuit ſe ante Pragā iuxta VViſſovvitz contra VViſſegradum, & ipſa nocte ſuper feria* 3. *intrauit & obtinuit Pragā.* Mortuo rege Ladislao ad regnum venit, rex feliciſſimus, ſi non Rockyzanam fouiſſet, à quo in ſecta Huſſitarum retentus fuit.

℣. 17. *Rockyzana ad dextram.*] Rockezana nomen oppidi non procul à Pilzina, patria Ioannis Rockezanæ, qui obſcuris parētibus natus, Pragæ mendicauit, poſtea pædagogus, Iacobelli diſcipulus, in Collegium pauperū receptꝰ, presbyter cùm Ziska, Cuthna (q̃ ꝓpter argēti fodinas dicebatur Antichriſti crumena) expugnata, Pragam obſideret, Rockyzana qui concionando apud Huſſitas authoritatē ſibi comparauit, Ziskam Pragenſibus recōciliauit, Ziskam illū, qui moriturꝰ iuſſit ex pelle ſua tympanū fieri. tandē de Archiepiſcopatu Pragēſi cōtendit, vnde & ſepultus eſt Pragæ cū inſigniis Infulæ & Baculi in Eccleſia S. Mariæ ante lætā Curiam, vbi concionari cōſueuerat. *Ego Magiſter Ioannes de Rockyzana electus Archiepiſcopus Eccleſiæ Pragenſis*, inquit in literis ad Thaboritas. Hic eſt qui in Concilio Baſileenſi diſputauit. Hic eſt qui de morte regis Ladislai iure ſuſpectus, intimus Conſiliarius Georgii Regis, vt non mirum ſit, Hilarium Decanum Catholicū à ſiniſtris, Rockyzanā à dextris ſediſſe.

habuit æmulum Lupum concionatorem Orphanorum: quæ æmulatio in ſeditionem *P*ragenſium exiit, in qua perierunt 12. millia Huſſitarum. Cochl. lib. 8. fol. 275.

fol. 467. verſ. 4. compactata.] Formula concordiæ, quã compactata vocãt, Iglauiæ coram Sigiſmundo Imperatore, communi Huſſitarum conſenſu acceptata, ſigilliſque publicis corroborata eſt. extant compactata apud Cochlæum lib. 7. fol. 271.

℣. 20. *Cyrilli & Methodii.*] Anno 867. SS. Cyrillus & Methodius Cherſona *R*omã detulerunt corpus *S.* Clementis. quomodo S. Methodius apud Morauos prædicauerit Chriſtum circa annum 879. patet ex Epiſt. Ioannis *P*apæ 194 & 195. Auguſtinus Præpoſitus Olomucenſis in Catalogo Epiſcoporum Olomucenſium hæc habet: *Primus Archiepiſcopus Morauiæ Cyrillus, natione Græcus, prius Conſtantinus Philoſophus dictus, à Nicolao I. Pontifice Max. octogeſimo ſeptimo ſupra octingenteſimum, ſedem Velegradenſem ſuſcepit, poſtquam Triballos primum, inde Svvatoplukum Morauorum regem cum vniuerſa gente (quæ Viſtula, Danubio ac Vago fluuio terminabatur) in fide Chriſti initiarat. Fuere hi Marcomanni veterum quondam hiſtoriis celebratiſſimi. Hic quum Eccleſiæ quinq; ferè annis præſediſſet, Archiepiſcopatui ceſſit, Adrianiq; Pontificis nutu Methodium fratrem Eccleſiæ Velegradenſi præfecit. Qui cùm à iuniore Svvatopluko multis iniuriis ac contumeliis cum clero ſuo afficeretur, Eccleſiæ huic ſacris interdixit, Romamq́; conceſſit, reuocatusq́; non multo poſt, quum nihilo remiſſius rex in clerum ſæuiret, omnibusq́; ſceleribus & vitiis homo ſanguinarius flagraret, beatus Methodius gregis ſui perditionem ferre non valens, Romam iterum rediit, atq; illic anno Chriſti nongenteſimo ſeptimo ex hac luce migrauit, in Eccleſia Diui Clementis (cuius corpus Cyrillus ex Cherſona Ponti Romam attulerat) ſepultus.* Hæc Auguſtinus Olomucenſis.

℣. 26.

Digitized by Google

℣.26. *Boleſlaus Sæuus.*] Malim legere *Sanctus*, quàm *Sæuus*. Nam licet ſub Boleſlao (*S.* Vēceſlai interfectore, ob crudelitatem, Sæuo cognominato) ſit de Epiſcopo *P*ragenſi cogitatum, teſte Ioanne Dubrauio lib. 5. hiſto. Bohem. conſtat tamen Dithmarum Magdeburgenſem monachum, authoritate Ioannis IX. *P*ōtificis, anno 897. Pragenſem Epiſcopum conſtitutum ſub Boleſlao, cognomento, Pio, filio natu minore Boleſlai Sæui. nam maior natu, *S*trachyquas, Ratisbonæ ad S. Emeranum monachus factus eſt. Vide Dubrauium lib. 6. hiſt. Bohem.

fol. 468. ℣. 4. *Carolus Imp.*] Carolus IV. Ioannis in prælio quod *P*hilippus Franciæ rex contra Anglos geſſit, occiſi filius. Quàm felix, pius, magnificus, & munificus fuerit, vide Cochlęum lib. 3. hiſt. Huſſit. Extat Caroli IV. commentarius de vita ſua ab ipſo ſcriptus.

℣. 5. *ſtudium fundauit.*] Inter plurima quæ ſapienter & publico regni bono geſſit Carolus IV. commendant Hiſtorici quod Academiam fundauit. *Maximum regno decus inſtituit ſapientiſſimus Princeps, Academiam Pragenſem, auctoritate Rom. Pontificis Innocentii VI.* inquit Cochlæus lib. 3. hiſt. Huſſit.

℣. 6. *VVenceslaus idem fecit.*] Fecerit idem quod pater Carolus in retinenda fide orthodoxa: tamen longè degenerauit: cui præter alia probra, ſocordia obiicitur, & quod dum Academiæ Pragenſis priuilegia antiqua violari patitur, Academia florentiſſima diſſoluta, VViclefi venenũ in Bohemiã ſe infuderit, rege altum dormiente. Sub quo Bohemos afflixit peſtis, ſeditio, hæreſis; & ipſe ſine hærede inglorius obiit, anno 1419. ætatis 57. regni 55. vidua relicta *S*ophia Bauara. Vide Æneam Syluium cap. 37. Cochlæum lib. 1. & 4.

℣. 9. *ex literis VVickleff.*] Cochlæus lib. 1. Huſſ. hiſt.

Digitized by Google

dat notationem nominis VVicleſi. *VVicleph eſt Anglicè interpretatum; impia vita.* in qua notatione idioma Germanicum agnoſcas, vbi Lebe vel Leſe/eſt, vita; leben viuere. Wick vel zwicht, impium. *Plurimos ſcripſit libros ſermones & tractatus, quorum permulti commemorantur partim à Thoma VValdenſi Anglo,* inquit Cochlæus, *partim à Ioan. Przibram Bohemo. De quibus & mihi quidam ex Anglia ſcripſit Epiſcopus, eſſe ſibi adhuc hodie duo maxima volumina VViclephi, quæ mole ſua videantur æquare opera B. Auguſtini. Cum eſſet itaq; ſcientia inflatus, & per ſuperbiam gloriæ, ac nouarum rerum cupidus, in Oxonienſi Academia libris ſuis noua dogmata ſpargere cœpit. factus autem doctoribus per paradoxa ſua ſuſpectus, & apud Eccleſiæ Prælatos delatus, protectorem ſibi conquiſiuit Comitem Lacuſtriæ, virum præpotentem in Anglia. Sub cuius protectione, tutus ac ſecurus liberrime ſcripſit quicquid voluit.*

℣.10. *per quoſdam ſtudẽtes*] Qui nam hi fuerint, patet ex Ænea Syluio. *In libros eius animaduerſum eſt ab Epiſcopis & Doctoribus. Vnde factum eſt,* inquit Cochlæus libro 1. Huſſit. *Vt poſt mortem ipſius, quidam ex diſcipulis eius, nomine Petrus Payne Anglus, Pragam cum libris illius profugerit, regnante Venceslao: ea forſan occaſione permotus, quòd ante eum Boemus quidam genere nobilis, ex domo quam PVTRIDI PISCIS vocant, apud Oxoniam in literarum ſtudio conſtitutus, libros VViclephi, quibus titulus eſt de vniuerſalibus realibus, inde in patriam ſecum retulit, velut pretioſum theſaurum. Quos Pragæ diuerſis tranſcriptionibus, multis hominibus communicauit; & iuxta nomen ſuum, putridi hæretici letale virus ciuibus ſuis infudit. Commodauit verò libros illos iis potiſsimum, qui Teutonicorum (vti refert Æneas) odio tenebantur, vt illi per noua dogmata vexati, Academiam Pra-*

genſem, in qua præualebant, Boemis regendam diſcedentes relinquerent.

℣.14. *Archiepiſcopus*] Fuit hic Svinco ab Haſenberg, ad quem Alexander V. Pontifex miſit literas de coërcendis VVıclephi fautoribus.

℣.15. *cum Doctoribus*] Quinam præcipui hi Doctores Theologi fuerint, eos ipſe Hus lib. de Eccleſia cap. 11. vbi ait: *Dux pro tunc fuit Stephanus Paletz cum Stanislao, trahentes poſt ſe Petrum de Ikoyma, Ioannem Heliæ, Andream Broda, Ioannem Hildeſen, Matthæum Monachum, Hermannum Heremitam, Georgium Botam, & Simonem VVendam.* De condemnatione 45. articulorum VVicleſi hæc Magiſter Ioan. Przibram lib. de articulis VVicleſi: *Anno reuolutionis Domini 1409. vel circa, à quo nunc fluxerunt anni pænè 22. poſt vnam conuocationem vniuerſitatis, & alteram Theologicæ facultatis, præfatos articulos 45. damnantium, facta eſt plena & tertia congregatio Doctorum Nationis Bohemicæ, pariter & Magiſtrorum & Baccalaureorum & Studentum omnium; ad Nigram Roſam in Praga congregatorum (etiam in ipſa congregatione * M. Ioanne præſente, & ipſo inter principales principaliter vota dante & omnium Magiſtrorum voce, nulla penitus contradicente: Et quidem me tunc præſente, & talia vt gerebantur contemplante) voto & conſenſu omnium facta eſt coram publicis Notariis talis concluſio, & in hunc modum pronunciata coram omni aſtanti auditorio: Notum ſit omnibus, quod omnes Doctores & Magiſtri, hic congregati, vnanimiter, nullo penitus contradicente articulos 45. VVıclephi reprobauerunt, refutauerunt & prohibuerunt.* Hæc M. Ioan. Przibram. Quibus ſimilia in fidei ſuę confeſſione, &c. Sed hæc non eſt illa condẽnatio, de qua hic ſermo ab Hilario, qui loquitur de edicto regio, à præ-

* Hus intelligit.

fatis Doctoribus compoſito, & quod extat iiſdem pæne verbis apud Cochlæum lib. 1.

℣. 17. *quia peſtifera.*] Sunt verba edicti regis VVenceſlai contra Hus, quod extat apud Cochlæum lib. 1. fol. 44. & ad verbum pæne idem cum noſtro, vſq; ad illa verba: *Hæc fuerunt per regem*, fol. 471. v. 18.

℣. *antepenultimo. quidam de clero.*] Quales è clero Huſs ad VViclefi defenſionem attraxerit, deſcribit Cochlæus lib. 1. Huſſit. fol. 16. *Ex clero magnam ad ſe partem trahebat: nam plerique diſſolutioris vitæ, alieno ære grauati, & Eccleſiaſtico iudicio propter ſcelera obnoxii, ea nouitate pœnas ſe ſperabant euaſuros. Nonñulli verò doctrina celebres, & morum honeſtate præditi, iniquo ferebant animo, ſacerdotia maiorum cenſuum iis committi, qui quamuis nobilitate præirent, ſcientia tamen longè inferiores eſſent. Excæcati itaque inuidia ac nouarum rerum ſtudio, prioris ſuæ obliti ſententiæ (qua VViclephi doctrinam communi omnium conſenſu damnauerant, iunxerunt ſe Ioanni Huſs, &c. inter quos doctrina & eloquentia præeminebant, Hieronymus Pragenſis, & Iacobellus Miſnenſis.*

fol. 469. ℣. 12. ſolam ſcripturam ſacram.] Reſponſum Catholicorum ad hoc Huſſitarum paradoxon, extat apud Cochlæum lib. hiſt. Huſſ. fol. 58.

fol. 471. ℣. 22. VVickleff libri.] Extant apud Cochlæum lib. 1. Huſſit. fol. 23. fragmenta Epiſtolæ Ioannis Papæ ad VVenceſlaum regem, in quibus ait in Romano Concilio libros VViclef damnatos.

℣. 25. *Pariſienſem.*] Extant apud Cochl. lib. primo. folio 23. literæ Ioannis de Gerſon Cãcellarij Vniuerſitatis Pariſienſis ad Archiepiſcop. Pragenſem contra VViclephum.

℣. 27.

℣. 27. *qui arguebat.*) Ita prorſus eodem modo Hus mentiebatur ſe propter eandem cauſam excommunicari. *O magiſter, ſed non in Iſraël* (inquit M. Andreas Broda Bohemus in epiſtola ad Hus) *non veremini dicere, quod ſolum propter impugnationem criminum quæ clerus ſequitur, excommunicationẽ & perſecutionem patimini, &c. Si non eſſet cauſa alia, præterquam hæc, quod prædicatis contra clericos, nullus vos (vt æſtimo) excommunicaret. Nam & antiquis temporibus Militius, Conradus Styckna & alii quam plurimi contra clericos prædicauerunt, nullus tamen propter hoc excommunicationis fuit ſententiæ ſubditus.*

fol. 472. ℣. 2. Hilarius: Qui recipis paleas.] Hic locus quãtumuis exſcriptori corruptus viſus fuerit, mihi non videtur; ſi benè diſtinguatur. Hoc modo ergò lego, ſine hiatu, *Hilarius: Qui recipis paleas, recipe granum. Scis quid dicit de remanentia panis de ſacramento Euchariſtiæ? Rockyzana: Loquitur VVickleff ſcholaſticè, ſed vide quomodo ipſe 1. Cor. 11. ibi determinat. Kyzizanouwschy: Magiſter, tamen ipſe expreßè determinat in Tractatu de Euchariſtia, remanere panem, dicens: Confiteor c. e. d. i. h. c. r. p. m. c. l. p. q. p. f. l. m. a. i. hoſtiam: melius f. ſ. m. a. c. a. &c. Item e. i. i. ſ. A. l. i. n. d r. p. & n. s. ſed ad intentionem. Rockyzanna: Minus iuſtè, &c.*

Quaſi diceret Hilarius ad Rockyzanam: Tu qui VViclefi leuiores errores, veluti paleas recipis & enumeras, ecce tibi grauem & grandem, cùm docuit, in Euchariſtia remanere panem. Quod Rockyzana conatus excuſare, ait, VViclephum loqui ſcholaſticè, id eſt, referendo & dubitando, vel in vtramq; partem diſputando, non autem aſſerendo, & determinando. Meritò autem mirari quis hîc queat, cur Rockyzana conetur dictum VViclefi de remanentia panis mitigare, atque aliorum interpretari; cùm apertè & diſertis verbis neget Tranſubſtantiationem. At hic genius hæreticorum eſt, vt cùm effudere grandem blaſphemiam, & quę ſuo horrore omnes etiam primo aſpectu percellere poſſit, pernegent & tergiuerſentur. Sic ipſe Hus cùm docuiſſet remanentiam panis, tamen id Conſtantiæ pernegauit. *In primò aduentu eius in Conſtantiam*, inquit Ioannes Przibram lib. de non remanentia panis contra VViclephiſtas, *Venit ad eum Magiſter Didacus, dicens, Reuerende Magiſter, ego ſimplex idiota. Et M. Ioan. Hus dixit: Non es ſimplex, ſed duplex. Et ille: Interrogo vos, an teneatis & aſſeratis, poſt conſecrationem & verborum prolationem factam, in ſacramento altaris remanere panem materialem? Et M. Ioan. Hus reſpondit, Non teneo. Et ille, Non tenetis? Et Magiſter, Non teneo. Et cum ſic ter replicaſſet, Ioannes de Chlum, ibidem ſedens, indignanter dixit ad Monachum, Qualis es tu? tamen cùm mihi aliquis ſemel rem affirmaret vel negaret, ego ſibi crederem. Et ecce hic tibi ter replicat, Non teneo. Et tu ſemper vlterius inquiris.* Et in eodem libro refert *Przibram*, quàm vafrè Hus interpretatus ſit dictũ ſuũ de remanentia panis. *Reſpondeo ad dicta Brodæ, deponentis contra eum, quòd poſt conſecrationem Euchariſtiæ teneret, remanere panem. Reſpondit: Dixi & dico, quod in hoſtia remanet ille panis, qui dicit, Ego ſum panis vitæ.* Hanc inconſtantiam Hus modò negantis, modò affirmantis imitatus Rockyzana, mirè in hoc tergiuerſatur. vt habetur infra fol. 487. *Inſtabant Doctores frequenter, vt confiteretur fidem de venerabili Sacramento, an panis ibi remaneat. Vnde pulſatus dixit: Iam ego ſemel confeſſus ſum coram Imperatore, non oportet quod plus dicam, &c. Et cùm inſtarent ambo Doctores, vt adhuc confiteretur, nihil plus volebat dicere, ſed dixit,*

xit, *Ad veſtram voluntatem illud non faciam. Ego habeo bonam fidem.*

℣.7. *Magiſter.*] Kyzizanuſchy Rockyzanam alloquitur & Magiſtrum vocat, obiicitq́; illi horrendam blaſphemiam quam VViclephus in tractatu de Euchariſtia effudit.

Ibid. ℣. 12. *caput aſini*] Similem blaſphemiam habet VViclephus in hoc ipſo qui hic citatur, ſermone, ſuper illa verba: Aſcendente IESV in nauiculam. *Et reuera Papa Innocentius & eius diſcipuli*, inquit VViclephus ſerm. de Nauicula, *Poſſent citius facere, multos fideles credere, quod ipſum Sacramentum ſit caput Aſini, vel quæcunq; ſubſtantia alia nominandum.* Hæc VViclephi verba obiicit, & citat M. Przibram apud Cochlæum lib. 2. hiſt. Huſſ. fol. 90. Sed hæc VViclephus non dixiſſet, *niſi cor Aſini ipſe potius habuiſſet, & impudentiam canis*, vt vtar verbis Ioſephi, lib. 2. cõtra Apionem. Et mirum quomodo & Lutherus & Melanthon & Caluinus ſimili impietate, aſini verbo ludant contra orthodoxos. *Sed aſinos, hoc eſt, ſemetipſos, grauant, & faciunt ſtultitia ſimul & mendaciis oneratos*, vt ait Ioſephus de Apione. Quàm irreuerenter S. Euchariſtiam tractarint, audi ex Epiſtola Iuliani Cardinalis ad Ioannem Hofman Epiſcopum Miſnenſem anno 1431. miſſa. *Quàm turpiter autem & ignominioſè contrectent diuinæ Euchariſtiæ Sacramentum, quod prophanis pedibus in ſanguine occiſorũ conculcant.*

℣. 16. *Zuuinek*] fuit hic Suinco ab Haſenberg. Apud Cochlæum lib. 3. hiſt. fol. 17. Huſſ. extant literæ M. Andreæ de Broda Bohemi literæ plenæ ſpiritu Dei ad Suinconem hunc Raudnicii in arce ſua Archiepiſcopali tunc degentem, quibus perſuaſit vt VViclephi libros combureret.

℣. 17. *combuſſit libros*] Et Thaboritas & Huſſitas valdè vſſit hoc factum Svinkonis: de quo hiſtoricus Thaboritarum Ioannes de Lukavvetz hæc: *Anno 1429. Magiſter Ioannes dictus Przibram, honoris Dei, veritatis Euangelicæ æmulus, & famæ regni Bohemiæ, ac ſalutis propriæ immemor, inſurrexit libros Doctoris Euangelici, Magiſtri videlicet Ioannis VVicleph, hæreticans & erroneans. Qui libri Magiſtro Ioanni diuæ memoriæ (vt noſcunt plures fide digni, quod ſic aſſeruit) aperuerunt oculos, dum eoſdem voluebat & reuoluebat, vnà cum pluribus ſibi adhærentibus pro tunc Magiſtris, olim valdè dolentibus de combuſtione librorum Doctoris antedicti, de anno Domini 1410. per Suinconem Archiepiſcopum Pragenſem & ſuos Simoniacos Prælatos Pragæ facta, &c.* quibus pergit enarrare quæ combuſtionem hanc conſecuta ſcilicet incommoda.

℣.18. *cantio: Artibiskio Abeceda Spalil Kmehii Anvvieda.*] De eadem cantione Cochlæus lib. 1. hiſt. Huſſ. fol. 18. *Libris verò combuſtis, Ioannes Huß, vt Archiepiſcopo iniuriam rependeret, ita & odioſum & contemptibilem eum ſuis detractionibus populo reddidit, vt plerique partium ſuarum laici, vulgares & ironicas in optimum Patrem cantiones confingerent ac decantarent in publico, Suinick Kraſehy Spalil. propter eam librorum combuſtionem. Et adeò increbruit ea cantionum contumelioſa frequentia, vt rex VVenceslaus publico dignatus ſit probibere edicto, ne amplius decantarentur eiusmodi cantilenæ ſub pœna capitali, omniumq́; facultatum amißione.*

℣.20. *ibi peſte eſt conſumptus.*] Conuenit hoc cum Æneæ Syluii narratione, obiiſſe poſtquam ad regem perueniſſet: à quo (fratre VVenceslao omnia negligente) auxilium contra Huſſitas petiit, eiuſq; promiſſa accepit. Alii Bohemi, vt & Stephanus Paletz, narrant, in itinere obiiſſe Poſſonii, antequam ad regem perueniſſet. An peſte obierit, vt ait Rockyzana, meritò dubitari poteſt. Alii aiunt, mœrore confectum eſſe. Stephanus Paletz

lib

Digitized by Google

lib. contra Hus hæc habet: *Reuerendus pater dominus Archiepiſcopus, olim S. Sbinco, ſancto inſiſtẽs labori, pro illorum malorum, præcipuè pro illius venenati capitis malorum VVicleph, & eiusdem ſacrilegarum doctrinarum exterminio, factus fuit, ex inobedientia & rebellione illius Magiſtri Huß, contemptibilis, & penè fabula in populo. Qui Reuerendus Pater, etſi ætate ſatis iuuenis, ſed morum honeſtate canus & grauis, Domini ſui Ieſu Chriſti exemplo edoctus ſolido, qui perfidorum Iudæorum cedens ſcandalis, exiuit de templo, & abſcondit ſe. Non vt conuictus & ſeruiliter fugeret, ſed tempus vt tempori reſeruaret, &c. peragrata terra Morauiæ, vt veniſſet in Vngariam, viſitaturus Sereniſſimum Principem, eiuſdem terræ Vngariæ Regem Sigiſmundum, antequam perueniſſet ad illius conſpectum, præoccupatus & viſitatus ipſe prior diuina prouidentia, vt ſui certaminis optimæ retributionis acciperet præmia, &c.*

fol. 473. ℣. 22. magiſter Conrada.] Puto illum eſſe, quem Cochlæus lib. 4. fol. 170. & 172. propugnatores Huſs enumerans, Wenceslaum Conradam vocat, quo Duce Ziska bellum inchoauit, teſte Cochlæo lib. 5. fol. 178.

℣. 24. ciues Pilſnenſes.] Qui ſemper Catholici, contra Huſſitas & Thaboritas conſtanter pugnarunt. Notum eſt Ziskæ ſtratagema, dum pepla mulierum ſparſit, vbi pugnandum erat ad *Piltznam*. Vide Cochlæum libro 5. fol. 217.

fol. 475. ℣. 1. S. Adalberto.] Quomodo S. Adalbertus Praga Romam diſceſſerit, moribus prauis offenſus, narrat Baronius Tom. 10. anno 983. & quomodo anno 989. redierit Pragam.

fol. 476. ℣. 21. Dominus Roſarum] Dominos de Roſenberg & conſtanter Catholicos & ſtrenuos tum fuiſſe, vetuſta Chronica Bohemorum apud Cochlæum lib. 8. fol. 277. teſtantur: *Tunc Dominus Vlricus de Roſis, Dominus*

VVenceſlaus Micholitz de Strakonitz, & alii Barones in diſtrictu Pilznenſi cum Pilznenſibus; ſtrenuos famoſos Equeſtres & Pedeſtres cum curribus & Bombardis, repentino tranſitu, benè ad 12. millia in ſubſidium direxerunt. ibiq́ inter Brodam Bohemicalem & inter Gurym ciuitatem in campo cum ipſis conflixerunt, & ipſos Thaboritas proſtrauerunt. Procopium & alium Procopium paruum, ſacerdotes ipſorum occiderunt, & alios multos interfecerunt, & cremauerunt.

℣. 28. *Zdencko de Sternberg*] fuit hic Burggrauius Pragenſis, vt patet ex literis Baronum Bohemiæ ad Sleſitas apud Cochlæum libro duodecimo, folio quadringenteſimo & decimo quarto. Hic Zdencko reſtitit Gyrzikoni regi, nè Rockyzana Archiepiſcopus Pragenſis declararetur. Vir de Catholica religione optimè meritus.

fol. 477. ℣. 2. de Rabia] An VVilhelmum de Rabenſtein intelligit? De Rabenſteiniis vide quæ notamus ad fol. 501. v. 11.

℣. 3. *Koſka.*] *F*uit hic Huſſita, vt patet ex reſponſo quod dedit Regi Gyrzikoni, dum contra Catholicos fidei ſuæ profeſſionem fecit. Extat apud Cochlæum libro duodecimo folio quadringenteſimo & vigeſimo ſeptimo. An eſt ille Koſcka qui in literis Baronum Bohem. ad Sleſitas vocatur Zdencko Koſka de *P*oſtupitz, Magiſter monetæ montium Cuthnæ?

fol. 477. ℣. 9. contra Capiſtranos] Extat apud Cochlæum lib. 10. hiſtor. Huſſit. Epiſtola Rockyzanę virulenta ad Capiſtranum, cui offert diſputationem de vtraq; ſpecie, & Capiſtrani reſponſio, aliæq; literæ eius dignæ lectu præſertim quæ ad Regem Gyrzikonem. Vbi vide quàm calumniarum plena Huſſitæ in Capiſtranum effuderint;

Digitized by Google

derint; vt non mirum ſit & hic Capiſtranos (id eſt Capiſtrani ſectatores & fautores) accuſari. Licet putem per Capiſtranos, hic intelligi Franciſcanos. *Fratres S. Franciſci*, inquit Cochlæus lib.13. *qui per Sigiſmundum Cæſarem, poſt multas Huſſitarum clades, ad Pragam deducti fuerant, conante Rockyzana, repulſi ſunt.*

fol. 477. ℣. 9. *Piltzna*] Pilſna vrbs Bohemiæ ſemper conſtantiſſimè in fide Catholica perſtitit, licet magna & multa ab Huſſitis pericula excepiſſet, teſte Cochlæo libro 5. Anno 1423. meminit Ioannes Polomar apud Cochlæum libro 7. fol. 269. obſidionis qua Taboritæ & Orphani Piltznam Procopio Raſo duce premebant. Pilznenſes à Concilio Baſileenſi opem implorarunt & impetrarunt.

fol. 477. ℣. *penult pater domini*] Videtur hic fuiſſe Petrus de Sternberg, qui rege VVenceslao mortuo, Sophia Bauara cum Zenkone VVartenbergenſi regnum gubernante, & auxilium Sigiſmundi Imper. præſtolante, fortiſſimè cum Huſſitis pugnauit, & *apud Inſulam Benedicti, æquo Marte prælium diremit*, inquit Cochlæus libr. 5. fol. 179.

fol. 478. ℣. 3. *apud VViſegradum*] De VViſſegrado Bohemiæ, non Hungariæ, hic ſermo eſt, vt ſeruaret præſidioq; muniret arcem Pragenſem & VViſegradenſem dedit ducibus belli Sigiſmũdus Imp. auream tumbã S. VVẽceslai. Sed mox arx VViſegradenſis ab Huſſitis expugnata eſt, Sigiſmundo fruſtra opem ferente, in cuius exercitu ingens facta ſtrages, plurimique Proceres & Barones ceciderunt, inter quos ſine dubio etiam iſte Sternbergius. *Vt intelligere poſſit Rex*, inquit prudenter Cochlæus libro quinto, folio 182. *infeliciter datam fuiſſe Capitaneis auream S. VVenceslai tumbam.* etiam neceſſitate pecuniaria vrgente. quod & ab Huſſitis contumelioſè obiectum eſt Imp. Sigiſmundo art. 11. de accuſatione, quam ad Principem quendam miſerunt contra Sigiſmundum. Extat apud Cochlæum lib. 5. fol. 202.

fol. 479. ℣. 3. Alſonis] *Dux gentis*, inquit Cochlæus li. 7. fol. 270 *declaratus eſt Alzo Riſemburgenſis, antiquæ nobilitatis homo, ſed tenui cenſu: quem capitaneum & gubernatorem regni vocauerunt. Erant quidem apud eum Maieſtatis inſignia, auctoritas verò apud Mainardum extitit.* Extant hæ ipſæ, vt puto, literæ Alzonis anno 1435, in quibus Huſſitæ obedientiàm Romano Pontifici promittunt, apud Cochlæum lib. 8. fol. 288. *In Dei nomine Amen. Nos Alzo de Riſemberg, aliàs de VVizieſtiouu, Gubernator regni Bohemiæ, Barones, Nobiles, Milites, Clientes, Praga ciuitas, ac cæteræ ciuitates, ac ſacerdotes, generalem congregationem regni Bohemiæ, & Marchionatus, Morauiæ facientes, &c, Pro complemento & executione Compactatorum per vos omnes vel maiorem partem, præſtandum reuerentiam debitam, & obedientiam Canonicam ſanctæ matri Eccleſiæ, ſacro generali Concilio, Romano Pontifici,* &c. Extant ibid. fol. 265. alię Alzonis literæ. *His ergò ſic peractis*, inquit Cochlæus ex Bohemorum monumentis, *M. Iohan. Rockyzana cum aliis quatuor Presbyteris, nomine totius Cleri ſibi adhærentis, obedientiam Romanæ Eccleſiæ ſe ſe præſtare publicè profeſſus eſt, ſedente pro tribunali in foro ciuitatis Iglauiæ, ipſo Imp. Sigiſmundo, & Alberto genero aßiſtente.*

fol. 479. ℣. 17. executoriis compactatorum tempore Philiberti] Extant quidem apud Cochlæum lib. 8. fol. 289. executoria Compactatorum, quorum titulus: *In nomine Domini noſtri, &c. Nos Philibertus, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia, Epiſcopus Conſtantienſis prouinciæ Rothomagenſis, &c.* Sed alia hîc citantur executoria; & fortè illa, de quibus ibi his verbis mentio: *Dabimus Bullam ſacri Concilii, in qua inſerentur Com-*

pactata, & confirmabuntur. Item aliam Bullam, in qua inſeretur litera pro executione Compactatorum.

fol. 484. ℣. 18. *Pizibram*] legendum eſt: Przibram. Quátæ authoritatis apud Huſſitas fuerit Przibram & Procopius, ex his verbis Conciliabuli Huſſitarum Pragæ (quod extat apud Cochlæum lib. 5. fol. 187.) colligère licet. *Dignum duximus eligere quatuor viros idoneos, ſcientia & vita comprobatos, Principales & capitales, ſupremosq; Cleri gubernatores, directores, & miniſtratores in ſpiritualibus: cum conſenſu Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, Archiepiſcopi Pragenſis, ſcilicet Magiſtrum Ioannem Przibram, Magiſtrum Procopium de Pilzna, Magiſtrum Iacobum de Miſna, & Ioannem Prædicatorem de noua ciuitate.* Multi putarunt hunc Przibram reſipuiſſe. *Cùm multis annis,* inquit Cochlæus libro 1. *inter Huſſitarum Doctores fuerit vnus de præcipuis, reſipiſcens tamen poſtremò, acerrimè VViclephiſtas impugnauit. atque etiam ex propriis VViclephi verbis confutauit & conuicit.* Extat quoque illa Profeſſio fidei Catholicæ quam Przibram Pragæ ſcripſit, & Cochlæus iam poſt Huſſitica edidit. An autem Przibram verè ad Catholicos redierit, nihilque hæretici animi ſub velo illius profeſſionis latuerit, meritò dubitari poteſt, eò quòd articulo 50. hæc habeat. *Profiteor, quia ſcripta, dicta, & facta ſingula Magiſtri Ioannis Huſſ; & Magiſtri Matthiæ (non obſtantibus aſſertionibus vel dictis aliis meis quibuſcunq;) de tanto probo, & non plus, de quanto ipſa probantur à Deo & Eccleſia Catholica, & de quanto ipſa à veritate Catholica, & à ſanctis Eccleſiæ Doctoribus, & ab Eccleſia Catholica prorſus non diſſonant nec diſcordant. Sin autem alicubi dicerent vel ſentirent prædictis & Chriſto contrariè, hoc in eis nullatenus approbare intendo.* Cui non reddant hæc verba Przibram ſuſpectum? Ita ne dubiè dicendum: *Sin alicubi dicerent, ſi ſentirent?* Quaſi verò non dixerint & docuerint apertè hæreſes, quæ apertè abrenunciandæ erant. Et ſanè ex hoc apparet, Przibram Hus addictum, & Huſſitam (licet molliorem fortè & alterius genii; vt ſolent hæretici in diuerſa ire) permanſiſſe. Veruntamen in fine profeſſionis videtur ſincerè Catholicus, vt patet ex his verbis: *Proteſtor plane, quia dato, quod in aliquibus vel in aliquo horum, ſiue credendorum, ſiue tenendorum forem corrigibilis, præcipuè per Eccleſiam ſanctam Catholicam & Romanam, cuius correctioni Euangelicæ & Catholicæ, me cum his omnibus ſubiicio & obedientiæ humiliter accommodo, ſiue per quoſcunque viros Catholicos, ſiue amicos, ſiue inimicos, ſiue ex amore velint corrigere, ſiue ex liuore, nihil mea intereſt.* Hæc verba ex animo Catholico fluere videntur. Sed os aliud ſæpè dicit, quàm animus ſentiat, præſertim ſenſu illo ambiguo, quo hæretici ſua dicta inuoluere ſolent. VViclephiſtas certè & Thaboritas acerrimè impugnat Przibram. ſed aſſentior Cochlæo dicenti libro ſexto, folio 224. Deſiit eſſe VViclephiſta, quales Thaboritæ erant: ſed Huſſita in quibusdam permanſit, vt non eſſet per omnia Catholicus. Qui Pragæ obiit tandem anno 1448. cum eſſet paſtor Eccleſiæ S. Ægidii Pragæ in antiqua ciuitate.

fol. 484. ℣. 18. Procopio] Cochlæus de Legatis Huſſitarum Baſileam anno 1433. venientibus hæc habet lib. 6. fol. 247. *Præcipui nominis erant Procopius Raſus, ductor exercitus Taboritarum: Magiſter Ioannes de Rockyzana, concionator & Pſeudoapoſtolus Pragenſium, Magiſter Nicolaus de Peletzo Taborenſium Pſeudoepiſcopus: Magiſter Petrus Payne de Anglia, patria profugus: VVilhelmus Coska, non tàm Equeſtri dignitate, quàm Eccleſiarum direptione inſignis: & Matthias de Clumpezan, Præfectus de Pieſtenſis cum trecentis equis.* Hæc fuit prima legatio: de qua hîc non eſt ſermo; cùm dicatur: *Altera vice equitauerunt.* Quis igitur hic Procopius qui cum Przibram altera vice Baſileam venit. An Procopius Raſus? At in Procopium iam tum anno 1430. inimico erat animo Przibram vt teſtatur in fine profeſſionis ſuæ, quam ita concludit. *Anno* Domini 1430. *tũc amplius ſæuiente ac minante tyranno Raſo.* An fuit Procopius cognomento Paruus, qui itidem cum Procopio Raſo ſeu Magno, dux belli Ziskæ & Taboritis erat? An verò fuit Magiſter Procopius de Piltzna, Huſſita celebris, cuius mentio in Conciliabulo Pragenſi Huſſitarum? Hunc ego fuiſſe credo. Procopium de Rabenſtein Cancellarium Bohemiæ virum ſtrenuum ac Catholicum, hic nec cogito quidem. Imò Procopium de Piltzna & Przibram ad Baſileenſe Concilium ſimul miſſos anno 1437. patet ex epiſtola Sigiſmundi Imp. & ex literis Pragenſium, quæ extant apud Cochlæum libro 8. fol. 306.

fol. 485. ℣. 2. *& alibi*] Inter alia, quæ Hieronymo Pragenſi in Concilio Conſtantienſi obiecta fuerunt, etiam hoc erat: *cum Saluatoris crucifixi imaginem* (inquit Cochlæus lib. 3. hiſt. Huſſit. *Pragæ è Regione domus dictæ Kreiſſe, pictam vidiſſet, quæ in veneratione deuoti populi erat, eam non ſolum irriſit, ſed etiam deiecit, & ſtercore humano inceſtauit, dicens, nequaquam pingendas eſſe imagines.* In epiſtola Martini V. Pontif. ad Bohemos: *Imagines Crucifixi, B. Mariæ Virginis & aliorum Sanctorum irreuerenter franguntur & comburuntur, & impudicè defœdantur.* & paulò pòſt: *Imagines Ioannis Hus & Hieronymi hæreticorum condemnatorum venerantur.*

fol. 486. ℣. 5. *Conrado*] De hoc Auguſtinus Olomucenſis Præpoſit⁹ in catalogo Olomuc: Epiſcoporũ. *Conradus*

natio-

Digitized by Google

natione VVeſtphalus, humili genere natus, regni Bohemiæ Subcamerarius, Laczkoni ſuccedit, homo vanus & prodigus, artibusq; necromanticis ac ſortilegiis, contra profeßionem ſuam, vt aiunt, infamis. Hic bona Eccleſiæ iterum diripuit, in duplaq; quàm prædeceſſores ipſius pecuniarum ſumma, partim Venceslao Regi, partimq; aliis Marchionatus proceribus oppignorauit. Fauore tãdem Venceslai ad Metropolitanam Pragenſem ſedem translatus; cuius bona æque atq; in Morauia fecerat, diſtraxit, in Hußitarum inſaniam (quæ tùm pullulare cœpit) non multo poſt prolapſus, Anno videlicet 1421. obiit Anno 1423. Apud Cochlæum lib.1.fol.34 extat Conſilium Ioannis Epiſcopi Lythomyslenſis ad Conradum contra Hus. Extant quoq; apud Cochl.lib.4.fol.169. eiuſdem Conradi literæ, quibus Hermannum Suffraganeum ſuum, itidem Huſſitarum fautorem ab officio ſuſpendit anno.1417.

*fol.*486.℣.10. *Philibertus*] Mortuus eſt anno 1439. Pragæ, Philibertus Conſtantiæ Gallicæ Epiſcopus, qui multis annis fuit in Bohemia Synodi Baſileenſis Legatus plena cum poteſtate, ſepultus in caſtro Pragenſi, in Eccleſia nimirum Metropolitana.

*fol.*486.℣.17. *Ladislai*] Ladislaum Regem intelligit, filium Alberti Auſtrii, regis Bohemiæ.

*fol.*497.℣.17. *Ladislao Rege*] Fuit hic Rex Catholicus optimus, *nec vnquam hæreticorum ſacris aut conuenticulis*, inquit Cochlæus lib.11. *intereſſe, aut eorum Eccleſias intrare voluit, quamuis rogatus Quinimo cum à Rockyzana quidam ſacerdos ſubornatus eſſet, vt Regi Miſſam celebraret, Rex vbi accepit, hæreticum eſſe, miſit ad eum Magiſtrum militum, iubens vt niſi protinus abſcederet, alteriq; locum daret Sacerdoti, qui Catholico ritu celebraret, vi abriperetur, ac de proxima rupe præcipitaretur.*

fol 497. ℣. 18. ad Budin] Ladiſlaus Rex, Budæ fuit, cum gladio feriri iuſſit Ladislaum Huniadis filium, anno 1457.

fol. 497. ℣. 20. Capiſtranus] Laudes Capiſtrani habes in Epiſtola 420. Æneæ Syluii. & in Bulla Nicolai V. ad Capiſtranum. & apud Cochlæum lib. 10. vbi extat Epiſtola Kazimiri Poloniæ Regis, qua Capiſtranum inuitat, vt Ruthenos, qui Græcos ritus ſequerentur, ad rectam fidem reducere velit.

fol. 501. ℣. 11. Cancellarius] Fuit hic Procopius de Rabenſtein Cancellarius regni Bohemiæ, vir Catholicus, eruditus & ſtrenuus, apud Regem Ladislaum & Gyrzikonem ſummæ autoritatis, Æneæ Syluio in aula Imperatoris perquam familiaris, vt patet ex Epiſt. 260. Æneę quam ad Procopium ſcripſit. Ex familia eius vno anno 1475. duo Ioannes obierunt, Ioannes de Rabenſtein, eques auratus, fortis & ſtrenuus: alter Ioannes de Rabenſtein Decretorum Doctor, Præpoſitus Eccleſiæ VViſengradenſis.

fol. 508. ℣. 28. Malovvetz] In literis Baronum Bohem. ad Sleſitas, quæ extant apud Cochl. lib. 12. fol. 414. nominatur Ioannes Malovvitz de Porzo. Fuiſſe Huſſitam patet ſuprà fol. 477. vbi vnà cum Koscka Catholicorum ſermonem (indignante VVilhelmo de Rabenſtein,) interrumpit.

fol. 509. ℣. 7. Cancellarius] Procopium de Rabenſtein intelligit, de quo vide quæ notamus ad fol. 501. v. 11. fuit autem Procopius hic miſſus Romam à Gyrzikone Rege ad Pium II. ANNO M. CDXLII.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
RERVM ET VERBORVM. VBI LITERA, A, NVMERO ADDITA EST, DENOTAT PRIMAM TOMI PARTEM.

A

ABbio. 209.a
Abraham chronologia. 43.a
Academiæ variæ. 468.471.452.510
Achilles Statius. 55.a
Adaigulſus filius Deſiderii. 200.a
S. Adalbertus. 475
Adalgarius. 194.a
Adalgiſus. 206.a obiit 207.a
Adalhartus Comes. 198.a
Adarna. 204.a
Adrianus Imp. Æliam vocat Hieruſ. 170.a
Adrianus Pont. 199.a.205.a.210.a
Ægidii Carler oratio in Concil. Baſil. 289.&c.
Ægypti encomium Anaſtaſii 58.a. dii, bos, canis, capra. hinc κυνίτοι Ægyptii. 159.a
Aid iuramentum. 202.a
Alara fluu. 207.a
Albertus Koſcka. 497
Albia fluu. 205.a.207.a
Albienſis. 196.a
Alexander in nuptiis Canæ Gal. 141.a
Algo. 206.a
Alode 203.a
Alſo. 479
Amalvvinus. 209.a
Amra fluu. 208.a
S. Anaſtaſius martyr. 54.a. 56.a. 59.a
S. Anaſtaſius Sinaita. 54.a.&c.
Anaſtaſius Abbas 56.&c.a.123.a quo tempore vixerit. 56.a.130.a. 136.a
Anathemate ferit Pontifex Thaſſilonem. 211
Anathematiſmi in hæreticos. 2.&c. 18.&c.a.
S. Andreæ ſanctorale. 489. 508. 518.
Andreas Schottus. 55.257.a
Andulfus. 209.a
Angeli Miſſæ præſentes. 75.a
Angeli cum libra apparet coram moriturolatrone. 319.a
Angiltraus Archiep. 215.a
Angrarii. 201.a
Anna filia Matthan 41.a
Anthypatus frater Iairi archiſynagogi, 141.a
Antiſiodorum 204.a

Apes

Apes vt augeantur Euchariſtia. 98
Apollinis vaticinia Cizyci. 134.a
Apoſtata. 473 (11.a
Apollinaris anathematizatur. 10. a
21. a (508
S. Apolloniæ f. diſputatū cū Hußitis.
Aqua benedicta. 485. 67.a 69.a
Aquis villa. 196.a 197.a 198.a
Aquitania. 194.a &c.
Archelai mors. 35.a
Argentonium caſtrum. 196.a
Arigiſus dux Beneuentanus. 210.a
Arius anathematiſatur. 10 a 11.a 21.a
Arnus Epiſc. miſſus Thaßilonis. 210.a
Attiniacum. 196.a 209.a
Auari. 206.a 213.a 214.a 216.a
Audacerus. 214.a
Auerne. 195.a
Auguſtam & in Lechfeld venit Carolus Magnus. 212.a
Auinionenſis Vniuerſitas. 519
Aureliana vrbs. 196.a
Auſtraſii. 212
Auſtria. 203.a 204.a

B

BAioaria. 195.a &c.
Banzanum. 212
Bardunganice. 209.a
Baronius. 50.a 55.a 56.a 113.a
Baſileæ Concilium. 2. 3. &c.
Baſileenſis Vniuerſitas. 519
Baſilii M. chronologia de Chriſti natiuitate. 47. 252.a
Bardoganenſes. 205.a
Berta regina. 198.a *obiit.* 207.a
Bernadana ſeu Betradana regina.
193.a. 197.a
Bernardus auunculus Caroli M. 199.a
Berengarius hær. 482.
Belgradenſis diœceſis Praga. 467.
Beneuent. 210.a 214.a
Bertrandus de Turre. 505
Bethlehem venerantur. 129.a
Biblia ſua Iudæi adorant. 134.a
Bituricas. 195.a 196.a
Bizas in nupt. Canæ Gal. 141.a
Bonifacius vngit Pipinum. 191.a
Bonifacius martyr in Friſia. 192.a
Boleslaus Bohem. 467
Bononienſis Vniuerſitas. 519
Bohemiæ rex Gyrziko. 466. *vſq; ad fi.*
Bohemiæ laus. 467. 468 *Apoſtoli* 467
Epiſcopꝰ Dithmarꝰ. 467. *Romanos non Græcos ritꝰ ſeruat.* 467. *inficitur à VVicklef.* 468
Bohemicè dicta. 472. 479. 493. 498.
499. (*bium.* 499
Bohemus non fuit hæreticus; prouer-
Bohemiam tria turbarunt. 500
Bohemiæ rex vnctꝰ ab Epiſcopis. 516
Britannia. 209.a
Brunisberg. 200.a
Bruno ad Carolum M. 201.a
Bucki pagus. 201.a
Budini Ladislaus. 497

Digitized by Google

Buoholz. 204.a
Burbonis Caſtellum. 195.a
Burchartus Epiſc. VVurzenburg. 191
Burgundia. 203.a

C

Cadomienſis. 519
Cadurcia. 195.a
Cæſarauguſta. 203.a
Caganus. 206.a
Calualdonum vrbs. 195.a
Caluiniſtis circa Euchar. ſimilis, occiſus. 499
Canæ Galilæ. nuptiis qui interfuerint. 141.a
Cãcellariꝰ Bohemiæ Catholicꝰ 501.509
Cauiſius mons. 199.a
Cantabrigenſis Vniuerſitas. 519
Cantela. 195.a
Capiſtranus Ruthenos vocat hæreticos. 497
Capiſtrani accuſati à Hußitis. 477
Carbona villa. 198.a
Cardinales. 468.469.
Cariſiacum. 194.a.195.a.196.a.200.a 206.a
Carolus Imper. & filius VVenceslaus quàm vtilis Bohemiæ. 468
Carolus Martellꝰ quãdo defũctꝰ. 190.a
Carolus & Carlmannus filii Pipini. 192.a.193 a.195.a
Carlmannus. 190.a.*monachus.* 192.a. *obiit.* 193 a 198.a
Carlmannus Rex frater Caroli obiit
Carolus filius Caroli Magni. 208.a
Carpocrates anathematizatur. 5.& 20.a
Caßiuogila. 203.a
Cermenſis Epiſcop. 480
Cetherius. 194.a
Cerinthꝰ anathematizatur. 5.& 20.a
Chriſti diuinitas & humanitas, 3.a
Chriſti nati &c chronologia. 35.a.50.&c.a.*habitauit Heliopoli.* 35.a
Chriſti vita. 35.vsq; 52.a
Chriſti regnum. 125
Chriſtum ſeu Meßiã Iudæi ηλειμμένον *vocãt.* 125.a.137
Chriſtianorũ Imperatorũ nullus à barbaris occiſus 129 a
Cizyci vaticinia Apollinis. 134.a
Cleopatra Regina. 41.a
Cleophas accipit à Chriſto Euch. 494.
Clericis dominium negat VVicklef. 471.*defendunt Catholici.* 474.
Cluſas expugnat Carolus M. 199.a
Cmiſſo Olmucenſis Ep. 486
Cochlæi hiſt. Hußitica. 466
Colonia. 206.a. *Coloniẽſis Vniuerſitas* (519.
Compactata cum Hußitis. 467.475.477.478.&c.
Compendium. 193.a.204.a
Concilia. 58.&c.451.*Baſileenſe.* 508.&c.2.3.&c.*Ferrarienſe.* 497.*Florentinum.* 497.
Confeßio ſacramentalis 383.&c.67.a 69.a.87.a

Digitized by Google

Confeßionales litera. 394.&c.
Cõfraternitates accusãt Hußita. 392. &c.
Conrada Hußita. 473
Conrado depoſito ſucceßit Epi. Olmucenſis. 486
Conradus in diſputatione Hußit, legit compactata. 499
Conradus Legatus. 206.a
Conſtantinus M. inurit & narib⁹ trũcat Iudæos & cur. 170 a
Conſtantinus Imp. Conſt. mittit Pipino organum. 193.a
Correctio. 428.&c. 456.&c.
Cracouienſis Vniuerſitas. 519.
Crux violatur. 485. *adoratur.* 69.a. 128.a *quare.* 134.a.&c.
Cruces fixæ in ædificatione Eccleſiarũ 129.a.
Crux in numis Chriſtianorũ. 129.a. 130.a
Cumaclia. 480
Cyrilli Alexãdrini anathẽatismi 18.a
Cyrillus Bohemiæ Apoſtolus. 467

D

DAchavv Bohemiæ. 467
Dadinus. 194 a
Dæmones cum libra in morte latronis 139.a. &c.
Damaſus Epiſc. 205.a
Danielis hebdomadæ. 137.a. 169.a
Danubius. 212.a. 215.a
Darmoantis Caſtellum. 195.a
Decima. 471 473.
Derbanalãbi. 203.a
Dernouice flum. 197.a
Δήλωσις *Iudæorum ex gemmis Rationalis.* 174.a
Deſiderius rex Long. 199.a
S. Dionyſii reliquiæ. 193.a
Diſputatio cum Hußitis. 466.&c
Diſputationes cum Hæreticis. 520
Dithmarus Epiſcopus Prag. 467
Diuca. 204.a
Dominicani in diſputatione contra Hußitas. 466
Doriacum villa. 203.a
Dotbertus. 194.a
Drabataurus. 203.a
Duciſchius. 197.a
Dulgium facere. 203.a
Dura ſeu Duria villa. 198.a. 200.a. 204.a

E

EBerhardus ſeu Eunardus pincerna Caroli M. 206.a
Ebion anathematizatur. 5. & 20. a
Eccleſia quid. 127.&c. 369.&c.
Eccleſiæ obedientia. 468. 470. 24. *auctoritas.* 469. 483. 261. &c. *iudiciaria poteſtas.* 468. 489. 495. 469. 497. 25. 27. &c. 124. 144.

Digitized by Google

vnitas. 478

Eguoſeſina vrbs 197.a

Eleuatio in Miſſa. 73.a.77.a

S. Eleutherii reliquiæ. 194.a

Eliam Iudæi pro Meſſia expectant. 124.a.

Eliæ Iudæus aram erigens punitus, ibidem.

Eliſabeth cognatio. 41.a

Erfordienſis Vniuerſitas. 519.

Ermenſil. 198.a

Eſther filia Ioſeph. 41.a

Euchariſtia 481. 501. 502. 510. &c. quomodo percipienda. 61. &c. a. errores. 481. 499.

Euchariſtiæ adoratio. 472. tranſubſtantiatio 472. 52 &c. præſentia Chriſti. 50. &c. ſeruatur vt apes augerentur. 98. ſub vna ſpecie. 1. 2. 3. per totum. 477. 491 &c 512. &c. vtilitas. 160. &c. manducatio triplex. 59. ſub vtraq; ſpecie non eſt neceſſitatis. 63. &c. Sacrificium incruentum. 65 a. 75. a. 171. a antequam percipiatur, confitendum. 67. a

Euangelia quæ apocrypha. 498. 145.

Eugenius Papa. 486.

Euſebii chronologia de Chriſto. 47.a 52.a

Euſtathii chronologia de Chriſto 47.a 52.a

Exarchatum reddit Pipinus Romanæ Sedi. 193.a

F

FAringa. 212.a

Faſtrada vxor Caroli M. 209.a 211.a

Ferrarienſis Vniuerſitas. 519.

Fides ſine operibus mortua. 71.a

Florentia. 210.a

Florentina Vniuerſitas. 519

Folradus Pipini legatus. 193.a

Formoſus Epiſc. 205.

Forum Iulii. 201.a

Francia. 190.a &c. per totum.

Franciacus Caſtrum. 198.a

Friſones 215.a

Fuldradus Capellanus. 198.a

G

GArona. 196.a 197.a

Geilo. 206.a obit. 207.a

Gentiliacum. 195.a

Georg plebanus Gobieslavv. 476

Georg. Rex Bohemiæ. vide Gyrziko.

Georg. Lautherius. 520.

Georgii Syncelli chronologia de Chriſto. 47.a52.a

Germania vaſtatur à Carlmanno. 190.a

Germani Conſtan. fragmenta. 17.a 22.a

S. Germani reliquiæ. 194.a

Geſneri error. 49.258.a

Giſſola filia Caroli M. 205.a

Græcorum errores. 497. *Græci & Romani apud Pipinum conſultant de Hieroſolymæ, & de imaginibus.* 196.a

Grabamannus miſſus Caroli 214.a

Gratia gratis data, & gratum faciens confunditur ab Huſsitis. 500.

S. Gregorii Magni dialogi Græci. 24 & c. a *Paſtorale in Græcum vertit Anaſtaſius* 54.a. *cur punierit Iudæum qui Eliæ aram erexit.* 124.a

S. Gregorii Thaumaturgi Anathematiſmi. 2.a. & c. 38. & c. a

Grifo fugit in Saxoniam. 191.a

Grimaldus filius Ducis Beneuent. 210.a. 214.a

Guualdanus. 196.a

Gyrziko Rex Bohemiæ loquitur in diſputat. 466. 474. 501. 509.

H

HÆreticus quis. 490

Hæreticus quidam ſimilis Caluiniſtis occiſus. 499

Haiſtulfus Longob. Rex. 192.a *Obſidetur Papiæ.* 193.a

Halbdani. 206.a

Harislig. 213.a

Hariſtallum. 198.a 199.a 202.a 204.a 208.a

Haſa fluu. 207.a

Haſenbergius Bohem nobilis, defendit Catholicos. 476

Haſsiones. 201.a

Heliopoli Chriſtus habitauit. 35.a

Heregiſus. 210.a

Heresberg. 198.a 200.a 202.a 205.a 208.a

Heronicus. 197.a

Herwvard Bauariæ Cancellarius, chronologiæ peritiſsimus. 52.a

S. Hieronymi à Laurentio Vallani reprenſus 498

Hieronymus Pragenſis Huſsita. 452.

de Hieroſolymitana vrbe conſultatio coram Pipino. 196.a

Hilarius Decanus Pragenſis. 466. *vsq. ad finem. fuit primò à partibus Huſs.* 473.

Hildebrandus dux Spolet. 204.a 214.a

Hildegardis vxor Caroli M. 205. *obiit.* 207.a

Hildegarius Ep. Colon. occiſus. 192.

Hildeburgenſis Vniuerſitas. 519.

Hildericus Rex Franc. tonſuratur 192.

Hilmetradis concubina Caroli M. 216.a

Hiltrud. 191.a

Digitized by Google

Hippolytus Portuenſis. 49.a
Hippolytus Thebanus. 35.47.&c.a
Hiſpania. 203.a
Hoohſeoburg caſtrum. 190.a
Huculum. 208.a
Hunaldus. 190.a 197.a 198.a
Hunricus Abbas. 211.a
Hußitæ in Concil. Baſil. 467
Hußitarũ 4. articuli. 466. *primus* 1.2. *vſq; ad* 288. *Secund* 289. *vſq; ad* 464. *cõpactata.* 497. 478. &c. *irreuerentia in Euchariſtiã* 472. *in Eccleſiam.* 479. *in papam.* 479 *cãtiones.* 472. 479. *ſæuiunt.* 475. *rident Catholicos.* 518. *baptizant in vulgari Bohemico.* 479. *accuſant Catholicos.* 476. *negant obedientiã Cleri.* 479 *infantes communicant.* 479. 484. *rebaptizant.* 48 *confirmationẽ per ſacerdotes conferunt.* 480 *Euchariſtiã non adorãt.* 472 *trãſubſtãtiationẽ negant.* 480. *dãt ſub vtraq; ſpecie.* 484. *confeßionem violant* 480. *Ordines violãt.* 480. *Sigilla falſant* 480. 486. *horas nõ orant.* 484. *imaginum hoſtes & crucis.* 485. *quomodo celebrent Miſſas* 485. *gratiam gratis datam & gratũ facientem: & poteſtatem ordinis & iuriſdictionis: & ſignificantiã & efficaciã Euchariſtiæ confundunt* 500. 501.

I.

Iacobi Apoſtoli. 39.a
Iacobus frater Domini pro interfectoribus orat. 79.a
Iairi archiſynagogi frater Iairus. 141.a
Ibinalakabe Saracenus. 203.a
Illyricum. 215.a
Imaginum veneratio. 69.a. *cauſa venerationis.* 134.a.&c. *de Imaginibus Synodus coram Pipino* 196.
Imperatorum Chriſtianorum nullus à barbaris occiſus. 129.a
Inachus. 43.a
Indiæ qui igne pro baptiſmo vtantur. 497.
Indulgentiæ. 376 &c.
Ingelheim. 200.a. 213.a
Iniuriarũ obliuio. 77.78.79 &c.a
Ioãnis Ciſtertienſis oratio ad Bohemos in Concil. Baſil. 2.
Ioannes Baptiſta quamdiu vixit. 37.a
S. Ioannes Euang. apparet Gregorio Thaum 21.a *eiꝰ vita* 37. *habitat Hieros. in æde Sionis* 39.a. *pater* ἰδιονάυκληρος. 39.a 50.a. *illuſtris & diues.* 39.a. *cognatio.* 41.a. *latronem reducit.* 113.a
Ioannes de Raguſio perorat in Concilio Baſil. 1.2.&c.
Ioannes Papa Epiſcopum 1. *miſit Pragenſibus.* 467
In Ioanne Caſtro occiſus mortificatus hæreticus 499

Ioann. Georg. Hervvard Bauariæ Cãcellarius chronologiæ peritiſſ. 52. a

Ioan. Langi error. 50.a

Iordan vbi Chriſtus baptizatus, in veneratione. 128.a

Ioſeph ſpõſ. Mariæ cognatio. &c. 41.a

Ioſephi hiſtorici teſtimonium de Chriſto 142.a

Ioſeph Saracenus. 203.a

Iouis mons. 199.a

Iræ mala. 81.&c.a

Iudæorũ chronologia 43. &c.a *in Iudæos liber Anaſtaſii.* 123. a *eradũt ex Ioſep. teſtim. de Chriſto* 142.a *cur ſuilla nõ veſcãtur.* 159. a *extra Ieruſalem an legerint ſcripturas.* 163. *ſeruitutes* 167. a *quoties reſtaurare templũ Hier. tentarint.* 170. a *inuſti à Conſtantino M. ibid. ex gemmis Rationalis futura ſciebãt.* 174. a. *in vnctione regum oleum ſaliebat* 174. *Iudæi crucem è numis tollere non poſſunt.* 130. a *librum legis adorant.* 134.a

Iudex cõtrouerſiæ fidei nõ ſola ſcriptura. 468. 469. 496. *neq; lex.* 496.

Iudicium temerariũ. 81. 82. 83. a *inſigne exemplum de eo qui temerè non iudicauit.* 85. a

K

KOſcka Hußita. 477

Koskar de Agnete. 496

Koscka Albertus. 497.

Kidrioburg. 207.a

Kyzizanovvſky. 472. 477. 487. 495. 500. 505. &c.

L

LAdislaus. 486

Ladislaus Rex ad Budin. 497

Lantfridus. 191.a (117.a

Latronum cõuerſorum exempla. 113.a

Laurentius Vallani S. Hieronymum reprehendit. 498

Lauriſſæ monaſterium. 188.a

Leacus vicus. 198.a

Lechfeld. 212.a

Lemouicas. 195.a 196.a

Leo de Sternberg iudex regni Bohem. defendit Catholicos. 476.

Lex non eſt iudex. 496.

Libra dæmones chirographá peccatorũ imponunt. 119.a

Lidpach. 201.a

Libeſi. 204.a

Linonenſis Vniuerſitas. 519

Lippehaim. 204.a

Lippia flu. 202.a 205.a 206.a 208.a

Lipſenſis Vniuerſitas. 519.

Longenbri. 204.a

Longlare. 194.a 196.a

Longobardorũ Rex Haiſtulfus. 193.a

Longobardi. 199.a. &c. 203. a &c.

S. Lucas accipit à S. Paulo in naui Euchariſt. 494

Lucras Caſtrum. 190.a

S. Ludmilla. 507

Digitized by Google

Ludouicꝰ filius Caroli M. 205.a. 217.a
Luitburge vxor Thaſsilonis 213.a 214.a
Lupatz Huſsita. 480.
Lupo Vaſco. 198.a
Lutundi villa. 208.a

M

MAlovvetz Huſsita. 487. 508.
Manaſſes æneo tormento Babylone incluſus. 113.a
Manichæi cur non communicarent de calice. 511
Manus abluere in Eccleſia. 67.a. 69.a
S. Maria. 20.a
S. Mariæ Purificationis die diſputatio incipit cum Huſsitis Pragæ. 466. apparet S. Gregorio Thaum. 21.a. Heliopolin in Ægyp. fugit. 35.a. Aſſuptio quãdo. 37.a. vitæ tempora ib. &c. cognatio. 41. &c.a
Maria Matthan F. 41.a
Martha filia Ioſeph. 41.a
S. Martini reliquiæ. 194.a
Maſsilia. 199.a
Matthan filiæ, 41.a
Mauritius Imp. de collo geſtat φυλακτὰ, quibus ad latronem miſsis illũ conuertit. 117. &c.a
Mediolanum. 205.a
Mediomatricis Eccleſiæ Archie. 215.a
Medofuldum. 205.a.
Memphis Ægypti vbi Chriſtus 35.a.
Memphis Vaticinia. 134.a
Meſsias Iudæis ἠλειμμένος dicitur 125.a. 137.a
Metaphraſtes. 47.a. 49.a. 52.a
Miſſa. 65. 67. &c.a 73. per totum.a 171.a.
Moguntia. 198.a
Monachi nunquam temerè iudicantis felix & memorabilis mors. 85.a
Monothelitæ anathematizantur. 21.a
Memardinꝰ Epiſcop. Cumaclẽſis. 480
Methodius Bohemiæ Apoſtolus. 467
Mons Peſſulanus. 519.
Morauiæ Apoſtoli. 467
Morauiæ Baronũ liga Huſsitica. 477
Moyſis chronologia. 43.a

N

NAbarri. 203.a
Naphis 134.a
Narbona. 196.a
Nauetenſis Vniuerſitas. 519
Neſtorius anathematiſatur. 7. & 20.a
Nicephori Calliſti errores. 49.a 50.a 51.a 59.a
S. Nicephori Cõſt. in Iconomachos. 19.a
Nicomedienſis chronologia de Chriſto. 47.a. 52.a
Nicodemꝰ à Chriſto accipit Euch. 39.a
Nicolaus Papa. 497
Nicol. Taborita Huſsita. 289
Niomaga. 202.a
Niuernæ. 195.a
Niuſtria. 204.a

Nouiomo vrbs. 197
Nordilendi. 205.a
Nortmannia. 203.a. 207.a
Nummi Chriſtiani cruce insigniti. 129.a

O

OBacerus ſeu Obacrus fluu. 201.a 205.a
Obedientia. 470
Obodoro fluuius. 191.a
Ochaw Hußitæ. 473
Odoacer. 214.a
Odulfus. 209.a
Odilo dux Baioariæ. 190.a
Oleum miraculosè ſaliens in vnctione Regum Iſrael. 174
Olmucenſis Epiſcop. Cmiſſo. 486
Ora fluu. 205.a
Oragmi. 208.a
Orationis vis. 61.a. 71.a. &c.
Orceronem venit Pipinus. 197.a
Orcheim. 205.a
Ordines ſacri. 500
Organum Pipino miſſum. 193.a
Orhaim. 191.a
Orlienſis Vniuerſitas. 519
Oſculum pacis in Miſſa. 75.76.77.a
Oſtualai. 208.a
Oxoniæ Bohemi infecti libris VVicklef. 468
Oxonienſis Academia. 471.519

P

PAdesbrun. 203.a. 207.a. 209.a
Paduana Vniuerſitas. 519
Pampilona. 203.a
Pannonia. 215.a
Papa caput Eccleſiæ. 468
Papia. 193.a. 200.a. 205.a
Papienſis Vniuerſitas. 519
Pariſienſis Academia. 471.519.
Parmenſis Vniuerſitas. 519
Parochi deſerẽtis parochiã pœna. 494
Paſtorale Gregorii M. Anaſtaſius vertit in Græcum. 54.a
Paulus ad S. Martinum reſiſtit Huſſitis. 481
Paulus Papa obiit. 196.a
Peccatorũ publicorũ punitio. 290. &c.
Pentapolin reddit Pipinus Romanæ ſedi. 193.a
Peregrinationes ad loca S. 384. &c. 444. &c. ad limina Apoſtolorum 210.a
Perotia caſtrum. 196.a
Peruſina Vniuerſitas. 519.
Peſſulani montis Vniuerſitas. 519
Petrogoricum. 197.a
S. Petri interceſſione vincit Carolus M. 199.a
Petrus legatus Adriani Pont. 199.a
φακιόλιον ſeu ſudariolum latronis flentis peccata, miræ virtutis. 119.a
Philibertus. 470.486.
Phylacta è collo religionis ergò

geſtat Mauritius Imp. 116.a
Pilsnenſes. 473
Pilzna. 477
Pipinus maior domus. 190.a &c.
Pipinus filius Caroli M. 205.a 212.a 215.a.217.a
Pipinus filius Caroli M. ex concubina rebellionis damnatur. 217
Pipinus filius Pipini mortuus. 194.a
Pizibrā Magiſt. in Concil. Baſil. 484
Pœnitentiæ inſigne exemplū ſub Mauritio Imp. de quodā latrone. 118. &c.a
Poſſeuinus. 18.a 55.a
Poſtlimanni. 206.a
Poteſtas Ordinis & iuriſdictionis confunditur ab Haßitis. 500
Pragenſis Capituli diſputatio cū Huſſitis. 466
Praga Eccleſia collegiata, diœceſis Belgradenſis, poſt Cathedralis 467. fit Archiepiſcopatꝰ & Academia 468 à VVicklef infecta. 468. damnat. 468. 471.
Pragæ ātiquæ ciuitatis prætoriū. 480
Pragæ caſtrum. 480
Procopius magiſt. in Cōcil. Baſil. 484
Prophetæ cur obſcuri. 156.a 161.a 130.a cur dati Iudæis. 167.a
Prouerbium: Bohemus non fuit hæreticus. 499
Prouincia. 203.a
Pſalmorum Dauid laus. 61.a
Pſalmodia quotidie cantata. 61.a
Pſalmus ſextus explicatus à S. Anaſtaſio. 87.&c.a

Q

QVadrageſima. 87.a 122.a

R

RAbenſtein nobilis Bohem. pro Catholicis. 477
Rationalis gemmæ vnde Iudæi futura ſciebant. 174.a (di. 193.a
Rauennā Pipinus reddit Romanæ Se-
Reganeſpurg. 216.a 217.a
Regino quo chronico adiutus. 189.a
Regna mundi. 123.a
Reliquiarū veneratio. 387. &c. 448. &c. 128.a
Reliquias è collo geſtat Mauritius Imp. 117 ſuper reliqas iurare. 193.a
Rex an per peccatum mortale amittat regnum. 474. 500
Rex Bohem. vnctus ab Epiſcopis. 501
Richolfus diaconus. 206.a
Ripuarii 215.a
Rockæ. 196.a
Rockenzan Haßita. 466. vsq. ad finem. refutatur à Raguſio. 123. &c. proteſtatio inſufficiens. 123
Rodomo vrbs. 197.a
Romualdus filius ducis Beneuent. 210.a
Romanæ Eccleſiæ primatus & auctoritas 469. 470. 471. 489. 495. 496. 497. 498. 145. &c.
Romana Vniuerſitas. 519

Roma-

Digitized by Google

Romanus Pontifex nullus in fide errauit. 496. *error facti, nõ fidei.* 496
Roſenbergius nobiliſs. Bohem. defendit Catholicos. 476
Ruodgangus Longobard. 201.a
S. Ruſtici reliquiæ. 194.a
Ruthenorum ritus. 427

S

Sacerdotis munus. 65.a 73.a
Salmonigum villa. 196.a 198.a
Salomantina Vniuerſitas. 519
Salome filia Aggæi vxor Ioſeph. 41.a
Salome obſtetrix. 41.a
Saloſſe. 198.a
Samuel Huſsita. 509
Sanctificatio & ſanctificatum. 493.
Sanctimoniales à Saxonibus malè habitæ. 204.a
Sanctorale S. Andreæ. 89. 508. 518
Saraceni. 203.a 217.a
Saul quando conuerſus. 37.a
Saxones. 191.a *per totum. à Pipino debellantur.* 194.a *à* Carolo *M. debellantur.* 200.a. &c.
Scladiſtat. 201.a
Sclauonia. 205.a
Sclaui. 206.a 214.a
Scora caſtrum. 196.a
Scriptura ſacra. 29. vſq; 50
Scriptura ſola non eſt Iudex *Huſsitis.* 469. 34. &c. 496.
Sebenytus Simonem colebat. 134.a
Sels caſtrum 197.a
Senenſis Vniuerſitas. 519
Septimania. 203.a
Serapte monaſter. 190.a
Seuerianos refutat S. Anaſtaſius bodigo. 57.a
Schalingi. 208.a
Siculfus capellanus. 206.a
Sifridus Rex. 206.a
Sigiburgum caſtrum. 200.a 202.a
Sigiſmundus Imp. 475. *pugnat ad VViſegradum.* 478
Simonis & Iudæ cognatio. 41.a
Simon ſponſus in nuptiis Canæ *Galil.* 141.a
Simonem Sebenytus colit. 134.a
Simpertus Epiſc. 216.a
Sinaita Anaſtaſius. 54.a
Sineſtalcus. 209.a
Sionis ædes vbi Apoſtoli. 39.a
Sithma Saxoniæ. 194.a
Sixti Senenſis error. 54.a
Sobieslavv Bohemiæ. 476
Solis adoratores. 134.a
Soma filia Matthan. 41.a
Sopator Perſa. 41.a
Spoletanus dux. 204.a 214.a
Stainfurt. 208.a
Stanislaus magiſter in diſput. Huſsi. 472.
S. Stephanus quando lapidatus. 37.a 50.a
Stephanus Papa. 192.a

Sternbergii nobiliſs. Bohem. defendũt Catholicos. 476.477.497.

Sternbergii Zdenkonis pater pro fide Catholica in prælio cadit. 478.

Sdenko à Sternberg cum Ladislao rege ad Budin. 497

Sueßion. 197.a

Suntal. 207.a

Synaxis S. 61.&c.a

T

Taruiſium. 201.a

Thaßilo dux Baioariorum. 191.a 193.a.&c. 205.a.&c. 210.a.&c.

Theatra. 65.a

Theodericus Saxo. 190.a

Theodad 194.a

Theodo filius Thaßilonis. 212. 214.a

Theodonis villa. 199.a. 207.a

Theodvvaldi. 207.a

Thomas Archiep. baptizat filiam Caroli M. 205.a

Thuringia. 208.a. 212.a. 215.a

Toaras. 195.a

Tobias de S. Henrico. 476.

Toloſa. 196.a

Toloſana Vniuerſitas. 519.

Tonſurã dat Chriſtus Diſcipulis. 39.a

Topila. 194.a

Torinna caſtrum. 196.a

Tortzka Hußita. 501

Tragonitus Rex Sclauorum. 214.a

Trianto. 212.a

Trinitatis myſteria. 21.22.&c.a

Trzkamolovvetz Hußita. 477

Turrianus a. 19.49.50.52.54.56.57 123.141.a

V

Valentinus hær. anathematiſatur. 9.a 20.a

Valentinus plebanus in VVudmia accuſatur à Rokyzan. 476

Valentiniana 198.a

Vaſconia. 197.a.203.a

Vergerius contra Lauretũ. 49.a 50.a

Veronæ errores. 498

Veronenſis Vniuerſitas. 519

Viennæ. 193.a.196.a

Viennenſis Vniuerſitas. 519

Vigerius. 206.a

Vindokundis. 203.a. 206.a. 207.a. 209.a

Vinharna fluu. 208.a

Vinlni. 214.a

Viperg. 192.a

Viraniacum. 204.a

Vlricus de Haſenberg. 476

Vnctio regum Iſrael, & oleum miraculosè ſaliens. 174.a

Vngariæ rex frater VVenceslai. 472.

Vnitas Eccleſiaſtica quid. 478

Vniuerſitates variæ. 452.468.471. 519.

Volradus capellanus Burchardi VVurtzenburg. Ep. 191.a

Vzeo-

Vztocenſis Vniuerſitas. 519

W

VVApharius dux Aquitan. 191.a 194.a&c.

VVarinus Comes. 198.a

VVazaganni 207.a

S. VVenceslaus Rex Bohem. 474

VVenceslaꝰ fil. Caroli Imp. 468.477

VVenceslaus magiſter in diſput. Huſſit. 499.517.

VVenceslaus de Crumnavv Adminiſtrator Eccleſ. Prag. 521.

VVeſtphali. 201.a.204.a.208

VVicklef inficit Bohem. damnatur. 468. *articuli. damnantur.* 468. 471. *errores.* 451. *defenduntur à Rockyzana.* 471. *libri combuſti.* 472.

VVilcharius Archiep. 198.a

VVilhelm. de Rabenſtein nobiliſſ. Bohem pro Catholicis. 477

VVilzi. 214.a

VViſegradum oppugnatur. 478.

VViſera fluu. 199.a.200.a.205.a.207.a.208.a

VVoradus. 206.a

VVormatia. 196.a.198.a.202.a.205.a.206.a.207.a.209.a.211.a.215.a

VVudmia Bohemiæ. 476

X

XAntones. 197.a

Z

S. ZAcharias Pont. vertit in Græcũ dialog. Greg M. 24.&c.a

Zacharias lapidatus quando. 35.a. *eius cognatio.* 41.a

Zacharias Pipinum regem iubet. 191.a

Zdencko de Sternberg contra Huſſit. 476.477.478.497. *pater eius pro fide in prælio cæſus.* 478.

Zvvineck Archiep. Praga. 472.

Collegij Bamberg: Soc: Jes.

Staatliche Bibliothek Bamberg

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google